Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE
201
1 H
26

BIBLIOTECA NAZ. CENTR. VITT. EMAN. II
201
1 H
26
ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

BASILICORUM
LIBRI LX.

POST

ANNIBALIS FABROTI CURAS

OPE CODD. MSS.

A

GUSTAVO ERNESTO HEIMBACHIO

ALIISQUE COLLATORUM

INTEGRIORES CUM SCHOLIIS EDIDIT, EDITOS DENUO RECENSUIT,

DEPERDITOS RESTITUIT,

TRANSLATIONEM LATINAM ET ADNOTATIONEM CRITICAM

ADIECIT

D. CAROLUS GUILIELMUS ERNESTUS HEIMBACH

ANTECESSOR JENENSIS.

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

TOM. VI.

PROLEGOMENA ET MANUALE BASILICORUM CONTINENS.

LIPSIAE 1870.

SUMTIBUS JOH. AMBROSII BARTH.

Digitized by Google

Digitized by Google

MONITUM BIBLIOPOLAE.

Basilicorum recensio haec facta sumptibus nostris, cura Caroli Guilielmi Ernesti Heimbachii, edi coepta ante annos quadraginta tandem aliquando absoluta et perfecta est. Nam ex iis, quae ad opus se additurum esse editor in quinti ipsorumque Basilicorum ultimi voluminis praefatione ante hos viginti annos promisit, post longas moras ipso interim defuncto († 1865 Iul. 4) quae in scriniis eius inventa sunt nunc demum prodeunt. Bonum factum, quod dum in vivis erat etsi non omnia quae sibi proposuerat, certe ea absolvit, quibus si editio caruisset, abruptae magis speciem prae se ferret quam absolutae, dico Prolegomena et Manuale. Et Prolegomena quidem constant libris duobus, quorum prior proponit historiam iuris prudentiae civilis in imperio Orientali a Iustiniano ad Basilium Macedonem, quatenus ea cum Basilicis cohaeret, posterior historiam ipsorum Basilicorum. Enarrantur autem in illo libro praesertim ea quae pertinent ad versionum adnotationumque earum, ex quibus Basilica compilata sunt, auctores, scilicet ad iuris prudentes, qui a sexto saeculo ad nonum in imperio Orientali claruerunt; hic vero rationem divisionemque corporis Basilicorum exponit et libros scriptos editosque ad editionem hanc parandam adhibitos plene recenset. Manuale deinde primum digerit Basilica ad ius Iustinianum, ut eius ope nullo negotio reperias, quid ad singulos corporis Iustiniani locos tam ipsa quam scholia suppeditent; deinde scholia accuratius, quam in editione factum est, ad suos quaeque auctores revocat et a recentioribus, quorum nulla fere auctoritas est, antiqua et utilia diligentissime secernit. Huic manuali praeterea inserenda curavimus pauca ea, quae ex corpore Basilicorum scholiorumque ad id pertinentium recuperata sunt post editionem hanc absolutam, maxime quae inde protulit cardinalis eminentissimus et de omni litterarum genere optime meritus Ioh. Bapt. Pitra in editione Nomocanonis auctioris inserta 'iuris ecclesiastici Graecorum historiae et monumentorum' volumini secundo edito Romae a. 1868.

Digitized by Google

Ita nos hereditario officio satisfecimus, nec dubitamus bonarum litterarum instrumentum hac nostra cura insigni accessione locupletatum esse. Inter omnes enim constat neminem hodie iuri Romano recte operam dare destitutum Graecis his commentariis omnium qui extant et antiquissimis et utilissimis, eos autem commentarios hac demum editione plene et absolute repraesentari.

Lipsiae, d. I m. Dec. a. MDCCCLXX.

Digitized by Google

BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE

PROLEGOMENA.

LIBER PRIMUS.

HISTORIAE IURISPRUDENTIAE CIVILIS IN IMPERIO ORIENTALI A IUSTINIANO USQUE AD BASILIUM MACEDONEM, QUATENUS CUM BASILICIS COHAERET.

[534—867.]

CAPUT I.

De studio iuris.

§. 1. De scholis iuris seculo sexto in imperio orientali extantibus [1]).

Theodosius II. anno p. Chr. 425. scholam publicam Constantinopoli fundaverat. In numero duodetriginta professorum, in hac schola docentium duo erant antecessores iuris [2]). Praeter scholam Constantinopolitanam etiam aliae scholae in Oriente extiterunt. Quarum antiquissima fuisse videtur schola Berytensis, cuius iam Alexandro Severo imperante mentio facta est [3]). Ea inprimis inter scholas iuris inclaruit. Etiam Athenis schola iuris fuit [4]), et in schola Alexandrina antecessores iuri docendo operam dederunt. Nec minus Caesareae scholam iuris fuisse ipse Iustinianus tradidit [5]). In nonnullis locis etiam advocatorum collegia memorantur [6]), quae num et iuri docendo vacaverint, incertum est [7]). Iustinianus anno 533 omnes scholas iuris praeter eas, quae Beryti et in urbibus capitalibus extiterunt, sustulit; e numero sublatarum erant Alexandrina et Caesariensis, quarum disertis verbis fecit mentionem [8]). Quod scholam iuris Atheniensem inter numerum sublatarum non retulit Iustinianus, hoc causae fuit, quod iam anno 529 prohibuerat, quominus Athenis philosophia et ius docendo traderetur [9]). Iustinianus scholas iuris Beryti et in regiis urbibus sustentavit. Cum de regiis urbibus loquitur, Romam et Constantinopolin videtur quidem intelligere; sed cum tunc temporis Roma in manibus esset Ostrogothorum, Mortreuil Constantinopolin nonnisi verbis regiis urbibus putat designari [10]). Sed res et alio modo potest explicari. Notissimum enim est, reges Ostrogothorum, inprimis Theodoricum, in Italia quodammodo se ut vicarios Imperatoris gessisse; eos dignitate Patriciatus fuisse ab Imperatore decoratos, uti posteriori adeo aetate reges Francorum, antequam Carolus Magnus imperatoriam maiestatem assumeret. Italia, quamvis in manibus esset Barbarorum, tamen imperio quodammodo subiecta credebatur. Hoc causae videtur fuisse, cur Iustinianus de regiis urbibus locutus sit. Itaque revera etiam Romam his verbis designavit. Ceterum quod Iustinianus constituerat de schola iuris Alexandrina tollenda, non strenue observatum esse videtur. Beryto enim anno 551. terrae motu diruta, Agathias, qui Procopii historiam continuavit, Alexandriae iuris studio operam dedit [11]). — De conditione scholarum iuris orientalium interna nihil constat. Beryti praeses provinciae, episcopus et antecessores potestatem habebant in librarios, et disciplinam exercebant in iuris studiosos; Constantinopoli librarii potestati Praefecti urbi erant subiecti [12]). Quod ad numerum antecessorum attinet, Constitutio Omnem de iuris docendi ratione ad octo antecessores data est. Hugo quatuor ex his Constantinopolitanae, quatuor Berytensi scholae attribuit [13]); Conradi vero quatuor Constantinopolitanae, duos Berytensi, duos Romanae [14]). Zachariae existimat, antecessores, ad quos illa constitutio data est, eo tempore omnes Constantino-

1) Cf. Zachariae historiae iuris Graeco-Romani delineatio §. 13. p. 20. Mortreuil, histoire du droit Byzantin T. I. p. 108 sq. 2) L. 3. Th. C. de studiis liberalibus urbis Romae et Constantinop. XIV. 9. ad quam conferendus est commentarius Gothofredi. In Iustinianeo Codice est L. un. C. eod. XI. 19. (18.) Reposita fuit haec constitutio in Basil. lib. LIV. tit. 22. 3) A Gregorio Thaumaturgo in oratione panegyrica ad Originem. 4) Cf. Malalas, Chron. p. 63. 164. ed. Venet. Vide Biener, Geschichte der Novellen Iustinians p. 44. et 581. 5) Const. Omnem ad antecessores §. 7. 6) L. 27. C. VIII. 40. „Palaestinae advocationis“, L. 5. D. L. 16. „Illyricianae advocationis.“ 7) Cf. Schrader ad Institutiones Iustiniani p. 273. 8) Const. Omnem §. 7. 9) Malalas, Chron. p. 164. Cui convenit chronicum graecum anonymum laudatum ab Alemanno ad Procop. Anecd. cap. 26. 10) Cf. Mortreuil l. l. p. 110. Ritter, Praef. Tom. II. Cod. Theod. omnes hos locos Const. Omnem §. 7. interpolatos vel corruptos esse existimat, cuius suspicionis causa idonea est nulla. Asti, dell' uso e autorità della ragion civile lib. II. cap. 7. verba regiae urbes de metropolibus provinciarum intelligit. Cui adversantur loci, in quibus regia urbs et provinciae opponuntur. Cf. v. c. L. 6. C. de adopt. VIII. 49. (48.) 11) Agathias, de rebus gestis Iustin. lib. II. p. 51. 52. ed. Paris. Cf. Biener l. l. p. 582. 12) Const. Omnem §. 8. 9. 10. 13) Hugo, Rechtsgeschichte p. 1095. ed. IV. 14) Conradi, de scholae iuris civilis Romani fatis post Eisenhart, Inst. hist. iur. lit. 1763.

Digitized by Google

poli degisse[15]). Rem in incerto relinquimus, cum certi nihil de ea proferri possit.

§. 2. De iuris docendi discendique ratione ante annum 533. in scholis iuris usitata et nova a Iustiniano introducta[1]).

Fons, ex quo iuris docendi discendique rationem ante annum 533. in scholis iuris usitatam cognoscere licet, eadem est Constitutio Omnem ad antecessores anno 533. data, qua Iustinianus novam eiusmodi rationem instituit[2]). Ex magno librorum de iure civili scriptorum numero sex erant libri omnis doctrinae quasi fundamentum, qui, confuse et non recto ordine discipulis exponebantur. Scholae erant exegeticae. Institutio per quinquennium durabat. Ac primo quidem anno 1) Gaii Institutiones, 2) quatuor libri singulares, quorum primus erat de re uxoria, secundus de tutelis, tertius et quartus de testamentis et legatis, exponebantur; secundo anno 3) prima pars legum, exceptis nonnullis titulis, atque 4) alii tituli „ex illa parte legum, quae de iudiciis nuncupatur", et praeterea particula partis de rebus, septem libris exclusis, discipulis tradebantur; tertio anno quod ex utroque volumine, id est de rebus vel de iudiciis, secundo anno non erat traditum, potissimum ergo 5) de rebus, et 6) ex Papiniani Responsorum libris undeviginti octo selecti explicabantur. Sed ex omnibus his libris nonnisi pauca tradebantur, quasi reliqua essent inutilia. Voluminibus illis vel partibus haud dubie commentarii ad Edictum sunt intelligendi[3]), (Edictum enim ipsum in libros non erat divisum), cum qui secundo anno iuri addiscendo operam dabant, nomen haberent Edictalium[4]). Haud scio an voluminibus vel partibus illis Ulpiani commentarius ad Edictum designetur. Quarto anno discipuli Pauli Responsa „per semet ipsos recitabant," ut Iustinianus loquitur. Quod quomodo intelligendum sit, incertum est; hoc tamen ex verbis istis patet, Pauli librum non fuisse ab antecessoribus discipulis expositum. Quadriennio exacto Constitutiones Imperatorum legebantur[5]). Sic per quinquennium institutio durabat, quod temporis spatium etiam Iustinianus novae iuris docendi discendique rationi praescripsit. Qui primo anno iuris studio operam dabant, appellabantur Dupondii, qui secundo, Edictales, qui tertio, Papinianistae, qui quarto, *λύται*, qui quinto, *προλύται*. Iustinianus non tradidit, utrum haec iuris docendi discendique ratio omnibus scholis iuris communis, an in schola nonnisi Constantinopolitana usitata fuerit. Antecessores scholae Berytensis ad Gregorianum et Hermogenianum Codicem et ad Ulpiani libros de officio Proconsulis recitationes habuisse, ex Thalelaei scholiis colligitur[6]). Ex quo intelligitur, iuris docendi discendique rationem antiquam a Iustiniano memoratam in schola nonnisi Constantinopolitana obtinuisse; in schola autem Berytensi fuisse diversam, ita ut in antecessorum potius arbitrio esset, quos libros de iure conscriptos discipulis traderent.

Hanc, quam diximus, iuris docendi discendique rationem Iustinianus mutavit[7]). Institutio, uti antea, per quinquennium durabat. Primo anno tradendae erant Iustiniani Institutiones et „prima legum pars", i. e. nunc *τὰ πρῶτα* Digestorum; iuris studiosi primo anno appellabantur Iustiniani novi. Secundo anno iuris studiosis, quibus Edictalium appellatio mansit, tradendi erant septem libri de iudiciis vel octo libri de rebus, i. e. secunda et tertia Digestorum pars, sed ita ut omnes libri alterutrius partis, non unus alterve liber, exponerentur, ac praeter eos ex quatuordecim libris quatuor voluminum de dotibus, de tutela, de testamentis, de legatis et fideicommissis quarta et quinta Digestorum parte comprehensis unus liber ex quovis volumine electus. Tertio anno praeter partem de iudiciis vel de rebus, quae secundo anno non fuit exposita, tradendi erant tres libri quartae Digestorum partis, ac primum quidem liber ad hypothecariam formulam (Dig. lib. XX.), deinde Dig. liber XXI., denique haud dubie liber XXII., quamvis eius in Const. Omnem disertis verbis non sit facta mentio. Atque horum quidem trium librorum expositionem Iustinianus subrogavit in locum Papiniani Responsorum, quae tertio anno ex veteri iuris docendi ratione discipulis tradi solebant, quamobrem nomen Papinianistarum etiamnunc retinebant et festivitatem initio tertii anni antea celebrari solitam etiamnunc celebrabant. Quarto anno iuris studiosi, quibus vetus appellatio *λύται* mansit, loco Pauli Responsorum studio decem librorum nondum traditorum (ex numero librorum XXIII – XXXVI.) quartae et quintae Digestorum partis ipsi vacabant. Ab antecessoribus scholae de his libris habitae fuisse non videntur; in Const. Omnem certe altum hac de re est silentium. Iuris studiosi, hoc modo quinque priorum partium vel priorum triginta sex librorum Digestorum plena cognitione imbuti, quinto denique anno, quo veterem appellationem *προλύται* retinebant, sextae et septimae Digestorum parti, inprimis autem Codici vocabant, studio tamen dictarum Digestorum partium etiam posteriori tempori reservato.

Digestorum libri, qui ex dictis Iustiniani praeceptis in scholis ab antecessoribus exponebantur, inde appellati sunt *τὰ πραττόμενα βιβλία*, a quibus discernebantur libri in scholis non exponendi, sed a iuris studiosis ipsis tractandi, quibus nomen fuit: *τὰ ἐξτραόρδινα βιβλία*[8]). Appellatio *τῶν πραττομένων βιβλίων* videtur esse anti-

15) Zachariae, Delineatio §. 14. p. 22. Ceterum de antecessoribus, et maxime de schola iuris Berytensi digni sunt, qui conferantur, Walch, Iurisconsultus antecessor. Ien. 1752. Strauch, Diss. de metropoli Beryto Ien. 1673. Hasaeus, de Berytensi ICtorum Academia. Hal. 1716.

1) Cf. Zachariae, Delineatio §. 13. p. 20. Mortreuil, Hist. du droit Byzantin T. I. p. 111 sq. 2) Const. Omnem §. 1. 3) Hugo, Civil. Magazin T. II. p. 266 sq. 4) Const. Omnem §. 3. init. 5) Nam Const. Omnem §. 1. his verbis finitur: „et hic (Taur. *hinc*) erat in quartum annum omnis antiquae iurisprudentiae finis", cui, cum de antiqua iurisprudentia sermo sit, convenit, quod Prooem. Inst. §. 3. dicitur: „et quod in priori tempore vix post quadriennium prioribus contingebat, ut tunc Constitutiones Imperatorias legerent, hoc vos a primordio ingrediamini." Theophilus sane pro quadriennio triennium possuit. Cf. Biener, Gesch. d. Novellen p. 2. not. 4. 6) Schol. Basil. T. I. p. 704. ed. Heimb. et T. II. p. 645. Cf. Tuebinger krit. Zeitschr. f. deutsche RW. T. III. p. 312. 7) Const. Omnem §. 2 – 5. 8) Insignis hac de re locus extat in Appendice Synopseos in Codice Bodlei. 173. et quidem in posteriore eius parte, qua continetur Codex 195., editus a Zachariae de L. Prochir. p. 284. „*Τῶν πραττομένων ν' βιβλίων τῶν διγέστων οὕτως· πρῶτα τῶν πρώτων βιβλ. δ'. περὶ διακρίσεως* de iudiciis *βιβλ. ζ'. τῶν* de rebus *βιβλ. η'. ἀντιπαπιανοῦ βιβλ. γ'. ὁμοῦ τὰ κατ' ὀρδινατίονα βιβλ. κβ', καὶ τῶν μονοβίβλων βιβλ. δ'. οὐ κατ' ὀρδινατίονα· τὸ κγ'* de sponsalibus, de nuptiis, *περὶ σπόνσων, γάμου. τὸ κς'.* de curationibus, de tutelis, *περὶ ἐπιτρόπων. τὸ κη'* de testamentis, *περὶ διαθήκης. τὸ λ'.* de legatis, *περὶ λεγάτου. ὁμοῦ κς'. λοιπὰ κδ', τὰ καλούμενα ἐξτραόρδινα, ἤτοι μὴ κατὰ τάξιν κείμενα μετὰ δ'. τὰ προγραφέντα μονόβιβλα. ὁμοῦ βιβλία ν'.*

Digitized by Google

quissima et iam a Iureconsultis Iustiniano aequalibus usurpata. Certe Dorotheus et Stephanus, qui iam Iustiniani aetate antecessores fuerunt, primum quemque librum quatuor librorum singularium de sponsalibus, de tutelis, de testamentis, de legatis ideo, quod in scholis exponebatur, appellarunt *τὸ πραττόμενον*, verbi causa *τὸ πραττόμενον* de testamentis *μονόβιβλον*, *τὸ πραττόμενον* de legatis *μονόβιβλον*[9]). Utrum appellatio *τὰ ἐξτραόρδινα βιβλία* iam eodem tempore fuerit usurpata, necne, definiri non potest. Vestigium tamen eius appellationis sub Iustiniano et paulo post eum extat nullum. Itaque magis est, ut sentiam, eam serioris esse originis. Discrimen inter *τὰ πραττόμενα* et *τὰ ἐξτραόρδινα βιβλία* manifestum etiam est in Iureconsultorum commentariis. Nam Stephani commentarius nonnisi *τὰ πραττόμενα βιβλία* videtur continuisse, ita ut a libris extraordinariis illustrandis prorsus abstinuerit. Stephani tamen commentarius unicus est, in quo hoc discrimen cernitur. Nam Dorotheus totum Digestorum opus commentario illustravit, sicut et Cyrilli index illud totum complexus est. Theophilus, quominus ultra tres priores Digestorum partes commentarium extenderet, morte fuit praeventus.

§. 3. De finibus, quibus Iustinianus librorum ad libros legum a se conditos a Iureconsultis conscribendorum facultatem circumscripsit[1]).

Librorum ad collectiones legum a se factas scribendorum facultatem Iustinianus angustis finibus circumscripsit[2]). Quae ab eo hac de re cauta sunt, ab initio nonnisi ad Digesta pertinebant, cum in constitutionibus de novo Codice faciendo, de Iustinianeo Codice confirmando, et de emendatione Codicis et secunda eius editione nihil eiusmodi cautum reperiatur. In Codice Iustinianus veterum iuris interpretum sententias, quibus constitutiones eo comprehensae explicabantur, admisit et constitutiones tantum e libris veterum interpretum recitari aliter, atque in Codice positae erant, vetuit[3]). Ac revera in Digestis librorum ad ea scribendorum facultatem compescere Iustiniano necesse erat, ne ius diversis interpretationibus, uti antea, incertum fieret. Iuris enim incertitudo, cui mederi voluit Iustinianus, orta erat ex diversis Iureconsultorum sententiis, eamque ob causam Digestorum corpus ex ingenti librorum iuris numero componi iussit eique vim legis tribuit Imperator, quo omnes controversiae sopirentur, novisque controversiis oriundis via praecluderetur. Fieri autem non potuit, quin quae Iustinianus de commentariis ad Digesta non scribendis constituerat, ad reliquos iuris Iustinianei libros extenderentur ac pro generali sanctione haberentur; alioquin metuendum erat, ne ius denuo fieret incertum. Ac revera, quae Iustinianus Digestorum unice ratione habita praeceperat, a Iureconsultis eo imperante ac paulo post viventibus, et si non re et ex sententia Imperatoris, at tamen verbis, nomine et forma librorum de reliquis Iustiniani collectionibus scriptorum religiose sunt observata. Causa, ob quam Iureconsulti Imperatoris praeceptis non ex vera eius sententia in libris componendis fuerint obsecuti, ex dubia praeceptorum conceptione videtur esse repetenda. Nam cum in Const. Tanta et *Δέδωκεν* §. 21. versiones nonnisi *κατὰ πόδα* et *παράτιτλα* permiserit Imperator, in Const. Deo auctore §. 12. de versionibus *κατὰ πόδα* tacuit et per indices tantummodo et titulorum subtilitatem, quae *παράτιτλα* nuncupantur, quaedam admonitoria fieri concessit. Ex Imperatoris sententia admonitoria per indices eadem sunt, quae paratitla[4]). Ipse enim, quid admonitoriis per indices in Const. Deo auctore intellexerit, in posterioribus constitutionibus satis perspicue demonstravit, ex quibus patet, eum praeter versiones *κατὰ πόδα* nil nisi paratitla permisisse nec de tertio quodam librorum genere concedendo cogitasse. Ac primum quidem loquendi ratio argumento est, Imperatorem his paratitla voluisse significare. Nam verba „quae *παράτιτλα* nuncupantur" explicantur verbis „admonitoria per indices et titulorum subtilitatem", quibus Imperator, si res diversas voluisset designare, pro coniunctione et certe coniunctione vel uti debuisset. Deinde in paratitlis seriei singulorum titulorum necessario ratio erat habenda ita, ut si argumentum cuiusdam tituli in paratitlis exponeretur, id nonnisi per indices, id est, per brevem materiarum singulis titulis comprehensarum expositionem fieri posset. Denique ipse Imperator optimus verborum suorum est interpres. Quid causae fuerit, cur in Const. Deo auctore versionum *κατὰ πόδα* mentionem nondum fecerit Imperator, nonnisi coniici potest. Causa inde videtur repetenda, quod quo tempore Const. Deo auctore emitteretur, Digesta nondum erant inchoata, nec sperari poterat fore, ut tam brevi tempore perficerentur: perfectis autem Digestis et subditorum, qui Graecam nonnisi linguam callebant, numero Africa recuperata valde aucto probabile erat, Imperatorem tunc demum cogitasse de versionibus collectionis suae maximam partem Latina lingua compositae *κατὰ πόδα* in commodum eorum, qui Graecae tantum linguae scientia erant imbuti, permittendis. Ut haec sint, Iureconsulti Iustiniani aetati proximi

---

9) Sic Dorotheus in Sch. *Ἰσιδώρου* (lege *Δωροθέου*) II. 396. Sch. *Ὁ τῷ* II. 397. Sch. *Ἄρα* II. 397. laudat *τὸ πραττόμενον* de testamentis *μονόβιβλον*, in Sch. *Τὸν χῆνοον* II. 468. *τὸ πραττόμενον* de legatis *μονόβιβλον*. Stephanus in Sch. *Ἐὰν* I. 607. et sch. *Σημείωσαι* III. 410. lin. 2. laudat *τὸ πραττόμενον* de legatis.

1) Cf. inprimis Zachariae de L. in: krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 795 sq. 2) Const. Deo auctore §. 12. „Nostram autem consummationem, quae vobis Deo adnuente componetur, Digestorum vel Pandectarum nomen habere sancimus: nullis Iurisperitis in posterum audentibus commentarios illi applicare et verbositate sua superdicti codicis compendium confundere: quemadmodum in antiquioribus factum est, cum per contrarias interpretantium sententias totum ius paene conturbatum est: sed sufficit per indices tantummodo et titulorum subtilitatem, quae *παράτιτλα* nuncupantur, quaedam admonitoria eius facere." Const. Tanta §. 21. „ut nemo neque eorum, qui in praesenti iuris peritiam habent, neque qui postea fierent, audeat commentarios iisdem legibus annectere: nisi tantum, si velit eas in Graecam vocem transformare sub eodem ordine eademque consequentia, sub qua et voce Romana positae sunt, hoc quod Graeci *κατὰ πόδα* dicunt: et si qui forsitan per titulorum subtilitatem adnotare maluerint et ea, quae paratitla nuncupantur, componere." Const. *Δέδωκεν* §. 21. 3) Const. Summa reipublicae §. 3. „cum sufficiat earundem constitutionum nostri Codicis recitatio, adiectis etiam veterum iuris interpretatorum laboribus ad omnes dirimendas lites . . . . nullis concedimus ex libris veterum iuris interpretatorum aliter eas habentes recitare, sed solam iuris interpretatorum sententiam commendare: at tunc teneat, cum minime adversetur eiusdem nostri Codiciis constitutionibus." 4) Aliter sensit Zachariae de L. l. l. p. 795 sq., qui etsi concedit posse existimari, Imperatorem admonitoriis per indices nil nisi paratitla significare eorumque notionem designare voluisse, his tamen vocibus aliam librorum de iure componendorum rationem arbitratur designari. Cuius sententiae argumentum esse voluit, Iureconsultos Iustiniani aetati proximos certe admonitoria per indices a paratitlis distinxisse.

certe admonitoria per indices a paratitlis distinxerunt. Nam praeter paratitla inter libros de iuris Iustinianei collectionibus compositos reperiuntur qui indicum nomine feruntur, a paratitlis longe diversi. His praemissis quaeritur, quid versionibus κατὰ πόδα, paratitlis et indicibus significetur[5]). Ac primum quidem versiones κατὰ πόδα sunt versiones textum latinum verbotenus Graeco sermone reddentes. Eiusmodi versionum unicum exemplum extat versio κατὰ πόδα constitutionum Codicis latinarum a Thalelaeo confecta. Causa, cur reliquarum collectionum versiones κατὰ πόδα non extent, quippe quarum nec ullum appareat vestigium, neque unquam mentio fiat, haec videtur esse. Quod ad Institutiones attinet, Theophili paraphrasis mox tantam obtinuit auctoritatem, ut textus latinus Institutionum prorsus negligeretur. Quae paraphrasis licet versionem κατὰ πόδα non contineat, ita tamen textum sequitur latinum, ut versionis κατὰ πόδα necessitas extiterit nulla. Mortreuil[6]) quidem etiam Institutiones κατὰ πόδα translatas fuisse arbitratur eiusque rei exemplum invenisse sibi videtur in Sch. Δανειζόμενος Basil. ed. Heimb. T. I. p. 612 sq., ubi plures Institutionum loci Graeco sermone redditi reperiuntur, quarum versionem a Theophilo non esse profectam ipsi persuasum est. Qua tamen in re egregie fallitur. Nam loci Institutionum in scholio illo laudati in Theophili paraphrasi revera reperiuntur[7]). Qui in collectione constitutionum ecclesiasticarum lib. II. laudantur loci Institutionum, summas graecas textus latini continent. Novellae Graeco sermone conceptae per se intelligebantur neque ulla indigebant versione, sicuti nec graecae Codicis constitutiones, quas ideo κατὰ πόδα se non transtulisse ipse profitetur Thalelaeus[8]). Loco Novellarum latino sermone conceptarum mox adhibebantur summae graecae a nonnullis Iureconsultis paulo post Iustinianum confectae. Digestorum quidem maximam quippe partem Latino sermone conceptorum κατὰ πόδα vertendorum perspicua fuisse videtur necessitas, nec tamen ullum eiusmodi versionis extat vestigium. Cuius rei causa in indicibus paulo post Digesta promulgata a Iureconsultis confectis videtur esse quaerenda. Unus enim illorum indicum, Dorothei dico, quantum ex reliquiis eius in scholiis Basilicorum dispersis colligi potest, ad versionis κατὰ πόδα naturam proxime accedit, et eiusmodi versionem reddit fere supervacaneam. — Deinde paratitlis quid designetur, bene et perspicue, ut solet, definit Zachariae de L.[9]). Auctore Matthaeo Monacho[10]) paratitla sunt „καθ' ἕκαστον τίτλον ἀναπληρώσεις ἔχοντα τῶν παραλελειμμένων χρησίμων", quae ad singulos titulos supplementa continent praetermissorum utilium. Quae notio cum sit non satis perspicua, ut eam ex Imperatoris sententia accuratius definiamus, recurramus necesse est ad Iureconsultos Iustiniani aetati proximos, qui quid paratitlis intellexerint, suis exemplis demonstrarunt, veluti Athanasius in Epitome Novellarum et auctor collectionis constitutionum ecclesiasticarum. Atque Athanasius quidem, postquam singularum Novellarum epitomas sub XXII titulis reposuit, quorum quisque indicem argumenti in fronte habet et Novellarum ratione argumenti convenientium epitomas continet, singulis titulis paratitla adiecit, id est, breves locorum ad eandem rem spectantium ex aliis Novellis sub aliis suae collectionis titulis repositis epitomas. In cuiusque paratitli fronte indicavit, sub quo titulo et quo loco tituli reposita sit Novella, ex qua brevis illa epitome (paratitlum) hausta fuerit, easque epitomas secundum titulorum collectionis suae ordinem collocavit. Collectionis constitutionum ecclesiasticarum auctor in libro primo, quo epitomae titulorum I—XIII. lib. I. Codicis continentur, singulis titulis adiecit paratitla, quibus epitomae locorum argumenti ratione convenientium ex aliis constitutionibus sub aliis Codicis titulis repositis vel ex Novellis exhibentur. In cuiusque epitomes fronte designatur, quo sub titulo et libro Codicis reposita sit, quem numerum et quae verba initialia habeat constitutio, ex qua hausta est epitome, et quae Novella sit fons epitomes. Singulae epitomae secundum librorum et titulorum Codicis seriem et secundum Novellarum seriem collocatae sunt. Quae collectionis constitutionum ecclesiasticarum libro tertio adiecta sunt paratitla, ex operis Athanasii antea laudati tit. I—III. hausta sunt, et cum Athanasii paratitlis tam ordinis, quam verborum ratione prorsus conveniunt. Acute observavit Zachariae de L.[11]), exemplis paratitlorum Athanasii et auctoris collectionis const. eccl. demonstrari, paratitla non ex omnibus iuris Iustinianei partibus esse hausta, sed verbi causa singulis legum, i. e. Codicis et Novellarum, titulis paratitla nonnisi ex legibus fuisse adiecta[12]). Quaesiverit ergo quispiam, quomodo factum sit, ut legibus paratitla nonnisi ex legibus, non ex iuribus, i. e. ex Institutionibus et Digestis accesserint, et quid causae fuerit, cur paratitla ex iuribus hausta plane non extent. Ad quam quaestionem ut respondeamus, non tam Athanasiani operis, quam collectionis const. eccl. ratio est habenda. Athanasii enim consilium in Epitome Novellarum conficienda longe aliud fuit, quam auctoris collectionis const. eccl. Athanasius enim omnem operam suam Novellis impendit, ideoque paratitla nonnisi ex Novellis adiecit. Auctor autem collectionis const. eccl. id egit, ut ex omni iure Iustinianeo locos ad ius sacrum et ecclesiasticum spectantes colligeret et idoneo ordine reponeret. Distinxit ille inter singulas collectiones. Quod ad Novellas attinet, in promtu iam erat Athanasii Epitome Novellarum, cuius tres priores tituli Novellarum ad rem ecclesiasticam pertinentium epitomas continebant, una cum singulorum horum titulorum paratitlis. Itaque auctor collectionis const. eccl. tres priores Athanasiani operis titulos cum paratitlis tertium suae collectionis librum esse voluit. Codicis lib. I. titulorum 1—13., qui rem spectant ecclesiasticam, in promtu erat summa Iureconsulti cuiusdam. Stephani antecessoris, ut Zachariae de L. suspicatur, quam, ut ipse labore supersederet, auctor collectio-

5) Egregie de horum verborum sensu disseruit Zachariae de L. l. l. p. 796 sq. De variis aliorum sententiis disseruit Mortreuil T. I p. 98 sq. 6) Mortreuil T. I. p. 124. 7) Sic locus ex tit. 20. lib. I. Inst. laudatus a v. ὀφείλων εἰδέναι u. a. v. ἀντίσχυρος ἡ αὐθεντία paucis omissis et leviter mutatus extat apud Theoph. lib. I tit. 21. §. 1—3. Item locus ex tit. 19. lib. III. Inst. laudatus a v. τῶν μὲν γὰρ πουπίλλων οἱ μὲν εἰσι ἴμφαντες u. a. v. τὸν τῇ ἥβῃ πλησιάζοντα extat apud Theoph. lib. III. tit. 19. §. 9. 8) Thalelaei index L. 24. C. IV. 35. (Basil. XIV. 1. 86.) „ἑλληνικὴ δὲ οὖσα τῆς κατὰ πόδα παραδόσεως οὐ δεῖται κατὰ τὴν ἡμετέραν διάστιξιν." 9) Zachariae de L. l. l. p. 796. 10) Praef. ad Synt. canon. (in Bevereg. Synod. T. II.) „Ἔδοξέ τισι πολλὰ τῶν καιριωτέρων ἐκ τῆς σπουδασθείσης συντομίας παραλελεῖφθαι. Διὸ πάλιν ὡρίσθη καὶ ἐγένετο τὰ λεγόμενα παράτιτλα, καθ' ἕκαστον τίτλον ἀναπληρώσεις ἔχοντα τῶν παραλελειμμένων χρησίμων." 11) Zachariae de L. l. l. p. 797. 12) Vix opus est, ut moneam, leges eo sensu sumi, quo Iustiniani aetate et ante eum opponuntur iuribus.

nis const. eccl. librum primum esse voluit. Praeterea auctor, quem non fugit, praeter constitutiones dictis Codicis titulis comprehensas plerasque alias in Codice extare, quarum argumentum ad rem faciat ecclesiasticam, earum epitomas sub paratitlorum nomine singulis illis tredecim titulis subiecit. Neque in eo substitit, sed etiam constitutionum in tredecim illis titulis obviarum breves epitomas inter paratitla recepit, Athanasii exemplum secutus. Ex Digestis autem et Institutionibus paratitla libro primo collectionis non subiecit auctor ideo, quod peculiarem librum, quo Digestorum et Institutionum loci ad rem ecclesiasticam facientes comprehenderentur, confecit, quem voluit esse secundum. Quo in libro paratitlorum ex Digestis et Institutionibus addendorum nulla erat necessitas, cum Digestorum tituli nonnisi ad ius sacrum spectantes non extarent, ideoque auctor necesse haberet ex omnibus Digestorum libris locos ratione argumenti ad hanc illamve iuris sacri partem pertinentes seligere. Quibus in locis digerendis sic versatus est auctor, ut sub titulis, quorum argumentum inscriptione indicatur, Digestorum locos ad materiam inscriptione tituli designatam pertinentes secundum librorum, titulorum adeoque fragmentorum seriem, quae in Digestis est, reponeret. Digestorum locos in singulorum titulorum fine excipiunt loci Institutionum secundum earum seriem repositi. Ut redeamus, unde deflexit oratio, ex opere Athanasiano et collectione const. eccl. optime intelligitur paratitlorum indoles, et revera Zachariae de L.[13]) acu videtur rem tetigisse, cum paratitla esse dicit: „Nachträge zu je einem Titel der Quellen, bestehend aus geordneten Ausführungen und Auszügen aus anderen Theilen der Quellen, die zu dem Inhalte des betreffenden Titels in näherer Beziehung stehen.“ Alio sensu vox *παράτιτλον* posteriori tempore sumitur[14]). — Indices denique etsi non ex Iustiniani sententia, at certe ex Iureconsultorum interpretatione, tertium genus librorum de iure ad collectiones Iustiniani componendorum permissum effecerunt[15]). Ut intelligamus, quid his indicibus designetur, recurramus necesse est ad §. 12. Inst. IV. 18. ubi haec leguntur: „Sed de publicis iudiciis haec exposuimus, ut vobis possibile sit summo digito et quasi per indicem ea tetigisse.“ Quae Theophilus[16]) ita transtulit: „*Ἀλλὰ περὶ τῶν πουβλίκων δικαστηρίων ἀρκεῖ ταῦτα διδάξαι, ὡς δυνατὸν δέξασθαι νέους καὶ ἄκρῳ γεύσασθαι τῷ δακτύλῳ διὰ συντόμου παραδόσεως.*“ Indicem Theophilus ergo dicit *σύντομον παράδοσιν*, brevem expositionem, quae a glossatoribus summa dicebatur. Eiusmodi brevem expositionem Digestorum secundum eorum ordinem confecit Cyrillus, qui ideo in Basilicorum scholiis dicitur *ὁ ἰνδικευτής*[17]). Atque index quidem Cyrilli proxime accedit ad naturam *συντόμου παραδόσεως*, i. e. brevis expositionis, et nomen indicis ex omnibus libris, qui hoc nomine ferebantur, unice meretur, cum brevissime singulorum fragmentorum indicet argumentum. Latior est summa Digestorum ab Anonymo confecta, cuius indolem tam ex locis Digestorum ab eo laudatis, tam in Basilicorum scholiis, quam in aliis fontibus obviis, quam ex Basilicis, quorum textus, quantum ad Digesta attinet, regulariter ex Anonymi summa desumtus est, cognoscimus. Nec tamen haec summa fines brevis expositionis excedit, cum brevior sit Digestorum textu et Anonymus in eo acquieverit, ut argumentum cuiusque Digestorum loci secundum eorum ordinem exponeret, omissis diversis Iureconsultorum sententiis, quae singulis in locis referuntur, et nonnisi ea sententia, quae obtinuerit, tradita, silentio non minus praetermissis Iureconsultorum, quorum in singulorum fragmentorum textu mentio facta est, nominibus. Anonymi tamen summa, quamvis brevior sit indicibus Dorothei et Stephani, neque apud aequales, neque apud posteriores indicis nomen obtinuit. Cuius rei causa haud scio an, quod ad Anonymi tempora attinet, in eo sit quaerenda, quod iam Dorothei et Stephani indices extiterint, et Anonymi tempore non amplius fuerit necesse, eiusmodi commentarium ad Digesta scriptum indicis nomine velare. Quod apud Scholiastas Basilicis posteriores Anonymi summa indicis nomen non tulerit, inde videtur explicandum, quod haec summa in Basilicorum textum translata est. Theophilus, Dorotheus et Stephanus commentarios ad Digesta scripserunt, tam ab aequalibus, quam a posterioribus indicum nomine insignitos, quorum indoles ab indicis, i. e. brevis expositionis, natura prorsus abhorret, atque ita Imperatoris praeceptum de commentariis ad Digesta non scribendis indicis velamento circumvenerunt. Ita Theophili memoratur index *τῶν πρώτων*[18]). Fragmenta indicis Theophili servata[19]) argumento sunt Theophilum in hoc indice liberius esse versatum, neque anxie pressisse Digestorum vestigia, ita ut verbi causa Digestorum textum casibus illustraverit, qui in Digestis non reperiuntur. Index Digestorum a Theophilo conscriptus erat *ἑρμηνεία*, commentarius Digestorum interpretationi inserviens, quod iam Stephanus indicavit his verbis: *Θεόφιλος μέντοι ὁ μακαρίτης οὕτω*

---

13) Zachariae de L. l. l. p. 796. 14) Zachariae de L. l. l. p. 796. not. *) in Sch. *Σημείωσαι* Basil. ed. Heimb. T. II. p. 483. et in Sch. *Τοῦτο* V. 550. voce *παράτιτλον* legem fugitivam, quae dicitur, arbitratur designari. De secundo loco hoc ei lubenter assentior, de primo loco dubito. In Sch. *Τοῦτο* V. 550. verba Basil. LX. 15. 2. „*εἰ δὲ ἄποροι* u. s. v. *ῥινοκοπείσθωσαν*“ e Proch. tit. XXXIX. cap. 54. desumta dicuntur non extare in indice (Dorothei), quod et Sch. *Οὐκ ἔστι* V. 550. innuit verbis „*Οὐκ ἔστι τὸ παρὸν θέμα τῆς τοῦ πλάτους ὑφῆς.*“ voce *τοῦ πλάτους* indicem Dorothei significans, et adduntur haec: *καὶ διὰ τοῦτο ἔστι καὶ παράτιτλον.* In Sch. *Σημείωσαι* II. 483. dicitur: *Σημείωσαι τὸ περὶ γάμου παράτιτλον, ὅτι καὶ ἀγράφως συνίσταται γάμος.* Quod de nuptiis sine scriptura validis ibi dicitur, reperitur tam in L. 4. D. XXII. 4. verb. „sicut et nuptiae sunt, licet testatio sine scriptis habita est,“ quam in indicibus huius fragmenti a Dorotheo (Sch. *Ὥσπερ* II. 483.) et Cyrillo (Sch. *Κυρίλλου. Ἡ ὑποθήκη* ibid.) confectis; denique in summa Anonymi, ex qua Basil. XXII. 1. cap. 33. haustum est. Itaque *παράτιτλον* hoc loco legem fugitivam designare nequit. Alio sensu sumuntur *τὰ παράτιτλα*, quae adiecta sunt Prochiro aucto. Cf. Zachariae Proch. p. CLXI sq. Ibi enim significant appendicem locorum aliis ex fontibus collectorum. Posteriori aetate paratitlis etiam locorum similium allegationes designatae esse videntur, quo sensu *τὰς παραπομπάς* complectuntur. Cf. Zachariae de L. krit. Jahrb. 1844. p. 797. 15) Cf. Zachariae de L. l. l. p. 797. 16) Paraphr. Inst. IV. 18. §. 12. 17) Sch. *Ἐπὶ* II. 558. „*Ἐπὶ τούτου τοῦ ῥήματος ἡ ἐναντιοφάνεια τῶν ἰνδικευτῶν δηλοῦται, τοῦ τε Κυρίλλου καὶ τοῦ Στεφάνου.*“ Tamen ubi indicis Cyrilli mentio fit in scholiis Basilicorum, vel simpliciter *ὁ Κύριλλος* vel *ἡ τοῦ Κυρίλλου ἔκδοσις* memoratur. Saepe iunguntur in Basilicorum scholiis *ὁ Κύριλλος καὶ ὁ ἴνδιξ*, quo casu index vel Dorothei vel Stephani intelligendus est. Cf. Sch. *Δύναται* I. 804. Sch. *Τουτέστιν* II. 94. Sch. *Ὁ ἀνώνυμος* V. 226. Sch. *Ὁ ἴνδιξ* V. 345. Sch. *Μᾶλλον* V. 735. Sch. *Ὁ ἴνδιξ* V. 774. Sch. *Ὁ Κύριλλος* V. 815. 18) Schol. ad Theoph. ed. Reitz. p. 417. 944.: „*Καὶ αὐτὸς γὰρ ὁ Θεόφιλος ἐν τῷ ἰδίῳ ἴνδικι τῶν πρώτων οὐ λέγει τοὺς ἡνιόχους αἰσχρὰ ἢ ἄτιμα πρόσωπα.*“ 19) Cf. Sch. *Θεοφίλ.* II. 102. (index L. 22. §. 9. D. XVII. 1.) Sch. 20. *Θεοφίλ.* II. 104. (index L. 22. §. 11. D. eod.) Schol. *Θεοφίλου* II. 105. (index L. 23. 24. 25. D. eod.) Sch. *Θεοφίλ.* II. 106. (index L. 26. §. 2. D. eod.) Sch. *Θεοφίλ.* II. 107. (index L. 26. §. 6. D. eod.) Sch. *Ἐνετειλάμην* II. 111. (index L. 27. §. 5. D. eod.) collatum cum Sch. *Θεοφίλ.* II. 112.

ἑρμηνεύει τὸ θέμα[20]). Eandem *ἑρμηνείας* indolem habent commentarii ad Digesta a Dorotheo et Stephano scripti[21]), qui *κατ' ἐξοχὴν* indicum appellatione designantur. Ita Dorotheus *ἰνδικεύειν* dicitur[22]). Ὁ *ἴνδιξ*, qui, quod ad eos Digestorum libros attinet, qui ex iuris docendi ratione a Iustiniano praescripta in scholis non exponebantur, in Basilicorum scholiis memoratur, est index Dorothei[23]). Idem eorundem librorum ratione habita in Basilicorum scholiis *τὸ πλάτος* appellatur[24]), sicuti etiam *τὸ πλάτος τοῦ ἴνδικος* coniunctum legitur[25]). Stephanus ipse commentarium suum ad Digesta *τὸν ἴνδικα* appellat, et *ἰνδικεύειν* tam de se praedicat[26]), quam ab aliis dicitur[27]), ideoque ὁ *ἰνδικευτής* appellatur[28]). Ubi in recentioribus Basilicorum scholiis ad eos Digestorum libros, quos ab antecessoribus in scholis exponi Iustinianus iusserat, indicis facta est mentio, Stephani index designatur[29]). Idem eorundem librorum ratione habita in Basilicorum scholiis *τὸ πλάτος* appellatur[30]), sicuti ex eo patet, quod tam *τὸ πλάτος* disertis verbis Stephano tribuitur[31]), quam verba *τοῦ πλάτους* laudata in Stephani indice reperiuntur[32]). Atque haec quidem *τοῦ πλάτους* appellatio ab initio indici Stephani ob indolem eius ab Anonymo et Enantiophane tributa ratione eorum librorum Digestorum, quos Stephani index non complectebatur, ad Dorothei indicem ob eius indolem, quae, licet Dorotheus brevitati magis studeat et concinnior esse soleat, non tantum a Stephani indice distat, quantum Cyrilli index et Anonymi summa, videtur esse extensa.

---

20) Sch. *Στεφάνου* II. 642. (adnotatio ad L. 42. §. 1. D. XII. 1.) 21) Ita verbi causa in scholiis ad Basil. lib. VIII. loci ex indice Stephani depromti regulariter inscribuntur: *ἑρμηνεία*. 22) Cf. Sch. 47. in Zachariae Suppl. edit. Basil. Heimb. p. 185, ubi ad L. 7. §. 1. D. XIV. 1. dicitur: „*καὶ ἴσθι, ὅτι Δωρόθεος μὲν ὁ μακαρίτης τὴν τοιαύτην σημείωσιν συμφώνως ἰνδίκευσε ἀκολουθήσας τῷ ῥητῷ.*" 23) Cf. Sch. Ὁ *γὰρ* Basil. Heimb. II. 472. Sch. *Πρόςκειται* IV. 168. Sch. *Τοῦ ἴνδικος* V. 261. Sch. *Ἐπὶ* V. 273. Sch. 29. a. v. Ὁ *ἴνδιξ* V. 291. Sch. 4. V. 311. Sch. *Τοῦ ἴνδικος* V. 316 Sch. Ὁ *ἴνδιξ* V. 321. 326. Sch. *Χωρὶς* V. 386. Sch. *Οὕτως* V. 390. Sch. *Περὶ* V. 418. Sch. *Τοῦ αὐτοῦ* V. 480. Sch. Ὁ *Κύριλλος* V. 502. Sch. *Τοῦ Ἀγιοθεοδ.* V 515. Sch. *Τοῦ ἴνδικος* V 531. Sch. *Ἐν πλάτει* V. 542. Sch. *Τοῦτο* V. 550. Sch. Ὁ *ἴνδιξ* V. 697. Sch. *Ἐν τῷ ἴνδικι* V. 699. Sch. *Κατὰ* V. 715. Sch. *Ἀπὸ* V. 722. Sch. *Τὸ λεῖπον* V. 727. Sch. *Μᾶλλον* V. 735. Sch. *Μὴ* V. 736. Sch. Ὁ *ἴνδιξ* V. 766. 774. 791. Sch. Ὁ *Κύριλλος* V. 815. Sch. *Μὴ θαυμάσῃς* V. 826. Sch. *Εἰώθασιν* V. 865. Sch. Ὁ *ἴνδιξ* V. 865. Aliter sentit Zachariae de L. in: krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1841. p. 797. 798, qui, licet etiam Dorotheum indicem ad Digesta scripsisse dicat, Stephani tamen indicem intelligendum esse contendit, ubi in scholiis Basilicorum recentioribus *τοῦ ἴνδικος* mentio facta fuerit, et locos a se laudatos omnes ad Stephani indicem refert, cui etiam solam appellationem *τοῦ πλάτους* vindicat. Ipse tamen dubitationem in nota movet dicendo, indices locorum e Digestorum libris XXIV—L. referri fortassis posse ad Dorothei indicem. Quam eius dubitationem iustam esse arbitror. Alioquin enim vir doctissimus sibi contradiceret, quippe qui l. l. p. 809. recte, mea quidem sententia, Stephani indicem eos duntaxat Digestorum libros, qui in scholis ab antecessoribus auditoribus exponebantur, complecti arbitratur idque ex eius usu in scholiis Basilicorum antiquis derivat, ad reliquos autem Digestorum libros Dorothei indicem in scholiis Basilicorum antiquis excerptum esse contendit. Nam horum librorum indicem in scholiis antiquis excerptum diversum esse a Stephani indice pluribus evicit argumentis. Paraphrasin horum librorum a Dorotheo, ut videtur, factam a recentioribus Scholiastis *τὸν ἴνδικα* vocari, patet ex eo, quod post Sch. *Τὸ παραγγεῖλαι* V. 727., quo paraphrasis graeca L. 17. pr. §. 1. 2. D. XLVIII. 5. continetur, statim sequitur paraphrasis §. 3—5. eiusdem legis, in fronte haec habens verba: *τὸ λεῖπον εἰς ἀναπλήρωσιν τοῦ ἴνδικος τοῦ κγ' κεφ.* Itaque ubi in Basilicorum scholiis *τοῦ ἴνδικος* ad eos Digestorum libros, qui in scholis non exponebantur, mentio facta est, intelligendus est index Dorothei, ad quem etiam appellatio *τοῦ πλάτους* ratione dictorum librorum referenda est. 24) Appellatione *τοῦ πλάτους* indicem Dorothei primus designavit Anonymus. Sch. *Ἀνώνυμος. Καὶ τὸ πλάτος ἔχει ἑπτά* IV. 471. collato. Sch. *Ἐὰν* ibid., quod continet indicem L. 3. D. XXXVIII. 16. e Dorothei commentario haustum. Index Dorothei *τὸ πλάτος* appellatur in Sch. *Τοῦτο* III. 290 Sch. *Τὸ πλάτος* III. 687. Sch. *Ἐάν τις* III. 692. Sch. *Ἄτοπον* III. 696. Sch. *Πρόςκειται* III. 721. Sch. 18. III. 741. Sch. *Τὸ πλάτος* III. 748. Sch. *Ἀνώνυμος* IV. 471. Sch. *Τὸ πλάτος* IV. 481. Sch. 35. V. 238. Sch. 25. V. 290. Sch. *Ἐὰν ἀνὴρ* V. 298. Sch. 3. a. v. *Τὸ πλάτος* V. 526. Sch. *Πρόςκειται* V. 528. Sch. *Οὐκ ἔστι* V. 550. Sch. Ὁ *Κύριλλος* V. 616. Sch. *Τὸ πλάτος* V. 627. Sch. *Πλαστὸν* V. 687. Sch. *Τὸ πλάτος* V. 791. Sch. *Τοῦτο* V. 813. Sch. *Ἐν τῷ πλάτει* V. 816. Sch. *Ζητητέον* V. 819. 25) Sch. *Ἐν τῷ πλάτει τοῦ ἴνδικος* V. 542. 26) Sch. *Εἰ γὰρ* II. 561. „*ἰνδικεύων μὲν ἐθεμάτισα.*" Sch. *Εἶπον* II. 601. „*εἶπον δέ σοι καὶ ἰνδικεύων.*" Sch. *Τοῦτο* III. 375. „*ὡς ἐν τῷ ἴνδικι εἶπον.*" Sch. 2. IV. 2. „*τοῦ ἴνδικος*" Sch. *Παραγραφὴ* IV. 192. „*Εἶπόν σοι καὶ ἰνδικεύων.*" Sch. 3. Suppl. ed. Basil. Heimb. p. 204. „*Εἶπόν σοι καὶ ἐν τῷ ἴνδικι.*" 27) Sch. 2. IV. 248. „*Καὶ ἰνδικεύων ὁ Στέφανος*" et „*ἐν ταῖς εἰς τὸν ἴνδικα παραγραφαῖς.*" 28) Sch *Ἐπὶ* II 558. 29) Hoc sensu ὁ *ἴνδιξ* sumitur in Sch. *Θεμάτισον* I. 330. Sch. *Εὑρήσεις* I. 394. Sch. *Οὐκ ἔστιν* I. 575. Sch. *Ζήτησον* I. 612. Sch. Ὁ *Παπίριος* I. 623. Sch. *Κύριλλος* et *Εἰ μέντοι* I. 627. Sch. *Ὅτι* I. 642. Sch. *Καὶ ζήτει* I. 644. Sch. *Ζήτει* I. 652. Sch. *Τουτέστι* I. 660. Sch. *Καὶ γὰρ* I. 791. Sch. *Δύναται* I. 804 Sch. *Ἐρώτησις* II. 30. Sch. *Ζήτησις* II. 66 Sch. *Ἐν τῷ* II. 67. Sch. *Εἰ θέλεις* II. 92. Sch. *Ἢ* II. 93. Sch. *Τουτέστιν* II. 94. Sch. *Ἀποκατάστασιν* II. 390. Sch. Ὁ *ἀλείνο* fin. II. 438. Sch. *Ἰωάννου* II. 457. Sch. *Τοῦ Νικαέως* II. 462. Sch. *Κυρίλλου* fin. II. 537. Sch. *Ἀνάγνωθι* II. 620. Sch. *Τοῦτο* II. 636. Sch. Ὁ *μὲν* II. 679. Sch. *Σημείωσαι* II. 695. Sch. *Τοῦ αὐτοῦ* II. 712. Sch. *Καλοκύρου* IV. 23. Sch. *Πρόςκειται* IV. 168. Sch. Ὁ *ἀνώνυμος* V. 226. Sch. Ὁ *ἴνδιξ* V. 345. Sch. *Περὶ* V. 360. Sch. *Οὖσαν* V. 724. Sch. *Οὐχ* V. 725. Sch. *Ζήτει* et *Κουράτωρ* V. 786. 30) Hac *τοῦ πλάτους* appellatione Stephani indicem iam designarunt Anonymus et Enantiophanes. Cf. Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ.* III. 410. Sch. Anon. *Καὶ* III. 737. Etiam Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* III. 362. Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* III. 363., in quibus verba *τοῦ πλάτους* laudantur, huc pertinere censeo, quamvis in Cod. Laurent. LXXX 11. a verbis *πρόςκειται ἐν τῷ πλάτει* novum scholium ordiatur (cf. Basil. Heimb. III. 362. not. r. III. 363. not. y.) Nam haec quoque scholia Anonymo vindicaverim, quippe qui saepius Dorotheum, Stephanum aliosque Iureconsultos laudare consueverit, veluti in Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* IV. 491. 612. Ceterum loci, in quibus *τὸ πλάτος* Stephani indicem designat, hi sunt: Sch. *Δηλονότι* I. 387. Sch. *Τὸ παρὸν* I. 392. Sch. 8. II. 83. Sch. 7. II. 122. Sch. *Τοῦτο* II. 205. Sch. *Τὸ πλάτος* III. 212. Sch. *Σημείωσαι* III. 362. Sch. *Πρόςκειται* III. 362. Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* III. 362. Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ.* III. 363. Sch. *Πρόςκειται* III. 375. Sch. *Τὸ πλάτος* III. 379. Sch. *Πρόςκειται* III. 396. Sch. *Τὸ πλάτος* III. 400. 403. Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ.* III. 410. Sch. *Σημείωσαι* III. 414. Sch. *Τὸ πλάτος* III. 475. 476. Sch. *Πρόςκειται* III. 478. Sch. *Τεθεμάτισται* III. 478. Sch. *Καὶ* III. 737. Sch. *Καλοκύρου* IV. 12. Sch. 27. IV. 17. Sch. *Πρόςκειται* IV. 197. 228. Sch. *Τὸ πλάτος* IV. 265. 272. 31) Sic in Sch. *Δηλονότι* I. 387. verba *τοῦ πλάτους* Stephani haec laudantur: *ἀλλὰ καὶ Στέφανος ἐν τῷ πλάτει φησί· εὔλογος αἰτία ἐστί, καὶ ἐὰν ἐπὶ νομὴν τῶν τοῦ ῥέου πραγμάτων ἐπέμφθησάν τινες τῶν δανειστῶν.* Haec verba extant in Sch. *Ἑρμηνεία* I. 386. (index Stephani L. 44. D. III. 3.) 32) Sic vox *τοῦ πλάτους* laudata „*συμβὰν*" in Sch. *Σημείωσαι* III. 362. reperitur in Sch *Τοῦ αὐτοῦ* III. 361. (index Stephani L. 16. D. XXIII. 3.) Verba *τοῦ πλάτους* „*ἐξ ὧν ἡ γυνὴ ζημιοῦται*" in Sch. *Πρόςκειται* III. 362. laudata extant in Sch. *Τοῦ αὐτοῦ* III. 361. (index Stephani L. 16. D. XXIII. 3.) Verba *τοῦ πλάτους* in Sch. 2. III 362. laudata „*κέρδος γὰρ ἔχει λαμβάνων τὴν προῖκα*" extant in Sch. *Ἐπὶ τοῖς* III. 362. (index Stephani L. 17. pr. D. XXIII. 3.) Verba *τοῦ πλάτους* in Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* III. 363. laudata „*ἐπειδὴ καὶ κινδυνεύεταί μοι τὰ ἀνδράποδα*" sunt verba indicis Stephani L. 18. D. XXIII. 3, qui extat in Sch. *Ἐὰν* III. 363. Verba *τοῦ πλάτους* in Sch. *Τὸ πλάτος* III. 379. laudata „*τὸν κονδικτίκιον εἰς ἀπαίτησιν τοῦ χρέους ἔχει*" habet index Stephani L. 43. pr. §. 1. D. XXIII. 3., qui Sch. *Εἰ καὶ* III. 378. continetur. Verbis *τοῦ πλάτους* in Sch. *Τὸ πλάτος* III. 403. laudatis „*οὐσουκαπιτεύσει αὐτὰ πρὸ σοῦο νεμόμενος*" respondent in Sch. *Δούλῃ* III. 402. (ind. Stephani L. 67. D. XXIII. 3.) haec: „*εἴγε πρὸ σοῦο νεμόμενος οὐσουκαπίτευσεν ὁ ἀνήρ.*" Adde locum in nota praecedente laudatum.

§. 4. De praeceptis Iustiniani a Iureconsultis non strenue observatis [1]).

Fines, quibus Iustinianus librorum de collectionibus legum a se confectis componendorum facultatem circumscripserat, in universum Iureconsulti custodierunt, modo exceperis indices. Plerique enim libri de iure Iustiniani aetate et paulo post compositi formam habent brevis argumenti legum expositionis cum paratitlis (*ἐπιτομαὶ μετὰ παρατίτλων* vel *σύντομοι σὺν παραπομπαῖς*). Exemplo sunt Cyrilli index Digestorum, Anonymi summa Digestorum, summae Codicis ab Anatolio, Isidoro, Stephano et Theodoro confectae, Iuliani, Athanasii et Theodori epitomae Novellarum. Indicum indoles brevis expositionis naturam transgrediens ex scholis ab antecessoribus de collectionibus iuris Iustinianei habitis repetenda est. Iustinianus sicuti librorum de iure componendorum facultatem angustis finibus circumscripserat, ita in scholis antecessoribus liberam explicandi et interpretandi fecerat potestatem, quod fieri necesse erat, si iuris studiosos plena ac sufficienti collectionum suarum cognitione imbui vellet. In scholis antecessores locos singulos casibus fictis illustrabant, dubitationes emergentes indicabant et removere studebant, locos, qui contradicere viderentur, adducebant et contradictionem solvebant, locos similes laudabant. Ita ortum est novum genus scriptorum a Iustiniano prohibitum, *παραγραφαί*, quae a Graecis vocantur, i. e. adnotationes illustrandis et interpretandis singulis iuris Iustinianei locis inservientes, quarum nonnullae ita conceptae sunt, ut dubitatio interrogationis modo moveatur et responsione solvatur, quae vocantur *ἀπορίαι καὶ λύσεις, ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις* [2]). De promulgandis interpretationibus, quas in scholis dederant, antecessores ipsi non videntur cogitasse, obstante scilicet Iustiniani prohibitione. Quae tamen interpretationes alio modo iuris publici factae sunt. Auditores enim in scholis ab antecessoribus tradita chartae mandabant. Eiusmodi volumina ab auditoribus de scholis antecessorum composita sensim sensimque propagata sunt, atque ita factum est, ut libri existerent, quibus commentarii interpretationi librorum iuris Iustinianei inservientes continerentur, quos componi Iustinianus vetuerat. Quod iam dudum merito dictum est, Theophili paraphrasin Institutionum ea, qua ad nos pervenit forma, scholis a Theophilo de Institutionibus habitis debere originem et ab auditore quodam eius esse conscriptam, idem de indicibus longioribus scriptis et de adnotationibus, quae *παραγραφαί* dicuntur, valet. Exemplum insigne est index Stephani. Ac primum quidem medio in contextu indicis Stephanus ita loquitur, uti magister cum discipulo loqui solet [3]). Deinde *ἐρωτήσεις* et *ἀποκρίσεις* Stephani docent, interrogationem ab auditoribus vel ab uno auditorum esse factam ad eamque Stephanum respondisse [4]). Tum *παραγραφαί* Stephani ita sunt comparatae, ut appareat, eas esse notas singulis textus verbis adiectas; Stephanus enim plerumque secunda persona uti solet, quasi cum auditore disserens [5]). Aliud exemplum praebet Thalelaei commentarius ad Codicem. Ita *ἐρωταποκρίσεις*, quae in hoc commentario leguntur, sunt responsiones ad quaestiones ab auditoribus obiectas [6]). Etiam Dorothei index Digestorum cum adnotationibus scholis ab eo de Digestis habitis originem videtur debere. Indicis quidem fragmenta in Basilicorum scholiis servata argumento sunt, Dorotheum Digestorum textum fere ad verba graeco sermone reddidisse, ita ut interpretis vice in indice functus non esse videatur: at certe in adnotationibus Digestorum locos eorumque singula verba interpretatus est, quod tam ex paucis harum adnotationum reliquiis patet, quam ex eo est colligendum, quod interpretationes Dorothei ad locos nonnullos ab aliis laudantur. Quod autem inprimis me movet, ut commentariorum Thalelaei, Dorothei et Stephani originem ex scholis repetendam existimem, est eorum Digesta laudandi consuetudo. Digestorum enim libros, qui in scholis exponebantur, non laudare solent librorum numeris, sed laudant partes Digestorum singulosque earum libros ac libros singulares. Quod exinde videtur derivandum, quod posterior laudandi ratio auditoribus ex scholis magis erat consueta. Libros Digestorum in scholis non tradendos librorum numeris laudare consueverunt.

Quae supra monita sunt de finibus, quibus Iustinianus librorum de collectionibus suis scribendorum facultatem circumscripserat, in universum a Iureconsultis custoditis, valent nonnisi de tempore proximo post libros Digestorum et Codicis promulgatos. Nam iam Iustiniani aetate Iureconsulti extiterunt, qui de singulis iuris materiis libros singulares conscripserunt [7]), veluti Anonymus, qui librum singularem *περὶ λῃγάτων καὶ μόρτις καῦσα δωρεῶν* et *ἐναντιοφανειῶν βιβλίον* edidit.

§. 5. De usu linguae latinae in Oriente cessante eiusque effectibus.

Tempus, quo linguae latinae usus in Oriente prorsus cessavit, fuit, cum Mauritius et Heraclius imperarent. Illis enim imperantibus provinciae, in quibus linguae latinae usus obtinebat, imperio ab hostibus ereptae sunt [1]). Iam multo ante usus linguae graecae praevaluit. Omnes libri et commentarii de iure Iustinianeo in Oriente compositi, excepta Iuliani Epitome Novellarum, graeca lingua scripti sunt; antecessores in scholis de libris iuris Iustinianei habitis nonnisi graeca lingua utebantur, sicuti illis ipsis commentariis, qui scholae originem debent, probatur. Itaque qui libros iuris Iustinianei intelligere sensumque eorum percipere vellet, latinae quidem linguae peritus esse debebat. In foro autem et in scholis usus

1) Cf. Zachariae de L. in: krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 798. 2) Eiusmodi interrogatio et responsio dicitur *ἀπορία* et *λύσις* in Sch. I. 378. II. 542., *ἐρώτησις* et *ἀπόκρισις* in Sch. *Τυχὸν* II. 571. 3) Huc pertinet frequens usus harum loquendi formularum: *εἰπόν σοι, βλέπε πῶς εἶπον, βλέπε τί φησιν, εἰρήκαμεν, προθεώρησον* vel *ἴχε ταῦτα ὡς ἐν προθεωρίᾳ*, quae excipiuntur verbis: *ταῦτα εἰδὼς ἐλθὲ ἐπὶ τὸ προκείμενον* vel *ἐπειδὴ ταῦτά σοι προτεθεώρηται, ὅρα λοιπὸν τὸ προκείμενον, μεμάθηκας, μᾶλλον δὲ οἶδα* et similium. 4) *Ἐρωταποκρίσεις* Stephani incipere solent voce *ἠρώτ.* (i. e. *ἠρώτων*) quaesiverunt sic auditores; responsio sequi solet nomine *Στεφάνου* praefixo. Cf. Sch. I. 370. 398. 583. 607. II. 15. 40. 80. 96. 113. 117. Suppl. ed. Basil. Heimb. p. 78. 105. Occurrunt etiam interrogationes ab uno auditorum, qui et nominatur, propositae, verbi causa Sch. *Ἰουλιανὸς ἠρώτησεν* II. 180. Sch. *Λεόντιος ἠρώτ.* Suppl. p. 227. Sch. *Λέοντος* II. 451. Sch. *Λέων ἠρώτ.* III. 402. Nonnunquam auditores Stephano dubitationem moverunt ex his, quae ipse antea dixerat, quo casu *ἐρωτήσεις* incipere solent voce *εἶπας* vel *πῶς εἶπας*, verbi causa Sch. I. 367. 370. III. 152. 153. 5) Quod patet ex frequentissimo usu verborum: *σημείωσαι, τοῦτο νόησον, οἶδας, ἴσθι, ἰδοὺ σημείωσαι, θὲς γάρ, μή σοι ἐναντιωθῇ, μὴ συναρπαγῇς* et similium. 6) *Ἐρωταποκρίσεις* Thalelaei incipere solent voce *ἠρώτ.* (*ἠρώτων*) quaesiverunt, scilicet auditores; responsio sequitur incipiens voce *μάθε*. Cf. Sch. I. 336. 342. 344. 411. 415. 660. 703. 710. 716. 722. II. 452. 454. 488. Suppl. p. 154. 159. 7) Zachariae de L. l. l. p. 798 sq.

1) Du Fresne, Glossar. med. et inf. Graecit. Praef. §. 16. Dirksen, Abhandlungen T. I. p. 59.

graecae linguae obtinuit. Vestigia usus linguae latinae remanserunt in verbis artis et regulis iuris. Has enim perinde atque illa latina lingua fuisse enunciatas docent commentarii Theophili, Thalelaei, Dorothei, Stephani et Anonymi. Latinae linguae usu in foro perinde atque in schola cessante effectum est, ut versiones et commentarii de iure Iustinianeo graeca lingua scripti non multo post Iustinianum in iudiciis adhiberentur ad eosque loco librorum iuris Iustinianei ipsorum iudices et partes provocarent. Sed, ut Ecloga Leonis et Constantini testatur, has ipsas versiones et commentarios qui intelligerent, Constantinopoli fuerunt pauci, extra Constantinopolin nemo, idque causae fuit Imperatoribus Eclogae componendae[2]).

§. 6. De fatis scholae iuris Constantinopolitanae post Iustinianum[1]).

Iuris disciplina easdem sub posterioribus Imperatoribus subiit vicissitudines, quibus reliquae institutionis publicae partes fuerunt obnoxiae. In dialogo, qui Theophylacti *ἱστορίαν οἰκουμενικὴν* praecedit, Philosophia et Historia queruntur, se a Phoca Imperatore esse neglectas, et laudant Imperatorem Heraclium et Patriarcham Sergium, quippe quorum cura ac praesidio reviviscant. Etiam scholae iuris Heraclio imperante in eundem statum, quam sub Iustiniano habuerunt, restitutae sunt. Mox autem Imperatores, controversiis dogmaticis dediti atque impliciti, hominum ingenia ad literarum studium incitare prorsus neglexerunt. Dubium est, utrum schola Constantinopolitana a Leone Isauro sublata fuerit, an huius scholae triste fatum turbulento reipublicae statui tribuendum sit. Id nonnisi certum est, a Leonis Isauri tempore literarum bonarumque artium lucem fuisse extinctam. Eadem, quae reliquarum literarum, fata fuerunt iurisprudentiae et iuris disciplinae. Leone tandem Armenio et Theophilo imperantibus, maxime autem Bardae, Imperatoris Michaelis Methystae avunculi, aetate meliora tempora illuxerunt. Bardas enim, a Michaele Imperatore Caesar creatus, scholas in exitium vergentes restituit et literarum studium suscitare studuit. Atque eo quidem consilio magistros ac professores creavit, qui literas bonasque artes docendo traderent, neque sumtibus pepercit necessariis, adeoque ipse auditorum numero interfuit, quo exemplo ad literarum studium iuventutem incitaret. Maximam curam impendit legum lationi et iuris disciplinae, cuius eadem, quae reliquarum literarum, tristia fata fuerant[2]). Bardae ante omnes acceptum refertur novum legislationis et iurisprudentiae incrementum inde a Basilio Macedone oriundum.

CAPUT II.

Successio prudentum[1]).

§. 1. Iureconsultorum, qui Iustiniani tempore floruerunt, praeceptores[2]).

In scholiis Basilicorum antiquis, quae vocantur, a Thalelaeo, Stephano et Theodoro Iureconsulti nonnulli, laudantur Iustiniani aetate paulo anteriores, Cyrillus, Domninus, Demosthenes, Eudoxius, Patricius, quorum notitia nonnisi per illa scholia ad nos pervenit. Interpretationum horum Iureconsultorum praecipue ad constitutiones quasdam in Codice Iustinianeo repositas, rarius ad locos serius in Digesta translatos mentio facta est. Omnes illi Iureconsulti Beryti floruerunt et in schola iuris Berutiensi antecessorum munere functi esse videntur. Quod tam ex eo patet, quod nonnulli eorum Beryti docuisse disertis verbis dicuntur, quam exinde, quod Thalelaeus, qui et ipse Beryti antecessor fuit, eos communi nomine *τῶν ἐπιφανεστάτων διδασκάλων, τῶν ἐπιφανῶν διδασκάλων, τῶν τῆς οἰκουμένης διδασκάλων* appellavit[3]). Mortreuil[4]) designat eos „les Jurisconsultes autodidactes", quo significare videtur, eos per se iuri addiscendo dedisse operam, neque ullum habuisse praeceptorem. Quae tamen designatio probari nequit. Licet enim memoriae non sit proditum, quibus magistris illi Iureconsulti in iure addiscendo usi fuerint, omne tamen iuris studium ante eos in schola Berutiensi fuisse extinctum credi vix potest. Imo ipsa schola iuris, quae Beryti iam ante Iustinianum floruit, argumento est, nunquam defuisse tam antecessores in iure docendo occupatos, quam auditores iuris addiscendi cupidos. Accedit, quod Iustinianus in Const. Omnem ad antecessores de antiquiori iuris docendi discendique ratione tradidit. Quod licet ad scholam Constantinopolitanam videatur pertinere, tamen probabile est, Beryti in universum eandem iuris docendi discendique rationem obtinuisse. Quod antecessores Berutienses nonnunquam alios libros, quam qui in Const. Omnem memorantur, in scholis tradiderunt, alio potest explicari modo. Antecessores enim Berutienses praeter ordinarias lectiones etiam extraordinarias habuerunt, in quibus alios libros, quam quorum in Const. Omnem facta est mentio, exposuerunt. Ut haec sint, negari nequit, ab illis Iureconsultis originem novae quasi scholae Iureconsultorum esse repetendam. Nam Iureconsulti, qui Iustiniani aetate et paulo post vixerunt, illius temporis, quod inter Iureconsultos, quorum e libris Digesta composita sunt, et illos quinque antecessores Berutienses intercedit, ne unum quidem Iureconsultum designarunt. Quo tempore haec nova iuris schola orta sit, coniici nonnisi potest. Haud

2) Eclog. prooem. §. 2. „*ἐν πολλαῖς βίβλοις τὰ ὑπὸ τῶν προβεβασιλευκότων νενομοθετημένα ἐγγεγράφθαι γινώσκοντες, καὶ τοῖς μὲν δυσδιάγνωστον τὸν ἐν αὐτοῖς περιεχόμενον νοῦν, τοῖς δὲ καὶ παντελῶς ἀδιάγνωστον καὶ μάλιστα τοῖς ἔξω τῆς θεοφυλάκτου ταύτης καὶ βασιλίδος ἡμῶν πόλεως εἰδότες τυγχάνοντα, μετακαλεσάμενοι τούς τε ἐνδοξοτάτους ἡμῶν πατρικίους, τὸν ἐνδοξότατον κυαίστωρα, καὶ τοὺς ἐνδοξοτάτους ὑπάτους, καὶ λοιποὺς τὸν τοῦ θεοῦ φόβον ἔχοντας, πάσας τὰς αὐτῶν βίβλους συναθροισθῆναι παρ' ἡμῖν ἐκελεύσαμεν, καὶ πάσας μετ' ἐπιμελοῦς ἐπισκέψεως ἀνακρίναντες, διά τε τῶν ἐν ταῖς αὐταῖς βίβλοις εὐθέλως ἐμφερομένων διά τε τῶν παρ' ἡμῶν νεαρῶς θεσπισθέντων ἐπὶ συγχαζόντων πραγμάτων καὶ συναλλαγμάτων τὰς κρίσεις καὶ τὰς κατ' ἀλλήλους τῶν ἐγκλημάτων ποινὰς ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ φανερωτέρως τε καὶ λεπτοτέρως ἀναληφθῆναι ἁρμόδιον ἡγησάμεθα.*"

1) Cf. Allgem. Literaturzeit. April 1837. p. 474. Schoell, Gesch. der griech. Literatur, übers. von Pinder. T. III. p. 6—14. Zachariae, Delineatio §. 13. no. 7. p. 20. 2. Mortreuil, Histoire du droit Byzantin. T. I. p. 373 sq. 2) Cedren. Hist. p. 513 sq. 547—551. Inprimis hic Cedreni locus huc pertinet: *Ὁ δ' αὐτὸς Βάρδας καὶ Καῖσαρ γενόμενος συνεχῶς ἐφοίτα τοῖς τοῦ ἱπποδρόμου δικαστηρίοις· καὶ τοὺς οὓς ἀνηβῶν αἴτιος γέγονε, τοῦ χρόνου καὶ τὴν περὶ αὐτοὺς ἀκρίβειαν συγκαλύψαντος.*

1) Zachariae, Delineatio §. 14. p. 21—24. Idem in krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 802—817. Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. I. p. 257—325. 2) Cf. Mortreuil l. l. T. I. p. 257—273. 3) Cf. Sch. Basil. *Οἱ μὲν* I. 402. Sch. *Ταύτην* I. 649. Sch. 1. I. 698. 4) Mortreuil l. l. p. 257.

immerito Mortreuil[5]) eam paucis annis ante, quam Anastasius imperio potitus est quod factum est anno 491., ortam esse arbitratur. Thalelaeus enim in adnotatione ad L. 10. C. II. 4.[6]) tradit, notandum esse, etiam de statu transigi licere; quod quamvis aliis constitutionibus fuisset prohibitum, tamen ex Imperatoris Anastasii constitutione (L. 43. C. II. 4.) de servili et adscriptitia conditione posse transigi; orbis autem terrarum praeceptores (*οἱ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλοι*) huius constitutionis ignaros et antiquas constitutiones reveritos in dicta L. 10. C. II. 4. posuisse, patrui fratris filios, de quibus in illa constitutione agitur, non legitimos dixisse. Illi *τῆς οἰκουμένης διδάσκαλοι* iidem sunt, qui a Thalelaeo aliis locis *οἱ ἐπιφανέστατοι* vel *οἱ ἐπιφανεῖς διδάσκαλοι*, vel *οἱ παλαιότεροι διδάσκαλοι*[7]) vel simpliciter *οἱ παλαιοί* appellantur[8]). Etiam singuli horum Iureconsultorum appellatione *τοῦ τῆς οἰκουμένης διδασκάλου* designantur, veluti Cyrillus a Thalelaeo[9]). Nunc de quinque illis Iureconsultis sigillatim loquamur.

I. Cyrillus eorum antecessorum, a quibus schola Iureconsultorum nova orditur, est antiquissimus. Eum Beryti docuisse, auctor est Stephanus[10]). Magna laus Cyrilli fuit apud posteros: nam a Thalelaeo *ὁ κοινὸς τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος* appellatur[11]). Sententiae et interpretationes Cyrilli a Stephano in indice Digestorum et adnotationibus laudantur[12]), unde patet, Cyrillum libris Iureconsultorum antiquiorum, maxime Ulpiani commentario ad Edictum et Papiniani Responsis interpretandis operam dedisse. Quod utrum in scholis fecerit, cum tribus prioribus Edicti partibus et libris singularibus exponendis vacaret, an in libris, quos ipse de iure composuit, definire non audeo. Scripsit *ὑπόμνημα τῶν δεφινίτων*, librum s. commentarium definitionum, cuius Patricius apud Thalelaeum fecit mentionem[13]). Ex titulo libri patet, Cyrillum in eo congessisse definitiones sive regulas iuris. Liber ipse in titulos divisus fuisse videtur, cum Patricius referat, Cyrillum ad titulum de pactis omnes locos de pactis legibus contrariis congessisse. Titulus de pactis, quem Patricius innuit, est titulus Edicti perpetui. Ex iis, quae Thalelaeus ipse in scholio laudato addidit, Cyrillum ad titulum de pactis congessisse omnia pacta legibus contraria; quae autem ab eo congesta fuerint, nunc in Digestis esse dispersa, ideoque quaerendum esse in Digestis ab eo, qui cognoscere velit, quae pacta legibus adversentur; coniicio Cyrillum in suo definitionum libro ad singulos Edicti titulos collegisse regulas iuris easque exemplis illustrasse ex libris Iureconsultorum, quorum fragmenta in Digesta translata sunt, depromtis. Quod Thalelaeus tradidit, a Cyrillo de pactis legibus contrariis congesta nunc in Digestis esse dispersa, bene Mortreuil[14]) explicuit dicendo, ex compilatoribus Digestorum unum ex illo Cyrilli libro antiquiorum Iureconsultorum fragmenta transscripsisse et sub titulis Digestorum, quo viderentur pertinere, reposuisse, idque a collegis fuisse probatum. Digestorum ergo compilatores ex libris Iureconsultorum antiquiorum non semper immediate, ut ita dicam, hauserunt, sed laboris sublevandi gratia collectiones locorum ex libris Iureconsultorum desumtorum antiquiores abhibuerunt. Itaque mirum non est, quomodo Digestorum compilatores tantae molis opus tam brevi tempore potuerint perficere. Fragmenta libri, qui inscriptus erat *ὑπόμνημα τῶν δεφινίτων*, Mortreuil invenisse sibi visus est in scholiis ad Basilicorum lib. XI. tit. 1. 2. e Codice Coislin. 152. recens a me editis, quorum nonnulla Cyrilli nomine sunt insignita, eaque scholia in Codice Parisiensi 1352, quo usus est Fabrotus, mutata et in brevius redacta arbitratur[15]). In quo vehementer errat. Quae enim huc retulit scholia, aut ex indice Stephani hausta sunt[16]), aut si Cyrilli nomen in fronte ferunt, ex indice Cyrilli iunioris, Digestorum interpretis, uti ex eorum indole aliis scholiis ex Cyrilli iunioris indice depromtis persimili colligi potest[17]).

---

5) Mortreuil l. l. p. 257 sq. 6) Sch. 1. a. v. *Σημείωσαι* I. 698. „*Σημείωσαι, ὅτι καὶ περὶ καταστάσεως ἔξεστιν διαλύεσθαι· εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ ἦσαν τὸ παλαιὸν διατάξεις τοῦτο κωλύουσαι, ἀλλ' ὅμως ἀπὸ διατάξεως Ἀναστασίου τοῦ τῆς θείας λήξεως κειμένης τελευταίας ἐν τούτῳ τῷ τιτ. ἐξὸν καὶ περὶ δουλικῆς καὶ περὶ ἐναπογράφου τύχης διαλύεσθαι. ἀλλ' οἱ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλοι εἰκότως τὴν διάταξιν ταύτην οὐκ εἰδότες καὶ τὰς παλαιὰς ἐπὶ τούτῳ διατάξεις εὐλαβούμενοι ἐθεμάτιζον, ὅτι ὡς μὴ γνησίους αὐτοὺς υἱοὺς διέβαλεν ὁ θεῖος.*" Errat Mortreuil l. l. p. 257. hoc scholium Theodoro vindicans. Quamvis enim in Basil. editione iunctum sit Sch. *Θεοδώρου* (Theodori summa L. 10. C. II. 4.), tamen a voce *Σημείωσαι* novum orditur scholium, quo continetur Thalelaei adnotatio ad L. 10. C. II. 4. Thalelaeum auctorem indicat etiam formula loquendi huic consueta in fine posita: *ὡς ἐν τούτῳ τῷ τιτ. προϊόντες ἐσόμεθα ἐν τῇ λη. διατ.* 7) Sch. *Θαλελαίου* II. 454. „*εἰ καὶ Εὐδοξίῳ τῷ ἥρωι καὶ τοῖς ἄλλοις παλαιοτέροις διδασκάλοις ταῦτα εἴρηται.*" 8) Sch. *Θαλελαίου* V. 753. 9) Sch. *Ταύτην* I. 646. „*ὡς τὸν ἥρωα καὶ κοινὸν τῆς οἰκουμένης διδάσκαλον Κύριλλον.*" Est Thalelaei adnot. ad L. 6. C. II. 3. 10) Sch. 54. in Suppl. ed. Basil. p. 211. „*τοῦτο ποτὲ ἀνεγνώσθη ἐν Βηρυτῷ ὑπὸ Κυρίλλου τοῦ ἥρωος.*" Hoc scholium est Stephani adnot. ad L. 9. §. 7. D. XV. 1. 11) Sch. *Ταύτην* I. 646. Cf. not. 9. 12) Stephanus in *ἐρωταποκρίσει* indici L. 12. D. II. 14. (Sch. *Δύναται* I. 583.) subiecta provocat ad Cyrilli, quem hic et locis post adducendis *τὸν ἥρωα* appellat, auctoritatem, quo probet, aliud esse pactum, aliud transactionem. Idem in adnot. ad L. 9. §. 7. D. XV. 1. (Sch. 54. Suppl. p. 211.) auctor est, Cyrillum tumultuaria lectione loci ex Ulpiano lib. 29. ad Edictum, qui dicta lege continetur, servasse servum, qui se praecipitasset nec tamen mortuus esset, contra poenam, quam Praeses ei inferre voluisset. Idem in adnot. ad L. 26. §. 4. D. XXIII. 4. verb. obstabit exceptio (Sch. *Δόλου* III. 474.) tradit, Cyrillum responsum Papiniani, quod loco Digestorum laudato continetur, esse interpretatum, cui convenientem interpretationem ipse Stephanus dedit. 13) Sch. *Ταύτην* I. 646. (Thalelaei adnot. ad L. 6. C. I. 3.) „*Ταύτην τὴν διάταξιν ὑπομνηματίζων ὁ ἥρως Πατρίκιος τολμηρὸν ἔφη εἶναι τὸ ἐξαριθμήσασθαι καὶ καταλέξαι, ποῖά ἐστι τὰ κόντρα λέγεμ ἤτοι ἐναντία νόμου γενόμενα πάκτα, ὡς τὸν ἥρωα καὶ κοινὸν τῆς οἰκουμένης διδάσκαλον Κύριλλον τελείως καὶ ἀνελλιπῶς τὰ περὶ τούτων συναγαγόντα ἐν τῷ ὑπομνήματι τῶν δεφινίτων αὐτοῦ· τὸν γὰρ δὲ πάκτις τίτλον ὑπομνηματίζων τελείως καὶ ἀνελλιπῶς καὶ ὡς αὐτῷ μόνῳ δυνατὸν ἦν, συνήγαγεν τὰ περὶ τούτων· νῦν δὲ διέσπαρται ἐν πᾶσι τοῖς διγ. ὅταν οὖν βούλῃ μαθεῖν, ποῖα σύμφωνα κόντρα λέγες ὄντα κάμνει, δεῖ σε ζητεῖν ἐν τοῖς διγ.*" 14) Mortreuil l. l. p. 259 sq. 15) Mortreuil l. l. p. 260. verbi causa huc refert scholia T. I. p. 555. 558. 559—562. 563. 564. 566—568. 569. etc. 16) Sic Sch. *Ἐπειδὴ* u. a. v. *τοῦ παρόντος τιτ.* I. 555. est Stephani index L. 4. pr. §. 1—3. D. II. 3. Sch. *Κυρίλλου* a. v. *καὶ ἔγνως* u. a. f. I. 557. est Stephani index L. 6. D. eod. Sch. *Μαθὼν* I. 559—562. est Stephani index L. 7. pr. §. 1—5. D. eod. Sch. *Ὁ ἐπερωτήσας* I. 566—568 est Stephani index L. 7. §. 6. D. eod. Sch. *Ἐντεῦθεν* I. 569. est Stephani index L. 7. §. 7. 8. D. eod. Idem de aliis scholiis, quae Mortreuil Cyrillo seniori tribuere voluit, valet. Nonnulla horum scholiorum aut recentiora sunt, veluti Sch. I. 558. initio mancum, Sch. 2. I. 563, Sch. I. 564, aut continent indicem Stephani in brevius redactum, veluti Sch. *Τῶν συμφώνων* I. 563. 17) Dubitatio nonnisi de Sch. *Κυρίλλ.* *Ἀδιάφορον* I. 626. potest moveri, cuius verba haec sunt: *Ἀδιάφορον ὡς ἂν θεματίσῃς, ἐστί· φίλιος ἄλιος νὸν νάβουιτ* (sunt verba textus L. 40. §. 3. D. II. 14. „filios alios non habuit") *ὥστε εἶχε παῖδας, ὅτε ἐπάκτευσεν. ἄλλως οὐ κέχρηται τῇ τοῦ πάκτου παραγραφῇ, ἀλλὰ μόνος ὁ ἀδελφός, κληρονόμος δηλονότι γενόμενος, οὐ μὴν οἱ παῖδες αὐτοῦ, ἐπειδὴ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ συμφώνου παῖδας ἔχων ἐσιώπησεν αὐτούς. καὶ σημείωσαι, τότε τὸ ὑπὲρ ἄλλου γενόμενον πάκτον ἄλλῳ συμβάλλεται διὰ τὴν διάθεσιν τῶν πακτευόντων, ἵνα τοὺς κληρονόμους παραμυθήσῃ. ἐντεῦθεν ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι κἂν*

II. **Domninus.** Hunc Iureconsultum ante Imperatorem Anastasium vixisse iam supra demonstravimus. Utrum Zenonis constitutio ex Basilicorum lib. LVI. tit. 6. ope Codicis nunc deperditi a Cuiacio in Comm. ad tres postremos libros Codicis anno 1561 restituta, quam Codicis editores L. 7. C. X. 3. esse voluerunt, ad eum data sit, uti Mortreuil[18]) arbitratur, dubitari potest. Quamvis enim Cuiacius inscriptionem habeat: „*Αὐτοκράτωρ Ζήνων τῷ Δομνήνῳ*“, alii tamen, veluti Contius, pro *Δομνήνῳ* habent *Δομνίνῳ*[19]). Utra inscriptio vera sit, incertum est. Vix enim crediderim, inscriptiones constitutionum e Basilicis a Cuiacio restitutarum exhibitas e Basilicis esse haustas, quippe quae regulariter constitutionum inscriptiones non habeant[20]). Similiter etiam Novellae in Basilicis neque inscriptiones, neque subscriptiones habent. Itaque necesse non est accipiamus, uti Mortreuil fecit[21]), Domninum Zenone imperante Praefectum Praetorio fuisse. Theodorus Domninum praeceptorem suum appellat[22]). Quod non ita esse intelligendum, ut Theodorus auditor et discipulus Domnini fuerit, sed ita, ut Theodorus ex libris eius didicerit, alii iam satis docuerunt, magno temporis spatio, quod inter utrumque Iureconsultum interiectum est, moti[23]). Domninus ad duas constitutiones in Codice Iustinianeo repositas laudatur, ad L. 6. C. II. 12., quae Alexandri est, a Thalelaeo[24]), ad L. 27. C. VIII. 53., quae Constantini est, a Theodoro[25]). Haud improbabilis est coniectura Reitzii existimantis, Domninum Codices Gregorianum et Theodosianum fuisse interpretatum, ex quibus utraque constitutio in Codicem Iustinianeum fuerit translata[26]).

III. **Demosthenes**, qui ad constitutiones quasdam a Thalelaeo laudatur, antiquior est illo Demosthene, qui Iustino I. et Iustiniano imperantibus Praefectus Praetorio fuit[27]). Ut enim praetermittam, quae de aetate quinque Iureconsultorum, de quibus hic agitur, in universum monita sunt, Thalelaeus Demosthenem appellat *τὸν τῆς εὐκλεοῦς μνήμης*[28]), quod eo sensu, ut designet multis annis ante defunctum, accipiendum est ideo, quod idem Thalelaeus auctor est, Patricium *τὸν ἥρωα*, i. e. longe defunctum, referre interpretationem Demosthenis suae consentaneam[29]), unde patet, Demosthenem ante Patricium docuisse. Interpretationes Demosthenis a Thalelaeo ad hos tres Codicis locos laudantur: L. 3. C. II. 4.[30]); L. 6. C. II. 12.[31]); L. 10. C. II. 12.[32]). Quae constitutiones omnes cum rescripta sint Imperatoris Alexandri Severi, etiam de Demosthene valet Reitzii coniectura de Codice Gregoriano ab antiquis illis interpretibus illustrato.

IV. **Eudoxius**, princeps illustris Iureconsultorum familiae, fuit avus Anatolii, antecessoris Berutiensis, unius ex numero eorum, quibus Iustinianus mandatum dedit Digestorum compilandorum[33]). Saepe a Iureconsultis seculi sexti appellatur *ὁ ἥρως*, i. e. iam dudum defunctus[34]). Interpretationes Eudoxii ad nonnullas constitutiones, quae haud dubie in antiquioribus Codicibus repositae fuerunt, a Thalelaeo et Theodoro referuntur, verbi causa ad has: L. 8. C. II. 4. Gordian.[35]); L. 18. C. II. 4. Dioclet. et Maxim.[36]); L. 6. C. de procurat. II. 12. (13.) Alexand.[37]); L. 3. C. de donat. quae sub modo VIII. 54. (55.) Dioclet. et Maxim.[38]). Neque veteres Iureconsultos neglexit; nam verbi causa ad locum

ἄλλον καὶ οὐ τοὺς παῖδας ἔγραψα κληρονόμον, καὶ οὗτος εἶχε δόλου παραγραφήν· ἐπιφαντικῶς γὰρ ἔχει τὸ ῥητόν, ἵνα τοὺς κληρονόμους παραμυθήσῃ. Hoc scholium ideo quis nostro Cyrillo seniori tribuendum esse existimaverit, quod statim sequens Sch. *Κυρίλλ.* I. 626. continet Cyrilli iunioris indicem L. 40. §. 3. D. II. 14. et Sch. *Κυρίλλ. Ἀδιάφορον* Cyrillo tribuitur, verbis eius repetitis, in Sch. 16. I. 627., cuius verba haec sunt: *Κύριλλος δέ φησιν ἀδιάφορον, ὡς ἂν θεματίσῃς· ὥστε εἰ εἶχε παῖδας, ὅτε . . . . τὸ τοσοῦτον ἐποίει πάκτον, οὔτε τὴν τοῦ δόλου παραγραφὴν οἱ παῖδες ἔχουσιν, ἀλλὰ μόνος ὁ γενόμενος κληρονόμος ἀδελφὸς αὐτοῦ ἔχει τὴν τοῦ πάκτου, ἐπεὶ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ συμφώνου παῖδας ἔχων ἐσιώπησεν αὐτούς. οὕτως ὁ Ἴνδιξ.* Sed cum in fine huius scholii ὁ *Ἴνδιξ* continere ea dicatur, quae in Sch. *Κυρίλλ. Ἀδιάφορον* leguntur, appellatione *τοῦ Ἴνδικος* autem ad Digestorum libros in scholis exponi solitos Stephani index designetur, persuasum mihi est, nomen *Κυρίλλου* in scholio, quod incipit voce *Ἀδιάφορον*, ex scholio statim sequente, cui nomen *Κυρίλλου* praefixum est, a librario fuisse transpositum, et scholium, quod incipit voce *Ἀδιάφορον*, esse continuationem indicis L. 40. §. 3. D. II. 4. a Stephano confecti, qui extat in Sch. *Πατὴρ* I. 626. 18) Mortreuil l. l. p. 261. 19) Cf. Herrmann ad. Cod. Iust. p. 626. not. 16. 20) Quae in Basil. I. 1. 1. praefixa est constitutionis inscriptio, haud dubie ex versione *κατὰ πόδα* Thalelaei serius in Basilica a librariis adscripta est. 21) Mortreuil l. l. p. 261. 22) Sch. *Θεοδώρου* IV. 585. „*πλὴν ἰστέον, ὅτι Δομνῖνος ὁ πολυμαθής, ὁ ἐμὸς διδάσκαλος, δέχεται τὸ ῥητὸν τῆς προκειμένης διατάξεως ἀδιαστίκτως καί φησιν, ὅτι, κἂν συμβόλαιον προβῇ, κἂν μὴ ὑπερβῇ ἡ δωρεὰ τὸ εἰρημένον τοῖς νόμοις ποσόν, χρεία πάντως καὶ πράξεως ὑπομνημάτων κ. τ. λ.*“ 23) Vide, quae contra Helmbach iun. Anecd. T. I. p. 203. disputarunt Zachariae de L. in: Wiener Jahrb. Vol. LXXXVII. p. 99. Anecd. p. XLVIII. et Mortreuil l. l. p. 261. 24) Thalelaei *ἑρμηνεία* L. 6. C. II. 12. (Sch. I. 403.) „*Ταύτην τὴν διάταξιν Δομνῖνος μὲν καὶ Δημοσθένης καὶ Εὐδόξιος οἱ πανάριστοι ἐπὶ πολιτικῆς δίκης ἐνόουν, ἐπειδὴ τὸ παλαιὸν ἡ διάταξις αὕτη ἔλεγε, μηδὲ τιμὰς δύνασθαι πράττειν τὸν ὑπὸ κατηγορίαν ἐγκληματικὴν γενόμενον.*“ 25) Sch. *Θεοδώρου* IV. 585. Cf. not. 22. 26) Reitz Exc. XX. ad Theoph. p. 1243. Cf. Mortreuil l. l. p. 261. et qui ab eo laudati sunt. 27) Ad Demosthenem Praefectum Praetorio datae sunt constitutio Iustini anno 521. promulgata (L. 8. C. VI. 22.) et hae constitutiones Iustiniani: L. 25. C. I. 4. L. 12. C. I. 14. L. 14. C. I. 51. L. 33. C. III. 28. L. 12. C. IV. 1. (anni 529.) L. 24. C I. 4. L. 14. C. VII. 45. (anni 530.) Cf. Mortreuil l. l. p. 263. not. a. 28) Sch. *Καὶ τοῦτο* I. 692. (Thalelaei adnot. ad L. 3. C. II. 4.) „*δοκεῖ Δημοσθένει τῷ τῆς εὐκλεοῦς μνήμης λέγοντι κ. τ. λ.*“ 29) *Τοῦτο* I. 405. (Thalelaei adnot. ad L. 10. C. II. 12. verb. plenam potestatem agendi) „*Τοῦτο τὸ χωρίον ὡς περὶ γενικοῦ προκουράτωρος ὁ ἥρως Πατρίκιος ἐνόησεν, ἀναγαγὼν καὶ Δημοσθένην οὕτως αὐτὸ νενοηκότα.*“ 30) Sch. *Καὶ τοῦτο* I. 692. (Thalelaei adnot. ad L. 3. C. II. 4.) 31) Sch. I. 403. (Thalelaei *ἑρμηνεία* L. 6. C. II. 12.) 32) Sch. *Τοῦτο* I. 405. (Thalelaei adnot. ad L. 10. C. II. 12. verb. plenam potestatem agendi). 33) Const. Tanta §. 9. Const. *Δέδωκεν* §. 9. In utraque constitutione dicitur Anatolius „ab antiqua legitima stirpe procedens“. Cf. Witte in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1837. p. 13—15. Textus posterioris constitutionis l. l. maxime corruptus est. Witte eum merito sic censet constituendum: *καὶ Ἀνατολίου τε τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου μαγίστρου, ὃς δὴ καὶ αὐτὸς παρὰ Βηρυτίοις τὰ ἐκ νόμων παιδεύει καλῶς, ἀνὴρ ἐκ τριγονίας σεμνῆς τοῦ παρὰ Φοίνιξιν τῶν νόμων διδασκαλείου καταβαίνων, — ἀναφέρει γὰρ τὸ γένος εἰς Λεόντιον καὶ Εὐδόξιον, ἄνδρας ἐπὶ νόμοις μετὰ Πατρίκιον τὸν τῆς εὐκλεοῦς μνήμης κοαιστώριον καὶ ἀντικήνσωρα, καὶ Λεόντιον τὸν πανεύφημον ἀπὸ ὑπάρχων, ὑπάτων, καὶ πατρίκιον, τὸν αὐτοῦ παῖδα, ὡς τεθαυμασμένους.* Vox *πατρίκιον* posteriore loco posita non est nomen proprium, sed dignitatem Patriciatus designat: alioquin duo essent Patricii Iureconsulti, quos si statuerimus, in difficultates vix explicandas incidimus. Sic etiam textus latinus in Const. Tanta §. 9. est constituendus. Notandum enim est, inter decem Iureconsultos, quibus in Const. Haec quae necessario de novo Codice faciendo cura primi Codicis Iustinianei conficiendi demandata est, secundo loco designari „Leontium, virum sublimissimum, magistrum militum, expraefecto praetorio, consularem atque patricium.“ Quibus si contuleris haec Const. Tanta §. 9. verba: „Leontium, virum gloriosissimum, praefectorium, consularem atque patricium“, manifestum est, utroque loco eundem Leontium designari. Itaque pronomine qui omisso, quod in Codice Pandectarum Florentino serius adiectum Haloander, Russardus et Beckius delendum censuerunt, textus Constitutionis Tanta §. 9. sic est constituendus: „quum et pater eius Leontius et avus Eudoxius (post Patricium, inclytae recordationis quaestorium et antecessorem, et Leontium, virum gloriosissimum praefectorium, consularem atque patricium, filium eius) optimam sui memoriam in legibus reliquerunt.“ 34) Cf. Sch. Basil. I. 696. 704. II. 454. 489. V. 593. 35) Sch. Basil. I. 696. 36) Sch. Basil. I. 704. 37) Sch. Basil. I. 403. 38) Sch. Basil. IV. 593.

Ulpiani de officio Proconsulis lib. 9. provocavit, uti auctor est Thalelaeus[39]).

V. Patricius fuit antecessor Berutiensis[40]), et tam a Thalelaeo, quam a Theodoro saepius *ὁ ἥρως* appellatur, quae designatio nomini modo praeposita[41]), modo postposita est[42]). Interdum etiam designatur *ὁ μακαρίτης*[43]). Utraque appellatione, tam *τοῦ ἥρωος*, quam *τοῦ μακαρίτου*, designatur qui defunctus est. Uno loco honoris causa appellatur *ὁ τῆς περιφανοῦς μνήμης*[44]). Patricii interpretationum saepius facta est mentio, quam reliquorum antecessorum Berutiensium. Sententia ipsius causam Iustiniano dedit constitutionis promulgandae. Patricius enim, ut Thalelaeus auctor est[45]), ad Theodosii II. constitutionem, quae actiones perpetuas triginta annorum lapsu extingui iussit, contenderat, tricennali praescriptione actionem nonnisi sortis nomine, nec vero usurarum finiri, cum usurarum actio quovis anno denuo nasceretur. Quam Patricii sententiam Iustinianus reiecit et praecepit, ut triginta annorum praescriptione etiam actio usurarum nomine extingueretur[46]). Patricius a Theodoro appellatur praeceptor, *ὁ ἐμὸς διδάσκαλος*[47]), quod non intelligendum est, Theodorum Patricii fuisse auditorem, sed ex libris eius didicisse[48]). Alio loco Patricius a Theodoro appellatur *ὁ κοινὸς διδάσκαλος*[49]), quo significare voluit Theodorus, Patricium magna iuris scientia multis posterioris aetatis Iureconsultis profuisse. Patricius in scholis Imperatorum constitutiones interpretatus est. Thalelaeus auctor est, textum constitutionis cuiusdam authenticum ex sententia Patricii a Codicis compilatoribus interdum esse mutatum. Hoc factum est verbi causa in L. 18. C. II. 4.[50]) et in L. 6. C. de procurat. II. 12. (13.)[51]). Ipse Thalelaeus in *ἐρωτήσει* et *λύσει* ad L. 4. C. ex quib. caus. infam. irrog. II. 11. (12.), quae Septimii Severi et Antonini est, interpretationem Eudoxii reprobavit, Patricii recepit, a quo solo constitutionis casum recte intellectum esse dicit[52]). Interpretationes Patricii ad hos locos Codicis in Basilicorum scholiis laudantur: L. 2. C. IV. 35. Antonin.[53]); L. 3. C. V. 53. Antonin.[54]); L. 1. C. IV. 65. Antonin.[55]); L. 2. C. IV. 1. Alexand.[56]); L. 9. C. II. 3. Alexand.[57]); L. 4. C. IV. 30. Alexand.[58]); L. 1. C. IX. 46. Alexand.[59]); L. 18. C. III. 28. Dioclet. et Maxim.[60]); L. 5. C. III. 29. Dioclet. et Maxim.[61]); L. 4. C. IV. 10. Dioclet. et Maxim.[62]); L. 6. C. IV. 10. Dioclet. et Maxim.[63]); L. 20. C. III. 28. Dioclet. et Maxim.[64]); L. 1. C. VII. 22. Dioclet. et Maxim.[65]); L. 13. C. IX. 47. Dioclet. et Maxim.[66]); L. 16. C. IV. 2. Honor. et Theod.[67]).

§. 2. Iureconsulti Iustiniano aequales.

Inter Iureconsultos Iustiniano aequales distinguendi sunt:

A. illi, quibus Iustinianus componendarum collectionum suarum curam demandavit inde ab anno 528. usque ad annum 534.[1]). Atque hi quidem sunt I. Joannes, ex quaestore sacri palatii, consularis et patricius (a. 528.); II. Leontius, magister militum, ex praefecto praetorio, consularis et patricius (a. 528.); III. Phocas, magister militum, consularis et patricius (a. 528.); IV. Basilides, anno 528. ex praefecto praetorio Orientis et patricius; anno 529. praefectus praetorio per Illyricum; V. Thomas, quaestor sacri palatii et ex consule (a. 528.); VI. Tribonianus, anno 528. magisteria dignitate inter agentes decoratus, anno 530. quaestor sacri palatii, anno 533. magister, ex quaestore et ex consule, mortuus anno 545.; VII. Constantinus, 528—533. comes sacrarum largitionum et magister scrinii libellorum sacrarumque cognitionum; VIII. Theophilus, anno 528. comes sacri consistorii et in schola Constantinopolitana antecessor, anno 529. ex magistro et antecessor, anno 533. magister et antecessor; IX. et X. Dioscorus et Praesentinus, anno 528. togati fori praetoriani; XI. Dorotheus, annis 533. et 534. vir quaestorius et antecessor Berutiensis; XII. Anatolius, anno 533. magister et antecessor Berutiensis; XIII. Cratinus, anno 533. comes sacrarum largitionum et Constantinopoli antecessor; XIV—XXIV. Stephanus, Manna, Prosdocius, Eutolmius, Timotheus, Leonides, Leontius, Plato, Iacobus, Constantinus, Ioannes, patroni causarum apud maximam sedem praefecturae, anno 533.

B. Antecessores, ad quos directa est Const. Omnem reipubicae anno 533., sunt: I. Theophilus, II. Dorotheus, III. Theodorus, IV. Isidorus, V. Anatolius, VI. Thalelaeus, VII.

---

39) Sch. *Θαλελαίου* II. 454. „*ἀλλὰ τοῦτο μὲν τὸ ἀνάγνωσμα ἀπὸ τοῦ θ'. βιβ. τῶν* de officio proconsulis *οὐ μόνον αὐτός, ἀλλὰ καὶ ὁ ἥρως Εὐδόξιος ἀνήγαγε.*" 40) Const. Tanta §. 9. Const. *Δέδωκεν* §. 9. Utriusque constitutionis locis non designari duos Patricios Iureconsultos, sed nonnisi unum, patet ex his, quae in not. 33. dicta sunt. 41) Cf. Basil. Heimb. I. 403. 405. 646. 649. 692. 810. II. 366. 454. 652. 657. 730. III. 22. 23. 782. IV. 35. 157. V. 252. 873. 42) Cf. Basil. Heimb. II. 542. IV. 789. 43) Sch. Basil. IV. 502. 44) Sch. Basil. I. 695. 45) In Basil. lib. XXIII. tit. 3. cap. 74., quod ex Thalelaei commentario ad L. 26. C. IV. 32. desumtum est. 46) L. 26. C. IV. 32. 47) Sch. *Θεοδώρου* IV. 585. Legitur ibi ab initio *ὁ μόνος διδάσκαλος*. Pro *ὁ μόνος* Reitzius emendat *ὁ ἐμός*, Zachariae *ὁ κοινός*. Equidem lectionem *ὁ ἐμὸς διδάσκαλος* veram esse existimaverim, cum etiam Domninus ibi dicatur *ὁ ἐμὸς διδάσκαλος*. 48) Cf. Zachariae de L. in: Wiener Jahrb. Vol. LXXXVII. p. 99. et Anecd. p. XLVII sq. contra ea, quae sensit Heimbach, Anecd. T. I. p. 203. 49) Sch. *Θεοδώρου* I. 722. 50) Sch. Thalelaei I. 704. 51) Sch. *Ἑρμηνεία* (Thalelaei) I. 403. 52) Sch. *Θαλελαίου. Ἐρώτησις* II. 454. Mortreuil l. l. p. 269. 270. ex verbis: *καὶ χρὴ κατὰ τὴν ἐκείνου παράδοσιν ἡμᾶς θεματίσαι*, immerito derivat, Thalelaeum Theodoro multo antiquiorem Patricii sententiam nonnisi per traditionem cognovisse. Verba enim *κατὰ τὴν ἐκείνου παράδοσιν* significant: secundum illius sententiam. 53) Sch. Basil. *Μὴ νόμιζε* II. 146. (Thalelaei adnot. ad L. 2. C. IV. 35.) 54) Sch. *Θεοδώρου* inde a v. *πάκτον* III. 782. (Thalelaei adnot. ad L. 3. C. V. 53. v. pacto.) 55) Sch. *Ἐνταῦθα* II. 369. (Thalelaei adnot. ad L. 1. C. IV. 65.) 56) Sch. *Ἐρώτησις* II. 542. (Stephani *ἐρωταπόκρισις* ad L. 13. §. 6. D. XII. 2.) 57) Sch. *Ταύτην* I. 649. (Thalelaei adnot. ad L. 9. C. II. 3.) 58) Sch. *Ὁ ἥρως Πατρίκιος* II. 657. (Thalelaei adnot. ad L. 4. C. IV. 30.) 59) Sch. 5. V. 252. (Thalelaei adnot. ad L. 1. C IX. 46. verba: indicatum est.) 60) Sch. *Θαλελ.* IV. 35. (Thalelaei adnot ad L. 18. C. III. 28.) 61) Sch. *Καλοκύρου* IV. 157. 62) Sch. *Θαλελαίου* III. 22. (Thalelaei adnot. ad L. 4. C. IV. 10.) 63) Sch. *Τὸ κατὰ πόδας* III. 23. (Thalelaei adnot. ad L. 6. C. IV. 10.) 64) Sch. *Θαλελαίου* IV. 35. 65) Sch. *Θεοδώρου* IV. 789. 66) Sch. *Πολλάκις* V. 873. (Thalelaei adnot. ad L. 13. C. IX. 47.) 67) Sch. *Τὸ κατὰ πόδας* et *παραγραφὴ* Thalelaei II. 652. Quam adnotationem Patricii in Sch. *Ἥρωος* II. 488. ad L. 9. C. IV. 19. invenisse sibi visus est Mortreuil l. l. p. 270., est potius Thalelaei *ἐρωταπόκρισις* ad hanc constitutionem et initium *Ἥρωος* corruptum est ex *ἡρώτ.* i. e. *ἡρώτων*, ut patet ex sequenti *μάθε*, qua voce incipere solet Thalelaeus responsionem ad interrogationem ab auditoribus motam. Cf. Basil. Heimb. l. l. not. z.

1) Cf. Const. Haec quae necessario (a. 528.) §. 1. Const. Summa reipublicae (a. 529.) §. 2. Const. Deo auctore (a. 530.) Prooem. Inst. (a. 533.) §. 3. Const. Tanta et Const. *Δέδωκεν* (a. 533.) §. 9. Const. Cordi nobis est (a. 534.) §. 2.

Cratinus, VIII. Salaminius. Inter quos Theophilus, Dorotheus, Anatolius et Cratinus a Iustiniano libris legum componendis adhibiti sunt; Theophilus, Dorotheus, Anatolius, Thalelaeus et Isidorus praeterea commentariis de libris iuris Iustinianei scriptis inclaruerunt. De his nunc sigillatim verba faciamus.

I. Theophilus [2]), Iureconsultorum Iustiniano aequalium etiamnunc celeberrimus commentario ad Institutiones scripto adhuc superstite, anno 528. fuit comes sacri consistorii [3]), et tam hoc, quam insequentibus annis antecessoris munere in schola Constantinopolitana functus est [4]). Inter eos fuit, quibus Iustinianus curam Institutionum, primi Codicis et Digestorum elaborandorum commiserat, nec vero inter compilatores Codicis repetitae praelectionis. Paucis annis post Codicem secundum promulgatum vita defunctus esse videtur. Nam paraphrasin Institutionum ante secundum Codicem scripsit, uti ex eo patet, quod in hac paraphrasi nullam constitutionem Institutionibus recentiorem attulit adeoque ad constitutiones provocavit in primo Codice extantes, in secundo vero praetermissas, neque usquam Novellarum fecit mentionem [5]). Ad Institutiones in scholis illustrandas ante annum 534. accedere non potuit, cum Institutiones mense Novembri anni 533. promulgatae et confirmatae fuerint. Cum praeter paraphrasin Institutionum etiam fragmenta extent commentarii vel indicis a Theophilo ad tres priores Digestorum partes scripti, probabile est, Theophilum exeunte anno 536. vel paulo post supremum diem obiisse. Annos enim 535. et 536. tribus prioribus Digestorum partibus in scholis exponendis impendit. Zachariae de L. [6]) quidem coniecit, eiusmodi indicem a Theophilo in usum futurarum praelectionum fuisse elaboratum, antequam usum eius in scholis fecisset, eiusque fragmenta nobis esse relicta. Dubito tamen, num Stephanus, qui saepius Theophili interpretationes ad Digestorum locos laudavit, tam accuratam indicis Theophili cognitionem habere potuerit, nisi Theophilus revera Digestis exponendis in scholis operam dederit. Nam Stephanum ipsum Theophili non fuisse auditorem atque ex scholis Theophili notitiam eius interpretationum habere non potuisse ex eo apparet, quod Stephanus duobus locis sententias sui praeceptoris a Theophili sententiis diversas tradidit [7]). Itaque indicis Theophili notitiam habere non potuit, nisi ex praelectionibus Theophili ab eius auditoribus propagatis. Vix enim credibile est, indicem Theophili in usum futurarum scholarum elaboratum nec vero in scholis reapse adhibitum Stephani aetate, qui post medium seculum VI. scripsit, adhuc superfuisse. Accedit, quod etiam Enantiophanes interpretationis Theophili ad Digesta fecit mentionem [8]), cuius notitiam quidem ex indice Stephani habere potuit, nec vero debuit. Coniicio ergo, Theophilum exeunte anno 536. vel paulo post vita decessisse. A Stephano pluribus locis Theophilus vocatur *ὁ μακαρίτης* [9]).

II. Dorotheus [10]), vir quaestorius et in schola Berutiensi antecessor, a Iustiniano Constantinopolin vocatus est et inter eos allectus, quibus curam Institutionum, Digestorum et secundi Codicis conficiendorum demandavit [11]). A Stephano appellatur *ὁ μακαρίτης* [12]). Mortreuil [13]) e Sch. *Στεφάνου* II. 579., ubi referuntur Theophili et Dorothei sententiae ad L. 4. pr. D. XII. 3., perinde atque e Sch. *τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* II. 129., ubi diversae Theophili et Dorothei sententiae ad L. 48. §. 2. D. XVII. 1. allegantur, derivavit, Dorotheum mortuo Theophilo Constantinopolin esse vocatum, ut cursum Digestorum a Theophilo coeptum absolveret. Itaque index Digestorum a Dorotheo profectus esset continuatio indicis Theophili. Pro qua coniectura argumentum militat nullum; imo contra eam haec possunt moneri. Ac primum quidem Stephanus interpretationis cuiusdam Dorothei notitiam etiam per alios, qui scholis illius interfuerunt, habere potuit. Deinde index Dorothei ideo non potest esse indicis Theophili continuatio, quod index Dorothei etiam tres priores Digestorum partes complectebatur [14]). Dorotheus videtur post annum 542. supremum diem obiisse [15]).

III. Isidorus [16]) inter antecessores nominatur, ad quos Iustinianus Constitutionem Omnem reipubli-

---

2) Cf. Reitz ed. Theoph. Paraphr. p. XXV sq. 1028 sq. 1038 — 1059. Sammet de Theophili vita et *ἑρμηνείᾳ* Instit. Lips. 1750. Degen, Bemerkungen üb. das Zeitalter u. die Institutionenparaphrase des griechischen Rechtslehrers Theophilus. Lueneburg 1809. p. 1—26. Mortreuil l. l. T. I. p. 274—279. Zachariae de L.: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 816 sq. 3) Const. Haec quae necessario §. 1. „Theophilum, virum clarissimum, comitem sacri nostri consistorii et iuris in hac alma urbe doctorem.“ 4) Const. Summa reipublicae §. 2. „vir illustris ex magisterio et iuris doctor in hac alma urbe Theophilus.“ Const. Imperatoriam maiestatem (prooem. Instit.) §. 3. „Theophilo et Dorotheo, viris illustribus, antecessoribus.“ Const. Tanta §. 9. „Theophilum virum illustrem, magistrum iurisque peritum in hac splendidissima civitate laudabiliter optimam legum gubernationem extendentem.“ Const. *Δέδωκεν* §. 9. „*Θεοφίλου τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου μαγίστρου καὶ νόμους ἐπὶ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως σεμνῶς τε καὶ ἀγρύπνως καὶ τῆς διδασκαλικῆς ἐπιτηδεύσεως ἀξίως διδάσκοντος.*“ 5) Pluribus hoc probavit Reitz ed. Theoph. p. 1054 — 1057. 6) Zachariae de L., Krit. Jahrb. 1844. p. 817. 7) Cf. Sch. *Θεόφιλος* II. 625. (Stephani adnot. ad L. 31. §. 1. D. XII. 1.) et Sch. *Θεόφιλος* II. 626. 627. (Stephani adnot. ad eundem Digestorum locum). 8) Sch. *Ἐναντιοφ.* II. 122., ubi designatur Theophili interpretatio L. 34. pr. D. XVII. 1., quam ego Sch. *Πάντων* II. 121. crediderim contineri. 9) Sch. Basil. I. 399. II. 533. 538. 553. 554. 555. 558. 579. 580. 595. 621. 625. 626. 629. 636. 642. V. 436. Sch. 23. Suppl. Basil. Heimb. p. 181. 10) Zachariae de L., Krit. Jahrb. 1844. p. 808—810. Mortreuil l. l. p. 279—281. 11) Const. Imperatoriam maiestatem §. 3. Const. Tanta et *Δέδωκεν* §. 9. Const. Omnem inscript. et §. 2. Const. Cordi nobis est §. 2. In Const. Tanta §. 9. Dorotheus appellatur vir quaestorius, quo designatur, eum iamdudum quaestura sacri palatii fuisse functum; nam Tribonianus, qui hac dignitate nuper functus erat, ex quaestore ibidem appellatur. 12) Sch. *Τοῦ αὐτοῦ* (Steph.) I. 763. Sch. 19. Steph. Suppl. p. 192. Sch. Steph. 24. 26. Suppl. p. 193. Sch. Steph. 43. Suppl. p. 199. Sch. *Στεφάνου* II. 579. 608. Praeterea dicitur *ὁ μακαρίτης* in Sch. 47. Suppl. p. 185. In Sch. II. 579. iungitur Dorotheus Theophilo, in Sch. II. 608. Thalelaeo ita, ut omnes ut paulo ante mortui, *οἱ μακαρῖται* designentur. 13) Mortreuil l. l. p. 131. et 179. 14) Zachariae de L. l. l. p. 810. 15) Nam in Sch. *Ἐὰν μαινομένῳ* III. 773. (Dorothei index L. 16. pr. §. 1—3. D. XXVII. 10.) haec leguntur: *ἴσθι δέ, ὅτι οὐ προσάπτεται ἡ περὶ ἀχαρίστων παίδων νεαρὰ τούτου τοῦ κεφαλαίου.* Locus Digestorum §. 2. agit de exheredatione filii a patre quae dicitur bona mente facta, quam per Novellam de ingratis liberis non tangi illis verbis designatur. Verba illa Dorothei esse, nec vero Anonymi, ex eo patet, quod in Sch. *Καὶ τοῦτο* III. 773., quod Anonymi esse consensus L. 12. §. 2. D. XXXVIII. 2. in hoc scholio citatae cum textu Basil. XLIX. 4. 9. Sch. 2. docet, ad eandem quaestionem respondetur, quomodo hodie fieri possit exheredatio, quae dicitur bona mente, cum Novella 104. (in collectione CLXVIII. Novellarum Nov. 115.) certas exheredationis causas constituerit et heredis institutionem exheredatione aliter facta infirmari iusserit. Novella de ingratis liberis, cuius Dorotheus fecit mentionem, in dicta Novellarum collectione est Nov. 115. Quae cum anno 542. promulgata fuerit, nec ullius posterioris Novellae usquam Dorotheus fecerit mentionem, probabile est, eum paulo post annum 542 vita decessisse. 16) Mortreuil l. l. p. 131 sq. 142. 281 sq. Zachariae de L. l. l. p. 810—813.

cae direxit[17]). Utrum Beryti an Constantinopoli antecessoris munere functus sit, dubium esse potest. Zachariae de L. Beryti ius eum docuisse coniecit[18]). Cuius coniecturae has causas reddidit. Nomocanonem enim L. titulis constantem in Phoenicia esse scriptum coniicit, ideoque a Nomocanonis auctore indicem Digestorum Dorothei, antecessoris Berutiensis, et commentarium Isidori ad Codicem excerptum esse arbitratur; unde derivat, Isidorum Beryti antecessoris munere fuisse functum. Equidem certi nihil proferri posse crediderim.

IV. Anatolius[19]), ex illustri Iureconsultorum familia oriundus, quippe cuius pater Leontius et avus Eudoxius, ut Iustinianus de iis praedicavit, optimam sui memoriam in legibus reliquerint[20]), fuit magister et antecessor in schola Berutiensi, cum a Iustiniano inter eos, qui Digestis elaborandis operam darent, allectus Constantinopolin vocaretur[21]).

V. Thalelaeus[22]) e numero antecessorum fuit, ad quos Const. Omnem reipublicae a Iustiniano directa est[23]). Ubi antecessoris munere functus sit, utrum Beryti, an Constantinopoli, incertum est[24]). Magis tamen probabile est, eum Beryti iure docendo fuisse occupatum. Cuius sententiae causae hae sunt. Ac primum quidem nonnisi antecessores laudat, qui Beryti docuerunt, modo nominibus eorum additis[25]), modo generali appellatione *τῶν ἐπιφανεστάτων διδασκάλων* vel *τῶν τῆς οἰκουμένης διδασκάλων* eos designans[26]). Deinde in exemplis ab eo propositis Beryti fit mentio[27]). Quem in iure addiscendo habuerit magistrum, incertum est. Ex eo, quod Eudoxium, Patricium, Cyrillum[28]), aliosque antecessores Berutienses *τοὺς ἐπιφανεστάτους διδασκάλους* vel *τοὺς τῆς οἰκουμένης διδασκάλους* appellat, derivare fortasse quis voluerit, Thalelaeum unius alteriusve horum antecessorum usum esse disciplina[29]). Sed dici etiam potest, Thalelaeum hac appellatione eos designare, quod antecessores fuerint iidemque celeberrimi et summis laudibus ferendi. Thalelaeus praeceptor fuisse videtur Stephani. Cuius sententiae causae exponentur, cum de Stephano sermo fiet. Inter quas causas ea maxime videtur probabilis, quod Thalelaeus, uti ex locis tunc, cum de eius commentario Digestorum agetur, enumerandis apparebit, in scholis eos Digestorum libros, quos Iustinianus in scholis exponi iusserat, interpretatus est, ad eiusque exemplum Stephanus nonnisi ad eosdem Digestorum libros commentarium conscripsit. Thalelaeus ante Stephanum diem obiit supremum, a quo *ὁ μακαρίτης* appellatur[30]). Quo tempore vita Thalelaeus decesserit, certo definiri nequit. Nec tamen multo post Codicem repetitae praelectionis promulgatum putaverim eum esse defunctum. Nam Novellarum perraro in commentario ad Codicem fecit mentionem[31]), et quae ab eo laudantur, annum 536. non excedunt. Nec tamen omnium earum Novellarum, quae anno 535. promulgatae sunt, habuit rationem. Sic verbi causa Novellam 18. hoc anno promulgatam silentio prorsus praeteriit, cuius memorandae occasio ad titulum Codicis de inofficioso testamento III. 28. dabatur, quamque non poterat ignorare, cum commentarium ad Codicem post annum 536. scripserit. Quod silentium quam causam habuerit, definire non audeo. Novellae 115. anno 542. promulgatae in Thalelaei commentario ad Codicem nulla facta est mentio. Itaque Thalelaeum ante annum 542. vita decessisse arbitror. Magna auctoritas Thalelaei fuit apud posteros. Sic a Theodoro vocatur *ὁ τῆς νομικῆς ὀφθαλμός* et *διδάσκαλος*[32]), et a recentioribus Basilicorum scholiastis *ὁ κωδικευτής*[33]), a commentario quippe ad Codicem scripto.

§. 3. Iureconsulti posteriores[1]).

Iureconsultorum, quorum nunc facienda erit mentio, alii exeunte Iustiniani imperio et sub proximis eius successoribus floruerunt, alii posteriori aetate scripserunt, ea tamen, qua iuris Iustinianei in imperio Orientali haud dubia fuit auctoritas, quippe cui elementa alienae originis nondum fuerint admixta. Tempus, quo hi Iureconsulti vixerint, extendi potest usque ad Heraclium Imperatorem. Singuli Iureconsulti hi sunt:

I. Stephanus[2]). Is antecessoris munere functus est. Nam et in fragmentis Breviarii Codicis ab eo scripti, quae supersunt, disertis verbis *ἀντικήνσωρ* appellatur[3]), et forma et indoles commentarii vel indicis Digestorum, quem scripsit, argumento sunt, eum iuri docendo operam dedisse. Diversus ab eo Stephanus est, quem socium in

---

17) Const. Omnem reipublicae inscript. 18) Zachariae de L. l. l. p. 810. not. *). 19) Mortreuil l. l. p. 143. 282 sq. Zachariae de L. l. l. p. 802—804. 20) Const. Tanta §. 9. Cf. Const. *Δέδωκεν* §. 9. 21) Const. Tanta §. 9. Const. *Δέδωκεν* §. 9. Const. Omnem reipublicae inscript. Anatolium, causarum patronum, postea advocatum fisci, cuius in Nov. 82. cap. 1. anno 539. promulgata facta est mentio, cum Anatolio antecessore non esse confundendum recte indicavit Mortreuil l. l. p. 283. not. a. 22) Mortreuil l. l. p. 143—148. 283—288. Zachariae de L. l. l. p. 814—816. 23) Const. Omnem reipublicae inscript. 24) Mortreuil p. 283. de Constantinopoli cogitavit, Zachariae de L. p. 814. de Beryto. Huius sententiam et argumenta pro ea adducta sequor. 25) Sic laudat Eudoxium in Sch. Basil. I. 696. 704. II. 454. 489.; Patricium in Sch. I. 405. 646. 692. 695. 704. 722. II. 369. 454. 652. 657. 659. 731. III. 22. 23. 146. 782. IV. 35. 502. V. 252. 873. Suppl. Basil. p. 156. Text. Basil. XXI. 3. 74.; Domninum in Sch. I. 403.; Demosthenem in Sch. I. 403. 405. 692.; Cyrillum in Sch. I. 646. 26) Sch. *Οἱ μὲν* I. 402. „*οἱ μὲν ἐπιφανέστατοι διδάσκαλοι*" et paulo post „*τῶν ἐπιφανῶν διδασκάλων*". Sch. *Ταύτην* I. 649. „*οἱ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλοι*" et paulo post „*τοῖς μνημονευθεῖσιν ἐπιφανεστάτοις διδασκάλοις*". Sch. I. 698. „*οἱ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλοι*". 27) Sch. *Τουτέστι* I. 343. „*οὐ δύναται ὁ ἄρχων ἀκρόασιν δίκης ἐν Βηρυτῷ κινουμένης.*" Text. Basil. XXI. 3. 8. ex Thalelaei commentario desumtus: „*Ἀγρὸν λόγου χάριν τῷ Βηρυτῷ διαφέροντα κατεῖχον ἐγώ.*" Sch. *Τυχὸν* V. 903. „*οὕτω γὰρ ἔθος ἦν Βηρυτίοις καὶ Τυρίοις.*" Quam Zachariae de L. Delin. p. 28. proposuerat sententiam de peculiari *ἑρμηνείᾳ* Codicis Beryti conscripta, eam ipse postea retractavit in Krit. Jahrb. 1844. p. 814. 28) Sch. *Ταύτην* I. 646. (Thalelaei *ἑρμηνεία* ad L. 6. C. II. 3.) „*τὸν ἥρωα καὶ κοινὸν τῆς οἰκουμένης διδάσκαλον Κύριλλον.*" 29) Cyrillus tamen Thalelaei magister esse nullo modo potuit. Nam Thalelaeus in Sch. *Ταύτην* I. 646. refert sententiam Patricii, qui audax esse dixerit, enumerare pacta, quae contra legem facta sint, sicut id fecerit Cyrillus *ὁ ἥρως* in commentario definitionum. Cyrillus senior ergo iam a Patricio *ὁ ἥρως* dicebatur, itaque iam Patricii aetate multo ante erat defunctus. 30) Sch. *Τοῦ αὐτοῦ* I. 763. Sch. *Τὴν ἐν φάκτουμ.* III. 469. Sch. *Σημείωσαι* V. 445. 31) In Sch. *Αὕτη* I. 337. ignotam nobis laudavit Novellam. In Sch. *Τοῦτο νόησον* III. 24. mentionem fecit Novellae, quae in collectione CLXVIII. Novellarum est Nov. 4. anno 535 promulgata. In Sch. *Θαλελαίου* IV. 775. laudatur Novella numero non adiecto, quae in dicta collectione est Nov. 22. cap. 8. anno 536. promulgata. 32) Sch. *Ὁ παραιτούμενος* IV. 266. (Theodori summa L. 25. C. III. 36.) „*σὺ δὲ ἴσθι, ὅτι Θαλέλαιος, ὁ τῆς νομικῆς ὀφθαλμός, ἐξηγούμενος τὴν παροῦσαν διάταξιν κ. τ. λ.*" et paulo post: „*καὶ εὐλόγως εἶπεν ὁ μνημονευθεὶς διδάσκαλος κ. τ. λ.*" 33) Sch. 6. V. 643. Sch. *Ὁ δὲ* V. 871.

1) Zachariae de L., Delineatio §. 4. no. 5. p. 24. 25. Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. I. p. 290—322. 2) Zachariae de L., Delineatio p. 24. Anecd. p. 179. 180. et in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 813 sq. Mortreuil l. l. T. I. p. 132—136. 148—150. 290—293. 3) Zachariae de L., Anecd. p. 181. 182. 188. 194.

Digestis compilandis Tribonianus habuit. Is enim patronus causarum fuit apud maximam sedem praefecturae[4]) et anno 539. in sacrorum iudicum numerum receptus est[5]). Stephanus antecessor aetate iunior est, sed iam Iustiniano imperante, licet extremis imperii annis, floruit. Nam ipse in indice Digestorum laudat Novellam, quae in collectione CLXVIII. Novellarum est Nov. 134., anno 556. promulgata[6]). Praeceptorem habuit antecessorem quendam, cuius scholis de Digestis habitis se interfuisse ipse auctor est[7]), nomen autem non tradit. Quaeritur, quemnam ex antecessoribus tunc temporis florentibus habuerit magistrum. De Cyrillo seniore, quem Stephanus nonnunquam laudavit, cogitari nequit[8]), quippe qui Stephanum aetate tam longe praecedat, ut Stephanus auditor eius esse non possit. Ex primo tamen loco eorum, qui in nota adducti sunt, existimaverim derivandum, Stephanum in schola Berutiensi iuri addiscendo operam dedisse. Theophilum magistrum Stephanus non habuit, cum ipse sui praeceptoris interpretationem Theophili interpretationi opponat[9]), et Theophilus Constantinopoli antecessor fuerit, quamvis negari non possit, miram quandam inter orationem, qua Theophilus in paraphrasi Institutionum utitur, eamque, qua Stephanus in indice Digestorum uti solet, intercedere similitudinem[10]). Dorothei disciplina Stephanum non esse usum exinde derivandum arbitror, quod vix quaedam reperies, in quibus Stephanus Dorotheum fuerit imitatus. Ita verbi causa interrogationum et responsionum in Dorothei indice usus est rarissimus, in Stephani indice frequentissimus. Dorothei oratio brevis et concinna esse solet; Stephanus autem magna verborum copia utitur. Equidem praeceptorem Stephani crediderim fuisse Thalelaeum. Ac primum quidem Thalelaeus in schola Berutiensi Digesta interpretatus est, sicuti ex eius commentario ad Codicem, in quo saepius ad Digesta provocavit, apparet, et Stephanus, qui Beryti iuri addiscendo operam dedit, scholis eius interesse potuit. Quod ad Stephanum attinet, notandum est, Thalelaeum interpretatum esse partem Digestorum de rebus[11]) et nominatim librum I. huius partis Tit. 1. (Dig. lib. XII. tit. 1.)[12]), quem etiam Stephanus in indice exposuit. Deinde Stephanus saepissime uti solet formulis loquendi Thalelaeo consuetis, veluti: *ταῦτα εἰδὼς ἐλθὲ νῦν ἐπὶ τὸ προκείμενον, βλέπε πῶς εἶπον, οἶδας, τουτέστιν, ἰστέον* et similibus. Tum uterque in laudandis iuris Iustinianei locis utitur verbo *ἀνήνεκται*, ita tamen, ut Stephanus Codicis nonnisi locos ita laudare soleat. Utrique communis est usus interrogationum et responsionum. Uterque rei vindicationem appellare solet: „*ἡ σπεκιαλία ἰν ῥέμ*" atque hoc modo etiam Digestorum titulum de rei vindicatione laudat[13]). Utriusque persimilis est iuris docendi ratio. Thalelaeus Digestorum libros in scholis explicandos interpretatus est, et ad eius exemplum Stephanus indicem nonnisi ad hos libros videtur scripsisse. Neque illi coniecturae obstare videtur, quod Thalelaeus a Stephano pluribus locis appellatur *ὁ μακαρίτης*[14]) et *ὁ τῆς εὐκλεοῦς μνήμης*[15]). Potuit enim Stephanus Thalelaei scholis de Digestis habitis paulo post Digesta promulgata interesse. Stephanus antecessoris munere functus esse videtur exeunte Iustiniani imperio. Appellat enim Theophilum, Dorotheum et Thalelaeum *τοὺς μακαρίτας*, id est, non paulo ante vita defunctos[16]). Inter quos Dorotheus ultimus diem obiit supremum, cum, uti vidimus, Novellae 115. anno 542. promulgatae mentionem fecerit. Vivo adhuc Iustiniano Stephanus iuris docendi provinciam suscepit. A Blastore enim in praefatione ad Syntagma canonum ad Iustiniani aetatem refertur, et Stephanus ipse Iustinianum nomine eius non adiecto simpliciter *τὸν δεσπότην* eiusque constitutiones *εὐσεβεῖς διατάξεις* vocat[17]). Iuri docendo operam navavit et libros de iure scripsit Constantinopoli, quae sola scholam iuris habuit, postquam Berytus anno 551. terrae motu interierat. Domicilium eum Constantinopoli habuisse, indicat etiam usus collectionis Novellarum persimilis corpori CLXVIII. Novellarum, quod Constantinopoli in usu fuit[18]). Fragmenta commentarii Stephani ad Digesta eum doctissimum fuisse dilucide probant. Praeterquam enim, quod saepius Iureconsultorum aequalium vel paulo antiquiorum sententias laudat et partim emendat, eminet fontium interpretatione et linguae latinae peritia. In iuris docendi ratione maxime convenit cum Thalelaeo, quod et argumento est, illius disciplina eum usum fuisse. Ex Stephani scholis discipuli admodum docti prodierunt, inter quos Iulianus, epitomator Novellarum, et Theodorus nominandi sunt. Magna Stephani laus tam apud aequales, quam apud posteros fuit. Nam ab aequalibus vel paulo iunioribus Iureconsultis iungitur Ulpiano[19]); apud posteros appellatur *σοφώτατος τῷ ὄντι*[20]), *ἡ τῶν νόμων γλῶσσα*[21]), *μέγιστος καὶ διασημότατος διδάσκαλος καὶ νομοθέτης*[22]),

---

4) Const. Tanta §. 9. Const. *Δέδωκεν* §. 9. 5) Nov. 82. cap. 1. 6) Sch. *Τυχὸν* I. 772. (Stephani adnot. ad L. 63. §. 10. D. XVII. 2. verb. aut media capitis deminutione) bis Novellae mentionem facit, quae, ut ex argumento eius laudato apparet, est Nov. 134. cap. 13. 7) Sch. *Θεόφιλος* II. 625. „*ὁ μέντοι ἡμέτερος διδάσκαλος ἑρμηνεύων τὸ ῥητὸν καὶ ἐνταῦθα κ. τ. λ.*" Sch. *Στεφάνου* II. 626. 627. „*ὁ μέντοι ἡμέτερος διδάσκαλος οὕτω τὸ παρὸν ἐξηγήσατο δίγεστον, εἰπὼν κ. τ. λ.*" Utroque loco designatur L. 31. §. 1. D. XII. 1. 8) Sch. 54. Suppl. Basil. Heimb. p. 211. „*Τοῦτο* (scilicet id, quod L. 9. §. 7. D. XV. 1. continetur) *ποτὲ ἀνεγνώσθη ἐν Βηρυτῷ ὑπὸ Κυρίλλου τοῦ ἥρωος*" et paulo post: *τοῦ ἄρχοντος τοίνυν, ὡς εἶπον, βουλομένου τὸν οἰκέτην τιμωρήσασθαι ῥίψαντα ἑαυτὸν καὶ μὴ ἀποθανόντα, περιέσωσεν αὐτὸν ὁ ἥρως Κύριλλος, κατὰ συναρπαγὴν τὸ ἀνάγνωσμα δεξάμενος κ. τ. λ.*" Sch. *Δύναται* I. 583. „*οὕτω Κύριλλος ὁ ἥρως φησίν.*" Sch. *Δόλου* III. 474. „*οὕτω γὰρ ὁ ἥρως Κύριλλος τὸ παρὸν ῥέπονσον ἡρμήνευσεν.*" 9) Cf. loci in not. 7. laudati. 10) Huc referendus est usus formularum loquendi utrique consuetarum, veluti: *ἔχε ταῦτα ὡς ἐν προθεωρίᾳ . . . . ἐπειδὴ ταῦτά σοι προτεθεώρηται, ὅρα λοιπὸν τὸ προκείμενον, ἔγνωμεν, εἰρήκαμεν, ἆρα . . . καὶ λέγομεν· καὶ πάνυ, ἆρα . . . καὶ λέγομεν· οὐδαμῶς, ἰστέον, οἶδας, θεμάτισον* et similium. 11) Sch. *Πρόσκειται* I. 413. Sch. 194. Suppl. Basil. Heimb. p. 36. Sch. 14. Suppl. p. 156. Sch. *Καλῶς* II. 463. Sch. *Θαλελαίου* II. 487. 725. III. 10. Sch. *Ἔμαθες* III. 19. Sch. *Τουτέστιν* III. 21. Sch. *Σημείωσαι* III. 28. 761. 12) Sch. 2. *Θαλελαίου* II. 645. „*Ἔγνωμεν ἐν τῷ α΄. βιβ. τῶν δὲ ῥέβους τιτ. α΄.*" Sch. 1. *Θαλελαίου* II. 645. „*Ἔγνωμεν ἐν τῷ α΄. βιβ. τῶν δὲ ῥέβους ἐν τῷ α΄. τιτ. ἐν τῷ θ΄. διγ.*" 13) Sic Thalelaeus in Sch. 201. Suppl. p. 37. Sch. *Θαλελαίου* IV. 745.; Stephanus in Sch. *Στεφ.* II. 48. 577. Sch. *Εἰ δὲ* IV. 245. 14) Sch. *Στεφάνου* II. 608. Sch. *Τὴν* III. 489. Sch. *Σημείωσαι* V. 445. 15) Sch. 47. Suppl. p. 185. 16) Sic Theophilus a Stephano *ὁ μακαρίτης* appellatur in Sch. I. 399. II. 533. 538. 553. 554. 555. 558. 579. 580. 595. 621. 625. 626. 629. 636. 642.; Dorotheus in Sch. 19. Suppl. p. 192. Sch. 24. Suppl. p. 193 Sch. 43. Suppl. p. 199. Sch. *Στεφάνου* II. 579. 608.; Thalelaeus in locis in not. 14. laudatis. 17) Sch. *Στεφάνου* II. 527. Sch. *Προθεώρησον* III. 171. Sch. *Ὥστε* IV. 4. Sch. *προθεώρησις* IV. 12. Cf. Zachariae de L., Anecd. p. 180. Nonnunquam tamen etiam Iustiniani nomen adiicitur, veluti in Sch. *Σημείωσαι* III. 206. „*Ἰσθι δὲ, ὅτι σήμερον ἀπὸ διατάξεως τοῦ δεσπότου Ἰουστινιανοῦ τὸ χρυσῶν δακτυλίων καὶ παλιγγενεσίας παρέπεται δίκαιον.*" 18) Zachariae de L., Anecd. p. 180. 19) Sch. Anon. *Ἐπειδὴ* V. 277. 20) Sch. *Νομίζω* II. 641. 21) Leunclav. Ius Gr. Rom. T. I. p. 405. 22) Leunclav. l. l. T. II. p. 192.

περιβόητος τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος[23]). Etiam recentiores Iureconsulti sententias eius laudant[24]), inprimis Basilicorum Scholiastae.

II. Anonymus[25]). In scholiis Basilicorum saepe facta est mentio Iureconsulti, qui dicitur *ὁ ἀνώνυμος*, et permulta extant scholia, quae inscriptionem *τοῦ ἀνωνύμου* in fronte habent. Eius nomen revera ignotum fuisse Basilicorum compilatoribus, iam patet ex articulo praeposito, cum scholia, quae nomen Iureconsulti Graecis cogniti in fronte habent, inscribi soleant: *Στεφάνου*, *Θαλελαίου*, *Δωροθέου*, *Θεοδώρου*, omisso articulo[26]). Idem cum Anonymo est, qui dicitur Enantiophanes, auctor libri singularis *περὶ ἐναντιοφανειῶν*, qui in scholiis ad Basilicorum lib. VIII. in Codicibus Lugdunensi et Haeneliano servatis in fronte scholiorum verbis *τοῦ ἐναντίου*, in scholiis ad alios Basilicorum libros verbis *τοῦ ἐναντιοφανοῦς* designatur. Articulus praepositus argumento est, neque hac appellatione nomen cuiusdam Iureconsulti proprium designari. Egregie Zachariae de L.[27]) probavit, Anonymum et Enantiophanem unum esse Iureconsultum. Ac primum quidem uterque se librum singularem de legatis et mortis causa donationibus scripsisse profitetur[28]). Deinde utriusque ratio dicendi et consuetudo in laudandis iuris Iustinianei locis per omnia eadem est. Nam uterque adnotationum initium facere solet verbis *καίτοι*, *ὁμοίως*, *ἐν τῷ*, *εἴρηται*, *ἀνάγνωθι*, *περί*[29]); uterque Digesta laudare solet secundum numerum librorum, titulorum, fragmentorum et constitutionum, non indicata tituli inscriptione; uterque in Novellis secundum inscriptionem ex argumento principali Novellae desumtam designandis et in ipsis Novellarum inscriptionibus convenit; uterque Digestorum et Codicis locos laudare solet hoc modo: „*ὡς βιβ.*" Tum in Nomocanone XIV. titulis constante, qui vulgo Photii nomine fertur, inter Digestorum locos ex Anonymi versione depromtos unus est, in quo versionis auctor, qui est noster Anonymus, ad librum singularem *περὶ ἐναντιοφανειῶν* a se conscriptum provocavit[30]). Accedit, quod summae locorum ex Digestis laudatorum ab utroque laudatae in textu Basilicorum reperiuntur cum eoque conveniunt. Denique etiam scholia extant, quae quamvis alterum *τοῦ Ἐναντιοφανοῦς*, alterum *τοῦ Ἀνωνύμου* inscripta sint, tamen ad verbum conveniunt[31]). Anonymus adeo ipse librum *περὶ ἐναντιοφανειῶν* laudavit[32]). Hunc nostrum Anonymum eundem esse cum Iuliano, latinae Novellarum epitomes auctore, iam coniecit Bienerus[33]), eamque coniecturam Zachariae de L.[34]) multis firmare studuit argumentis, Heimbach iun.[35]) autem impugnavit. Ex argumentis ad firmandam illam coniecturam prolatis vim habet maximam, quae inter Iuliani epitomen Novellarum et Anonymi graecam epitomen ratione formae externae intercedit similitudo, utriusque in Novellarum laudatarum numeris consensus, et quod haud dubie eadem Novellarum collectio fuit utrique epitomae commune fundamentum[36]). Equidem hoc unum argumentum ad coniecturam illam stabiliendam iam sufficere arbitror; reliqua minoris duco momenti, licet haud negaverim, omnibus iunctis coniecturae maiorem veritatis afferri speciem. Ac primum quidem reliquorum argumentum ex eo repetitur, quod Iulianus Stephani antecessoris discipulus fuisse videatur, eundemque et Anonymus habuerit magistrum. Extat enim responsio Stephani ad quaestionem a Iuliano in scholis a Stephano habitis propositam[37]), unde apparet, Iulianum quendam Stephani fuisse auditorem. Eum autem Iulianum, Novellarum epitomatorem, fuisse, etiam ratione temporis potest probari. Iuliani epitome Novellarum post annum 556. confecta est, cum recentissimae Novellae, quae in collectione CLXVIII. Novellarum sunt Nov. 159. et 134. (apud Iulianum const. 117. et 125.), hoc anno sint promulgatae; itaque epitome Novellarum exeunte Iustiniani imperio scripta est. Iulianus ergo Stephani auditor esse potuit. Etiam Anonymum Stephani disciplina usum fuisse his probabile fit argumentis. Ac primum quidem Enantiophanes, qui idem est cum Anonymo, Stephanum laudavit[38]). Deinde Anonymus in adnotationibus cum summa Digestorum coniunctis indicis et adnotationum

---

23) Leunclav. l. l. T. II. p. 195. 24) Sic laudatur index L. 42. §. 1. D. XXIII. 2. a Demetrio Syncello (Leunclav. l. l. T. I. p. 405.); adnotatio ad L. 31. D. XII. 2. a Balsamone ad Phot. tit. XIII. cap. 18. in Voelli bibl. iur. canon. T. II. p. 1118.; index L. 7. D. II. 14. ab auctore meditationis de nudis pactis (Leunclav. l. l. T. II. p. 192 sq.) 25) Mortreuil l. l. T. I. p. 135—137. 153—156. 293—301. Zachariae de L., Delineatio p. 17. et in: Wiener Jahrb. Vol. LXXXVI. p. 232. Idem Anecd. p. 196—207. et in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 804. 805. 26) In Codicibus Basilicorum manuscriptis et secundum eos etiam in editionibus scholia saepius inscribuntur: *ἀνωνύμου*, omisso articulo. Hoc corruptela nititur ideoque in editione Basilicorum sexcenties a me emendatum est. 27) Anecd. p. 197. 28) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* II. 604. „*εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πολλαὶ διαφοραὶ ληγάτου καὶ μόρτις καῦσα δωρεᾶς, ἃς ἀνήγαγον ἐν τῷ γραφέντι μοι μονοβίβλῳ περὶ ληγάτων καὶ μόρτις καῦσα δωρεῶν.*" Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* IV. 612. *εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πολλαὶ διαφοραί, ἃς ἀνήγαγον ἐν τῷ γραφέντι μοι μονοβίβλῳ περὶ ληγάτων καὶ μόρτις καῦσα δωρεῶν.*" 29) Loci ex libro *περὶ ἐναντιοφανειῶν* depromti incipere tamen solent voce *καίτοι*, quod ex illius libri indole explicandum est. Hac voce enim auctor significare voluit, loco cuidam Digestorum alium obstare. Ceterum voce *καίτοι* vel *καὶ μὴν* etiam Anonymus, licet rarius, adnotationes incipit. Cf. Sch. 5. *Τοῦ Ἀνωνύμου* II. 587. Sch. 3. *Τοῦ Ἀνωνύμου* III. 377. Sch. 21. *Τοῦ Ἀνωνύμου* IV. 491. 30) Voelli, bibl. iur. can. T. II. p. 909. „*ὅτι τὸ κυοφορούμενον οὐκ ἔστι μέρος τῆς μητρός, καὶ ἄλλα γε δὲ διάφορα νόμιμα περὶ τούτου συνήγαγον ἐν τῷ γραφέντι μοι περὶ ἐναντιοφανειῶν μονοβίβλῳ.*" Huius loci auctoritate in diss. de Basil. origine p. 76 sq. cum Cuiacio Photium auctorem libri *περὶ ἐναντιοφανειῶν* esse existimaveram. Errorem detexit Zachariae de L. *Αἱ ῥοπαί* p. 71. not. 19. et Anecd. p. 197. 31) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* I. 575. „*καίτοι οὐκ ἰσχυρῶς πακτεύσει περὶ τῆς τοῦ ζῶντος κληρονομίας, ὡς βι. β'. τοῦ κωδ. τι. γ'. διατ. λ'.*" coll. Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* ibid. „*καίτοι οὐκ ἰσχυρῶς κ. τ. λ.*" Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* I. 796. „*Ἐν τῷ β'. διγ. τοῦ ζ'. τι. τοῦ ια'. βιβλίου εἶπε, μὴ ἐνάγεσθαι τὸν κοινωνὸν τῇ ἰμφάκτουμ, ἀλλὰ τῷ φαμιλίας ἐρκισκούνδαε ἢ τῷ κομμοῦνι διβιδοῦνδο*" coll. Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ.* ibid. „*Ἐν τῷ β'. διγ. τοῦ α'. τι. τοῦ νθ'* (sic lege pro *ιθ'*.) *βιβλίου* (est locus Basilicorum ei, quem Anonymus ex Digestis laudaverat, respondens) *εἶπε, μὴ ἐνάγεσθαι τὸν κοινωνὸν τῇ ἰμφάκτουμ, ἀλλὰ τῇ μεριζούσῃ τὴν φαμιλίαν ἀγωγῇ ἢ τῇ διαιρούσῃ τὰ ἐπίκοινα.*" Per se patet, actionum nomina latina, quibus Anonymus usus est, seriori tempore graece esse versa. Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* II. 388. „*Τὸ τῆς ἔχθρας νόει κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τῇ περὶ μαρτύρων νεαρᾷ.*" coll. Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* ibid. „*Τὸ τῆς ἔχθρας νόει κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τῇ γ' νεαρᾷ κεφ. ζ'.*" Certe initium utriusque scholii idem est; sequentia differunt. 32) Cf. not. 30. et Sch. *Λέγει* III. 280. „*ἐναντιοφανῶν βιβλίῳ ε'. τι. δ'. διγ. ε'.*" Hoc scholium Anonymi esse, docet usus verborum *ἀνάγνωθι τὰ παραγεγραμμένα* Anonymo consuetorum. Cf. Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* I. 326. III. 251. 308. 309. et passim. 33) Gesch. der Novellen p. 56. 34) Zachariae de L., Anecd. p. 204 sq. Hunc secutus est Mortreuil. 35) Heimbach iun. in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1839. p. 970—972. 36) Zachariae de L., Anecd. p. 202—204. pluribus id probavit, inprimis tabula, qua locos Novellarum ab Anonymo in epitome non minus, quam in Basilicorum scholiis laudatos cum Iuliani epitome Novellarum contulit. 37) Sch. *Ἰουλιανὸς ἠρώτησεν* II. 180 sq. Est *ἐρωταπόκρισις* Stephani ad L. 6. §. 2. D. VII. 1. 38) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* III. 300. „*Στέφανός φησι κ. τ. λ.*" Zachariae de L., Anecd. p. 205. not. 38. scholia *Τοῦ Ἀνωνύμου* II. 442. III. 362. et *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* III. 363., in

Stephani saepissime habuit rationem. Ita verbi causa in suis adnotationibus Stephani adnotationes breviter repetiit, locos a Stephano laudatos denuo adduxit, locum, ubi regula iuris a Stephano memorata in Digestis reperiatur, saepe designat. Praeterea in adnotationibus ad eos Digestorum libros, quos Stephani index complectitur, valde brevis esse solet, ratione habita Stephani adnotationum, quas illustrando textui iam sufficere existimavit; longior est in adnotationibus ad eos Digestorum libros, quos Stephanus in indice non est interpretatus. Quae omnia optime possunt explicari, si Anonymum Stephani discipulum fuisse acceperimus. Anonymum et Iulianum eundem esse Iureconsultum, derivari potest ex eo, quod uterque antecessoris munere functus est. Iulianum fuisse antecessorem, testimonio plurium Codicum epitomes Novellarum probatur; antecessorem designant formulae loquendi in scholis solennes, quae graece in Basilicorum scholiis leguntur, veluti „Didicimus" statim initio et in Const. 67; antecessorem designat ratio casus fingendi in Const. 81. 84., et aliorum locorum allegatio in cap. 163.[39]). Eadem de Anonymo valent, qui in adnotationibus saepe utitur formulis loquendi in scholis usitatis[40]). Accedit, quod Iulianus Constantinopoli iuris docendi provinciam sustinuit, quod non solum ex inscriptione epitomes Novellarum in Codicibus servata, verum etiam ex locis nonnullis ipsius epitomes apparet, veluti ex cap. 216. et 358., ubi Constantinopolis appellatione „haec urbs" designatur, licet in ipsa Novella Constantinopolis mentio facta sit nulla. Etiam Anonymus Constantinopoli ius docuisse et libros de iure videtur scripsisse. Eo enim tempore nonnisi Constantinopoli vel in quibusdam Syriae oppidis erant, qui legitimam scientiam data opera tractarent; Anonymus autem Syriam appellat *ἀπολελειμμένον τόπον*[41]); itaque longe a Syria degit, et nonnisi Constantinopoli iuri docendo operam dedit[42]).

III. Cyrillus[43]). De vita huius Iureconsulti pauca innotuerunt. Ipse Stephani facit mentionem[44]); laudatur a Cobida[45]), unde probabile est, eum seculo sexto exeunte vixisse[46]). Discernendus est hic Cyrillus, auctor indicis Digestorum, a Cyrillo seniore, antecessore Berutiensi, qui a Thalelaeo et Stephano appellatur *ὁ ἥρως Κύριλλος*[47]) et *ὑπόμνημα τῶν δεφινίτων* scripsit[48]). Utrum Cyrillus iunior antecessoris munere functus sit, necne, definiri non potest; certe ex indole indicis Digestorum, cuius magna pars in scholiis Basilicorum antiquis superest, eum iuri docendo operam dedisse, derivari nequit. Magna auctoritate apud posterioris aetatis Iureconsultos fuit Cyrillus[49]). Ab indice Digestorum, quem conscripsit, Cyrillus perinde ac Stephanus a posteris appellatur *ὁ ἰνδικευτής*[50]).

IV. Athanasius. De huius Iureconsulti vita et scriptis iam alii viri docti fusius egerunt, ut ad eorum labores possimus provocare[51]). Breviter ab his dicta complectamur. Patriam habuit Emesam, Phoeniciae oppidum. Fuit advocatus ideoque in Codicibus epitomes Novellarum, quam scripsit, superstitibus appellatur *σχολαστικός*. Scripsit Iustino II. imperante, uti ex eo patet, quod in dicto libro Novellas huius Imperatoris excerpsit[52]). Epitomen Novellarum Iustiniano imperante inchoatam[53]) Iustino imperante absolvit. Vestigia dialecti Alexandrinae, quae in textu epitomes Novellarum in Codice Parisiensi 1381 exhibito reperiuntur, moverant

---

quibus Stephani facta mentio est, huc non pertinere censet: imo existimat, aut adnotationi Anonymi et Enantiophanis locum ex Stephani commentario esse additum, qui separandus ab ea fuisset, aut Stephani adnotationem a recentiore scholiasta adnotationi Anonymi vel Enantiophanis esse adiectam. Prius ratione duorum ultimorum scholiorum ei assentior, cum in Codice Florentino inde a verbis *πρόσκειται τὸ πλάτος* novum scholium ordiatur; posterius nonnisi ratione Sch. *Τοῦ Ἀγωνίμου* III. 442. ei assentior, cui inde a verbo *ζήτει* recentioris scholiastae adnotatio iuncta est. Nihilo secius duo posteriora scholia inde a verbo *πρόσκειται* Anonymo vel Enantiophani tribuo, cum, uti antea iam ostendi, uterque Stephani indicem appellatione *τοῦ πλάτους* designaverit. 39) Biener l. l. p. 74. not. 108. 40) Veluti bis: *γινώσκεις, μανθάνεις, ἔγνως*. Cf. Sch. Basil. Heimb. I. 370. 381. 392. 422. 423. et passim. 41) Basil Heimb. II. 41. 42) Cf. Zachariae de L., Anecd. p. 205. 206 43) Cf. Zachariae de L., Delineatio p. 24. et in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 807 sq. Mortreuil l. l. p. 137 sq. 301 sq. 44) Cyrillus in indice L. 29. §. 2. D. XVII. 2. (Sch. *Κυρίλλου Ἵνα* I. 739.) tradit, Stephanum societatem, ex qua ad alterum omne lucrum, ad alterum omne damnum pertinet, *λεοντείαν*, leoninam, appellasse, his verbis: *ὁ γὰρ Στέφανος λεοντείαν ἔφη, πρὸς ὅ φησιν πλεονεκτικὴν, θηριώδη καὶ ἁρπακτικὴν καὶ μὴ μεταδιδοῦσαν τῶν προσπιπτόντων ἑτέροις*. Spectantur ea, quae Stephanus in indice L. 29. §. 2. D. XVII. 2. Sch. *Ἀρίστων* I. 739.) dixit. Zachariae de L. l. l. p. 807. dubitare videtur, num haec verba: *ὁ γὰρ Στέφανος κ. τ. λ.* Cyrilli sint. Ego vero non dubito, Cyrillo ea tribuere, cum particula *γάρ* cum praecedente indice Cyrilli iuncta sint. Nec quidquam impedit, quominus accipiamus, Cyrillum indicis Stephani habuisse notitiam, sive auditor eius scholis interfuerit, sive aliunde eum cognoverit. 45) Sch. *Γοβίδας* II. 557. Zachariae de L. l. l. p. 807. tradidit, Cyrillum etiam ab Anastasio laudari. Sed inter scholia Anastasii nomine insignita nullum extat, in quo Cyrilli facta sit mentio. 46) Quod Reitz ad Theophil. p. 1235. 1244. contendit, Cyrillum indicem Digestorum ante annum 535. scripsisse, eo nititur, quod Cyrillus in indice L. 3. D. V. 2. (Sch. *Κυρίλλου* IV. 3) dicat: *Ὁ κινῶν τὴν δεινοφφικίοσο ὀφείλει δικαιολογεῖσθαι, διότι ἐξενεχθεῖσα ἡ πραιτέριτος οὐκ ὤφειλε γενέσθαι*. Quod cum Novella 115. innovatum sit, accipiendum esse, Cyrillum ante hanc Novellam promulgatam hoc scripsisse; alioquin Novellae rationem ab eo fuisse habendam. Ut omittam, Novellam 115. non anno 535., sed anno 542. esse promulgatam, accuratior indicis Cyrilli cognitio docet, Cyrillum in eo semper nil nisi brevem epitomen fragmentorum Digestorum exhibuisse, ratione prorsus non habita iuris posterioribus constitutionibus innovati, cuius alii interpretes, veluti Dorotheus et Stephanus rationem habuerunt. Itaque ex silentio, quo Cyrillus Novellam 115. praetermisit, de eius aetate derivari nihil potest, cum nusquam Novellarum fecerit mentionem. Accedit, quod Stephanum laudavit (cf. not. 44.), qui Novellam 115. cognitam habuit cf. Sch. 3. Suppl. Basil. Heimb. p. 194. Sch. *Ὥστε* IV. 4. Sch. *Προθεώρησις* IV. 12. Sch. *Εἰ γάρ* IV. 28. Sch. *Δηλονότι* IV. 191.); aetate ergo eum sequitur. Quam Mortreuil l. l. p. 302. viam ingressus est difficultatis a Reitzio motae expediendae causa, ut Sch. *Κυρίλλου* IV. 3. Cyrillo seniori, antecessori Berutiensi, tribueret, ire cum eo dubitamus, cum tota indoles huius scholii ita sit comparata, ut Cyrillum iuniorem, Digestorum interpretem, auctorem indicet. 47) Sch. *Ταύτην* (Thalelaei) I. 646. „*τὸν ἥρωα καὶ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλον Κύριλλον.*" Sch *Δύναται* Stephani I. 583 „*οὕτω Κύριλλος ὁ ἥρως φησίν*" Sch 54. (Stephani) Suppl. p. 211. „*τοῦτο ποτὲ ἀνεγνώσθη ἐν Βηρυτῷ ὑπὸ Κυρίλλου τοῦ ἥρωος.*" Sch. *Δόλον* (Stephani) III. 474. „*οὕτω γὰρ ὁ ἥρως Κύριλλος τὸ παρὸν δίγεστον ἡρμήνευσεν.*" 48) Sch. *Ταύτην* (Thalelaei) I. 646. 49) Sic a Calocyro in Sch. 4. III. 396. *ὁ θαυμάσιος Κύριλλος* vocatur. 50) Sch. *Ἐπὶ* II. 558. „*Ἐπὶ τούτου τοῦ ῥήματος ἡ ἐναντιοφάνεια τῶν ἰνδικευτῶν δηλοῦται, τοῦ τε Κυρίλλου καὶ τοῦ Στεφάνου.*" 51) Cf. Heimbach iun., Anecd. T. I. Prolegom. Cap. I. V. p. I—LXXXVII. T. II. p. 290 sq. Zachariae de L. in: Wiener Jahrb. Vol. LXXXVI. p. 184 sq. Vol. LXXXVII. p. 74—93. Heimbach iun. in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1839. p. 972—975. 981. Quae Mortreuil l. l. p. 156—160. habet, ex libris horum auctorum desumta sunt. 52) In epitome Novell. Tit. III. const. 3. Tit. X. const. 11. Tit. XX. const. 6. Duobus posterioribus locis in inscriptionibus Iustinus auctor Novellarum excerptarum dicitur; primo loco Iustinianus in inscriptione designatur; sed pro *Ἰουστινιανὸς* legendum est *Ἰουστῖνος*, cum Novella excerpta (140.) Iustini sit. 53) Iustinianus ab Athanasio appellatur *ὁ καλλίνικος ἡμῶν βασιλεὺς, ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς, ὁ εὐσεβέστατος δεσπότης ἡμῶν Ἰουστινιανός*. Cf. epit. Novell. Tit. IX. const. 2. Tit. IX. const. 13. Tit. X. const. 4. Eiusmodi epithetis nonnisi Imperatores, qui imperium adhuc tenent, solent designari.

Heimbachium iuniorem, ut Athanasium Alexandriae vixisse et scripsisse coniiceret[54]). At haec vestigia non Athanasium, sed librarium, qui Codicem illum scripsit, habent auctorem. Epitome Novellarum potius Antiochiae conscripta est, ibique Athanasius domicilium habuit. Nam in praefatione secundae editionis epitomes advocatorum Antiochenorum Athanasius fecit mentionem, quasi hi causam secundae dederint editioni[55]).

V. Theodorus. Sicuti de Athanasio, ita de Theodoro alii viri docti fusius exposuerunt[56]). Appellatur modo Theodorus simpliciter, modo Theodorus Scholasticus, modo Theodorus Hermopolitanus, modo simpliciter Hermopolitanus, modo pleno nomine Theodorus Scholasticus Thebanus Hermopolitanus. Ex cognomentis Theodori ea, quae ultimo collocantur, patriam significant. Hermopolitanum ideo Theodorum vocarunt, quod natus esset Hermopoli. Ex pluribus civitatibus, quibus nomen Hermopolis est, ea, quae in Thebaide, Aegypti provincia, sita est, patria est Theodori. Dubitatum de eo est, an Theodorus Christianus fuerit[57]). Verum Christianum eum fuisse, accipiendum est ideo, quod Iustiniani et insequentium imperatorum temporibus eos, qui sub Romano imperio degerent, Christianos fuisse, donec probetur contrarium, praesumendum est. Accedit nomen Theodori Christianum, et quod Scholasticus fuit, quod fieri non potuisset, si vel paganus vel Iudaeus vel simpliciter haereticus fuisset[58]). Praeceptor eius fuit Stephanus, qui ab eo appellatur *Στέφανος ὁ ἐμὸς διδάσκαλος*[59]). Hoc accipiendum est de Stephano antecessore, qui post Theophilum, Dorotheum et Thalelaeum i. e. post seculum sextum medium antecessoris munere functus est, et ipse quoque Codicem *συντετμημένως* vertit. Primum enim de alio eiusdem nominis antecessore non constat, ac deinde locus ex Codice Stephani illius videtur superesse, in quo opinio Stephani a Theodoro notata expressa sit. Nimirum qui in collectione constitutionum ecclesiasticarum habentur tituli XIII priores libri I. Codicis, ex Codice Stephani antecessoris desumti esse videntur. Ibi L. 21. C. I. 5. sic redditur: *Ἰουδαῖος ἢ αἱρετικὸς ἐν δίκῃ οὐ καταμαρτυρεῖ ὀρθοδόξου κ. τ. λ.* Iam Theodorus in summario ad eandem constitutionem narrat, eiusdem opinionis Stephanum praeceptorem fuisse „*ταύτης τῆς δόξης ἐγένετο Στέφανος ὁ ἐμὸς διδάσκαλος*", quamvis in constitutione laudata de Hebraeis sive Iudaeis minime sermo sit. Cum Stephanus Constantinopoli antecessoris munere functus sit, Theodorum ex Aegypto, ubi natus erat, Constantinopolin migrasse oportet, sive propter aliam causam, sive propter hoc ipsum, ut legitima scientia imbueretur. Theodorus postea ex iuris studioso scholasticus factus est, i. e. advocatus vel causarum patronus, unde cognomen Scholastici habet, sicut et Athanasius Scholasticus appellatus est. Antecessoris munere Theodorus functus non est; nam scripta eius originem scholarum minime redolent. Theodorus Constantinopoli degisse et scripsisse videtur. Quod tam exinde derivandum est, quod Breviaria Codicis et Novellarum ab eo composita Constantinopoli in usu fuerunt, quam ex eo, quod in componendo Breviario Novellarum secutus est collectionem CLXVIII Novellarum haud dubie Constantinopoli ortam. Aetatem, qua Theodorus vixerit, alii aliter definierunt: alii Theodorum anno 533. a Iustiniano in inscriptione Const. Omnem inter antecessores commemorari, alii eum, utpote auctorem Eclogae Basilicorum, post Alexium Comnenum vixisse statuerunt[60]). Breviarium Novellarum a Theodoro scriptum esse debet post annum 575., quo edita est novissima constitutio in collectione CLXVIII Novellarum. Sed quaeritur praeterea, quanto tempore post annum 575. vixerit. Et Basilicis quidem antiquior est, quippe quorum in scholiis libri eius excerpti sint, deinde etiam Heraclio antiquior est, quia ab Heraclio usque ad Basilium iurisprudentiae apud Graecos tristissima fuit conditio; imo iam Mauricio imperante Theodori Breviarium Novellarum videtur extitisse, tum quia ex hoc nonnullae epitomae in collectionem CLXVIII Novellarum in locum Novellarum quarundam latine editarum imperante Mauricio translatae sint[61]), tum quia Theodorus textu authentico Codicis ad Breviarium suum elaborandum usus sit, post Mauricium autem usus et peritia linguae latinae ita interierit, ut nemo posthac authenticis legum libris, quales a Iustiniano editi fuissent, amplius usus esse videatur. Ex his intra annum 575. et annum 602., quo Mauricii imperium finitur, Theodori Breviarium Novellarum conscriptum esse, adeoque ipsum Theodorum hoc tempore floruisse colligitur. Cui maxime consentaneum est illud, quod Theodorus se Stephani discipulum esse profiteatur, quo praeceptore haud dubie Stephanum antecessorem, qui post Theophilum, Dorotheum et Thalelaeum, i. e. post seculum sextum medium floruit, intellexit. Breviarii Novellarum Theodori usus frequens apud posteros fuit. Fragmenta eius reperiuntur in ipso CLXVIII Novellarum corpore, in Prochiro Basilii, in Basilicis et maxime in Basilicorum scholiis, in Synopsi Basilicorum, in Epitome ad Prochirum mutata, quae in Codice Bodleiano 3399 habetur, in ea *τῶν ῥοπῶν* recensione, quae ad Basilica refecta est, in libello de actionibus, in tractatu de peculiis, in Gregorii Nicaeni commentatiuncula ad Nov. 111., in anonymi scriptoris commentario ad Photii Nomocanonem,

---

54) Heimbach iun., Anecd. T. I. p. IX—XV. 55) Zachariae de L. in: Wiener Jahrb. Vol. LXXXVI. p. 215—217., cuius sententiam Heimbach, Anecd. T. II. p. 292. secutus est. 56) Heimbach, Anecd. T. I. p. 201 sq. Zachariae de L. in: Wiener Jahrb. Vol. LXXXVII. p. 98 sq. Anecd. Prolegom. p. I—LIV. et Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 816. Mortreuil l. l. p. 150. 160—162. 306—314. Optime et latissime de Theodoro Zachariae de L. disseruit. 57) Reitz ad Theoph. p. 1240. hanc dubitationem ideo movit, quod in scholio Basilicorum t. (Fabr. VII. 337. Heimb. V. 482.), quod apud Fabrotum inscriptum est *Θεοδωρ.*, historiae veteris testamenti laudantur. Verum Cuiacius in versione libri LX. Basilicorum hoc scholium inscripsit: Theodoriti. Quo nomine non designatur Theodorus, sed Hagiotheodorita, recentior scholiasta, cuius permulta scholia ad librum LX. e Codice Parisiensi 1352 edidi. 58) Id enim prohibet L. 4. C. I. 4. L. 8. C. II. 6. 59) Ad L. 21. C. I. 5. in Schol. Basil. I. 417. Cf. Zachariae de L., Anecd. p. XLVII. XLVIII., qui pluribus probavit, neque Patricium neque Domninum, quos Theodorus in Schol. Basil. I. 722. IV. 585. praeceptores appellaverit, fuisse eius magistros, cum aetate longe Theodorum praecedant. Theodorus ideo appellavit eos praeceptores, quod ex eorum libris didicit; nam et vocantur *οἱ κοινοὶ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλοι*. Cf. Basil. Heimb. I. 646. 649. Ceterum *ἐρωταποκρίσεις*, quae in Sch. *Θεοδώρου* I. 722. post summarium L. 4. C. II. 4. sequitur, multo potius Thalelaeo tribuenda est, ut ex initio responsionis *μάθε* Thalelaeo consueto apparet. 60) Cf. Zachariae de L., Anecd. p. L. LI. quem sequimur. Ante eum proxime ad veritatem accessit Heimbach, Anecd. T. I. p. 209. et in: Krit Jahrb. f. deutsche RW. 1839. p. 964., qui Theodorum imperatoris Tiberii tempora vivendo attigisse arbitratur, quod collectione CLXVIII Novellarum, qua Tiberii quoque Novellae contineantur, usus sit. 61) Cf. Zachariae de L. in: Wiener Jahrb. Vol. LXXXVII. p. 103.

denique in Harmenopuli Hexabiblo[62]). Breviarii Codicis Theodori plurima fragmenta supersunt[63]), de quo pluribus agendum, cum de commentariis ad Codicem scriptis sermo faciendus erit. Nec desunt expressa testimonia, quibus auctoritas Theodori apud posteros probatur. Commendatur enim interpretatio eius ad L. 3. C. XII. 1. tanquam necessaria a Scholiasta Basilicorum[64]), et ab Imperatore Alexio Comneno in Novella de iureiurando corporali minorum XXV annis recens edita laudatur tanquam *ὀξὺς συνιδεῖν καὶ φωράσαι τὴν ἐγκαθημένην ταῖς νομικαῖς βαθύτησιν ἔννοιαν*[65]). Nec tamen defuerunt, qui Theodorum reprehenderent. Sic *διαψεύσασθαι* dicitur a Basilicorum Scholiasta[66]), et interpretatio eius *ψευδὴς* vocatur[67]). Deinde Athanasii magis, quam Theodori interpretationem Nov. 90. cap. 6. admittendam esse, Ioannes Nomophylax monet[68]). Denique vel acrius in Theodorum invehitur Constantinus Nicaenus, qui sic illum alloquitur: *κακῶς οἶμοι τοῖτο λέγεις*[69]) et: *καλὲ Θεόδωρε, οὐδ' ὅλως ἐνενόησας τὴν διάταξιν*[70]). De libris Theodoro male tributis, veluti de Synopsi erotematica e Codice Theodori Hermopolitani, de commentario ad Novellas Leonis, qui Theodoro Hermopolitano temere adtribuitur, de Ecloga lib. I—X. Basilicorum, quae eundem auctorem habere dicitur, ita egit Zachariae de L.[71]), ut ad ea, quae ille exposuit, lectores ablegari sufficiat.

VI. Cobidas[72]). Nomen huius iureconsulti vario modo scribitur. Appellatur *Κωβίδας*, *Κοβίδας*, *Γοβίδας*, *Κωβίδης*, *Κουβίδης*, *Κωβίδιος*, *Κοβίδιος*, *Κουβίδιος*, *Κομίδιος*. His variis appellationibus unam eandemque designari personam, coniici potest ex earum similitudine, quae nititur variis explicationibus siglae *Κωβιδ'* in Codicibus manuscriptis obviae. Probabile autem fit, omnibus his appellationibus unum Iureconsultum designari, exinde, quod qui in Basilicorum scholiis appellatur *Γοβίδας*, a Balsamone vocatur *Κωβίδης*[73]). Quod si acceperimus, ex fragmento libri, qui *ὁ ποινάλιος* inscribitur, in appendice Eclogae servato nuper edito[74]) patet, plenum nomen ac dignitatem huius Iureconsulti fuisse *Ἰωάννης Κωβίδας* sive *Κωβίδιος ἀντικήνσωρ*, qui idem esse videtur, qui in Basilicorum scholio quodam[75]) appellatur *Ἰωάννης ὁ σοφώτατος ἀντικήνσωρ*, et iungitur Dorotheo et Thalelaeo ita, ut adhuc inter vivos fuisse videatur[76]). Diversus est a Ioanne Nomophylace, recentiore Scholiasta seculi undecimi, cuius plura Basilicorum scholia extant vel simpliciter *Ἰωάννου* vel *τοῦ Νομοφύλακος* inscripta[77]). Ioannes Cobidas seculo sexto exeunte vel septimo ineunte videtur vixisse. Laudatur ab Anastasio[78]). Ipse Cobidas laudat Stephanum et Cyrillum[79]) et summam L. 22. C. IX. 9. a Theodoro confectam libro suo, qui *ὁ ποινάλιος* inscribitur, inseruit[80]).

VII. Phocas[81]). In Basilicorum scholiis adnotatio ad L. 1. C. VII. 1. legitur haec[82]): *Ὁ Φωκᾶς. Τὸ νόμιμον τῆς διατάξεως εἴρηταί σοι καὶ ἐν τοῖς ἰνστιτούτοις, ὅτι, ἐὰν ἐλευθερωθῇ τις ἅπαξ ἐν* consilio, *μεθὸ ὁ ἐλευθερῶν ἀποδοκιμάσει* (lege *δοκιμάσει* vel *ἀποδείξει*) *τὴν αἰτίαν, εἴ τι ἐψεύσατο, οὐκ ἀναψηλαφῶμεν τὴν ἐλευθερίαν. ἔχει δὲ τὸ κατὰ πόδας τῆς διατάξεως οὕτως.* Nomen Phocae scholio praefixum intelligere quis voluerit vel de Phoca, magistro militum, qui inter eos fuit, quibus Iustinianus curam primi Codicis conficiendi demandaverat[83]), vel de Phoca ex praefecto, cuius in Nov. 82. cap. 1. facta est mentio. Sed iam articulus nomini *Φωκᾶς* praefixus argumento est, non designari Iureconsultum huius nominis, cum articulus nominibus Iureconsultorum in fronte scholiorum praeponi non soleat. Cui si obieceris, scribi *τοῦ Ἀνωνύμου*, *τοῦ Ἐναντιοφανοῦς*, sic habeto, his non designari nomina Iureconsultorum propria. Finis scholii, in quo sequitur *τὸ κατὰ πόδας* L. 1. C. VII. 1., Thalelaeum indicat auctorem, iam propter genus dicendi simillimum. Videndum ergo est, unde illud *Ὁ Φωκᾶς* ortum sit. Equidem coniicio, in Codice Parisiensi 1349 scriptum fuisse *Ὁ προκατὼν* sigla quadam, quam Fabrotus legit *Ὁ Φωκᾶς*. A recentioribus Basilicorum Scholiastis *ὁ προκατὼν* appellatur index cuiuslibet constitutionis a Thalelaeo confectus, quem, si latina constitutio fuit, sequitur *τὸ κατὰ πόδας*, quod in nonnullis Basilicorum scholiis *τῷ προκατόντι* opponitur[84]).

VIII. Anastasius[85]). Nonnullae huius Iureconsulti adnotationes ad quosdam Digestorum locos in Basilicorum scholiis supersunt[86]). De eius patria, munere etc. nihil memoriae proditum est. Post Cobidam, cuius sententiam retulit[87]), vixit. Etiam Stephanum laudavit[88]).

IX. Philoxenus[89]). Quo tempore vixerit Philoxenus, definiri certo non potest. Probabile tamen est, eum antiquioribus Iureconsultis esse adnumerandum, qui seculo sexto iuris Iustinianei libros commentariis illustraverunt. Nam summae Novellarum, quae Philoxeni nomine praefixo in Basilicorum scholiis supersunt, iunguntur his in scholiis summis Theodori et Athanasii ita, ut existimandum sit, eodem fere tempore, quo illos, Philoxenum ad Novellas scripsisse. Philoxenus laudavit locum Theophili, quo explicatur, quid invectis et illatis sit intelligendum[90]).

---

62) Fusius id demonstravit Heimbach, Anecd. T. I. p. 210—218. 63) Cf. Zachariae de L., Anecd. p. XXXII. 64) Sch. Basil. II. 570. 65) Zachariae de L., Delineatio p. 128. 66) Sch. Basil. II. 654. 67) Sch. Basil. II. 656. 68) Schol. Basil. II. 424. 69) Sch. Basil. I. 661. 70) Sch. Basil. II. 661. 71) Anecd. §. XLIV—LVI. p. XLI—XLIV. 72) Zachariae de L., Delineatio p. 24. et in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW 1844. p. 805 sq. Mortreuil l. l. T. I. p. 314—316. 73) Cf. Sch. *Γοβίδας* II. 557. et Balsamon ad Phot. tit. XIII. cap. 18. (in Voelli bibl. iur. canon. T. II. p. 1118.). 74) In Zachariae de L., Anecd. p. 191. „*ἐκ τοῦ ποιναλίου Ἰωάννου Κουβιδίου ἀντικήνσωρος.*" 75) Sch. 47. Suppl. p. 185. 76) Dorothei enim et Thalelaei in Sch. 47. Suppl. p. 185. iam mortuorum mentio facta est (*Δωρόθεος ὁ μακαρίτης, Θαλέλαιος ὁ τῆς εὐκλεοῦς μνήμης*). 77) Huc pertinent Sch. *Ἰωάννου* I. 800. II. 27. 393. 396. 399. 400. 442. 457. 674. 680. 711. 712. 715. 718. 739. III. 385. 448. 451. 758. 764. V. 278. 288. 449. Sch. *Τοῦ Νομοφύλακος* II. 13. 19. 20. 25. 52. 89. 92. 109. 111. 132. 134. 390. 424. 665. 735. III. 52. 59. 78) Sch. *Ἀναστασιου* II. 10. „*Κουβίδης δέ φησιν κ. τ. λ.*" 79) Sch. *Γοβίδας* II. 557. 80) Zachariae de L., Anecd. p. 191. not. 94. 81) Reitz ad Theophil. p. 1238. Zachariae de L., Delin. p. 24. et in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 813. Mortreuil l. l. T. I. p. 151. 316. 82) Sch. *Ὁ Φωκᾶς* IV. 628. 83) Const. Haec quae necessario §. 1. Const. Summa reipublicae §. 2. 84) Sch. *Τοῦτο* V. 704. Sch. *Διὰ τοῦτο* V. 914. 85) Zachariae de L., Delineatio p. 24. et in: Krit. Jahrb. l. l. p. 802. Mortreuil l. l. p. 139. 317. 86) Sch. *Ἀναστασίου* V. 433. (adnot. ad L. 7. §. 2. D. XIII. 1. v. sed etsi — durare). Sch. *Ἀναστασίου* II. 10. (adnot. ad L. 5. §. 10. D. XIII. 6.). Sch. *Ἐκ τοῦ* III. 473. (citatur Anastasius ad L. 26. §. 3. D. XXIII. 4.). 87) Sch. *Ἀναστασίου* II. 10. 88) Sch. *Ἀναστασίου* V. 433. Stephani locus, qui laudatur, est eius adnotatio in Sch. *Τουτέστιν* V. 433. 89) Cf. Biener, Gesch. der Novellen p. 70. Heimbach, Anecd. T. I. p. 260. T. II. p. 298. Zachariae de L. in: Wiener Jahrb. Vol. LXXXVII. p. 96 sq. Delineatio p. 24. et in: Krit. Jahrb. l. l. p. 813. Mortreuil l. l. T. I. p. 162. 317. 90) Sch. d. Fabr. T. I. p. 751. Sch. *Ἰσθι* Heimb. T. I. p. 556. In scholio priore e Codice Paris. 1352 edito nomen Theophili reperitur, in posteriore e Codice Coisl. 152 edito desideratur. Haud dubie in utroque scholio de eadem Theophili interpretatione sermo est. Ceterum in Theophili paraphrasi Institutionum locus, quo invectorum et illatorum explicatio contineatur, non reperitur, quamobrem Reitz ed. Theophil. T. II. p. 944. eam interpretationem inter Theophili fragmenta reposuit. Equidem non dubito, quin ex indice Digestorum Theophili hausta sit.

Quae ratio inter Philoxenum Iureconsultum et Philoxenum lexicographum intercedat, incertum est[91]).

X. Symbatius[92]). De vita et aetate huius Iureconsulti nihil memoriae est proditum. Ad Novellas Iustiniani librum scripsit, cuius fragmenta in tractatu de peculiis recens edito servata sunt[93]). In hoc tractatu Symbatius iungitur Theodoro, unde probabile est, illum veteribus Iureconsultis esse adnumerandum, qui Iustiniani aetate vel non multo post iuris Iustinianei libros commentariis illustrarunt.

CAPUT III.

Scripta Iureconsultorum in genere considerata.

§. 1. Varietas eorum ac scopus diversus[1]).

De finibus, quibus Iustinianus librorum de libris legum a se promulgatis scribendorum facultatem circumscripsit, et quomodo Iureconsulti eos fines tam custodierint, quam transgressi fuerint, iam Cap. I. §. 3. egimus. Nunc scripta Iureconsultorum in genere consideranda sunt. Ac primum quidem varietas eorum et scopus diversus spectandus est.

I. Interpretationes et commentarii librorum legum a Iustiniano collectarum et Novellarum, versiones eorum et epitomae.

1) Versiones. Iustinianus libros legum a se collectos ad verbum verti concesserat. Ab initio hac ratione Digestorum nonnisi constituerat. Et quod ad Digesta attinet, maximam partem latina lingua scripta, eiusmodi versio *κατὰ πόδα* maxime erat necessaria, cum maxima pars subditorum latinae linguae peritia prorsus careret. Codicis constitutiones latinae eiusmodi versione indigebant, nec vero graecae, sicuti nec Novellae graecae. Constitutiones latinas Codicis Thalelaeus ad verbum in graecum sermonem transtulit, eiusque versio *κατ' ἐξοχὴν* appellatur *τὸ κατὰ πόδας*; graecas constitutiones eiusmodi versione non indigere auctor est ipse Thalelaeus[2]). De versione Digestorum *κατὰ πόδα* memoriae nihil proditum est. Tamen eiusmodi versionem Digestorum *κατὰ πόδα* continet index Dorothei, sicuti ex collatione eius cum Digestorum textu apparet. Mirum est, quod non indicem Dorothei *τὰ κατὰ πόδας* Digestorum Graeci appellaverint. Cuius rei causa in eo videtur esse quaerenda, quod operi Dorothei ex scholis ab eo habitis oriundo indicis appellationem tribuere maluerunt. Quid causae fuerit, cur Institutionum et Novellarum latinarum versionem *κατὰ πόδα* habeamus nullam, loco laudato iam dictum est.

2) Interpretationes et commentarii. Communis appellatio, qua significantur, est *ἑρμηνεία* vel index. Quid *ἴνδιξ* ab initio significet, et quomodo paulatim indicum notio ad latiores commentarios extensa sit, iam ante diximus. Ibidem dictum est de notione *τοῦ πλάτους*, qua appellatione commentarios Thalelaei, Dorothei et Stephani Graeci designare solent.

3) Epitomae. Eiusmodi epitoma Digestorum est index Cyrilli; qui a Dorotheo, Stephano et Anonymo ad Digesta scripti sunt libri, fines epitomae excedunt, et magis inter commentarios sunt referendi. Codicis autem epitomae modo longiores, modo breviores confectae sunt, quibus appellatio tributa est: *σύντομος*, *ἐπιτομή*. Eiusmodi epitomae Codicis conscriptae sunt ab Anatolio, Stephano et Theodoro; quae a Stephano conscripta est, ei nomen fuit *σύντομος κῶδιξ*[3]), ad eiusque similitudinem etiam Breviarium Codicis Theodori, qui Stephanum praeceptorem habuit, *σύντομος κῶδιξ* appellatum fuisse videtur[4]). Epitomas Novellarum conscripserunt Athanasius, Theodorus, Anonymus. Etiam libri a Philoxeno et Symbatio ad Novellas scripti eiusmodi epitomae sive breviaria fuisse videntur.

Tam commentariis uberioribus, quam epitomis librorum iuris Iustiniani accesserunt a) *παραγραφαί*, id est, adnotationes ad singula verba vel singulos locos textus, quae modo haec verba hosve locos explicant, modo dubitationes emergentes removent, modo contradictiones solvunt, modo aliud habent argumentum, nomen inde sortitae, quod in margine ad textus verba, ad quae pertinebant, in scholis ab auditoribus scribebantur; b) *παραπομπαί*, i. e. similium locorum allegationes; c) *ἀπορίαι*, dubitationes vel ab ipso praeceptore, vel ab auditoribus in scholis motae[5]), *ζητήσεις* vel *ἐρωτήσεις*, interrogationes vel ab auditoribus in scholis magistro propositae, vel ab auctore operis ipso motae. Ad *ἀπορίας* et *ζητήσεις* sequuntur *λύσεις*, quibus dubitationes motae solvuntur. Ad *ἐρωτήσεις* sequuntur *ἀποκρίσεις*, responsiones praeceptoris vel auctoris operis ad quaestiones vel ab auditoribus vel ab ipso propositas[6]). Interrogatio et responsio nanctae appellantur *ἐρωταπόκρισις*. d) *Σημειώσεις*, adnotationes, a voce *σημείωσαι*, qua incipiunt, ita dictae[7]).

II. *Παράτιτλα*. De eo, quid significent *παράτιτλα*, iam Cap. I. §. 3. exposuimus.

III. Libri alius generis, veluti commentationes de quadam iuris materia, quae dicuntur *μονόβιβλα* (libri singulares), Glossae nomicae etc.

§. 2. De oratione et genere dicendi Iureconsultorum seculi sexti[1]).

Indoles orationis et generis dicendi, quibus Iureconsulti Iustiniani aetate et non multo post usi sunt, eadem est, quae in aliis illius temporis libris cognoscitur. Etiam tunc, cum brevitati non student, oratione pura et simplici utuntur, quae ab oratione affectata in Iustiniani Novellis conspicua longe abhorret. Quodsi singulorum Iureconsultorum rationem habuerimus, haec notanda sunt. Inter Digestorum commentatores brevitati maxime studet

---

91) Reitz ad Theophil. p. 1246. 92) Cf. Heimbach, Anecd. T. I. p. 261. T. II. p. LXX. LXXII. 252. 254. Mortreuil l. l. T. I. p. 162. 318 sq. 93) Heimbach l. l. T. II. p. 252. 254., qui et fragmenta haec separatim edidit ibid. p. 261 sq.

1) Cf. Zachariae de L., Delineatio §. 15. p. 25. et in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 795—799. Mortreuil l. l. T. I. p. 98—108. 2) Basil. XIV. 1. 86. (index L. 24. C. IV. 35. Thalel.): „*Ἑλληνικὴ δὲ οὖσα τῆς κατὰ πόδα παραδόσεως οὐ δεῖται κατὰ τὴν ἡμετέραν διάσταξιν.*" 3) Sic in Appendice Eclogae, quae extat in Codice Paris. gr. 1384, extat: *ἐκ τοῦ η'. βιβλίου τοῦ συντόμου κώδικος Στεφάνου ἀντικίνσορος* (sic) *κεφ. ια'*. Cf. Zachariae de L., Anecd. p. 188. nr. XVI. 4) Cf. Zachariae de L., Anecd. §. XXXVII. p. XXXIV. 5) Sch. Basil. I. 378. 652. 6) Sch. Basil. V. 370. 735. II. 40. 96. 117. — Sch. Basil. II. 66. 337. — Sch. Basil. I. 378. 754. 768. 7) Cf. Sch. Basil. II. 8. 9. 83. 111. 112.

1) Cf. Zachariae de L. in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 799.

Cyrillus, post eum Anonymus, quo longior esse solet Dorotheus. Magna verborum copia utitur Stephanus, qui nec repetitionibus nec verbis bis idem dicentibus parcat. Inter Codicis commentatores brevitatis amantissimi sunt Theodorus et Anatolius, post quos sequuntur Isidorus et Stephanus; magna verborum copia uti solet Thalelaeus. Quam librorum horum auctorum indolem Matthaeus Blastares breviter ac nervose designavit[2]). Inter eos, qui ad Institutiones scripserunt, Theophilus in paraphrasi Institutionum brevitatis minime fuit studiosus. Quod de uberiore dicendi genere, quo Theophilus, Thalelaeus et Stephanus usi sunt, diximus, exinde explicandum est, quod horum commentarii scholis de Institutionibus, Digestis et Codice habitis originem referunt acceptam, et nil sunt nisi praelectiones horum antecessorum ab auditoribus chartae mandatae ac paulatim propagatae.

Summa Iureconsultorum seculi sexti diligentia cernitur in verbis artis latinis religiose retentis, quae vel plane non mutata, vel, quod summum est, graeco accentu et graeca flexione additis leguntur[3]). Cuius rei innumera extant exempla[4]). Summa religio Iureconsultorum fuit in regulis iuris latinis medio in textu graeco retinendis[5]). Maxime conspicua est haec Iureconsultorum religio in verbis artis latinis retinendis in Theophili paraphrasi Institutionum, et in fragmentis commentariorum Thalelaei et Stephani in scholiis ad Basilicorum librum VIII. servatis. Haud desunt quidem exempla verborum artis etiam in commentariis veterum Iureconsultorum, quorum reliqua in scholiis ad alios Basilicorum libros servata sunt, retentorum, sed rariora sunt, et saepissime verba artis seriori tempore graeco accentu et graeca flexione donata apparent. Quod tamen non ipsis Iureconsultis, quorum commentarii in scholiis excerpti sunt, sed si non illis, qui scholia ex illorum commentariis compilarunt, at tamen posterioris aetatis hominibus tribuendum est. Nam Iureconsulti non modo qui Iustiniani aetate scripserunt, sed etiam qui post Iustinianum usque ad initium seculi septimi floruerunt, verba artis latina retinuerunt. Quod nominatim valet de Anonymo[6]) et de Theodoro[7]). Post Iustinianum sensim sensimque verba artis latina in graecam linguam transferri coeperunt[8]), et in Basilicis verba artis latina omnia graecis permutata reperiuntur. Quod tamen ad negotia quotidie obvenientia, veluti stipulationes, testamenta, obligationes, quae consensu contrahuntur, et similia, nec non ad actus in iudiciis quotidie frequentatos, veluti litis contestationem, attinet, iam longe ante Iustinianum graecis verbis designabantur. Quod aliter se habere non poterat, cum graeca lingua incolae magnae imperii partis uterentur. Quam ob rem nec defuere Iureconsulti, qui graeca lingua libros conscriberent, atque ipsi Imperatores eadem lingua rescripta aliasque constitutiones promulgarunt[9]). Haud scio, an magnam vim in verbis artis graece reddendis Thalelaei versione Codicis *κατὰ πόδα* tribuam. Quamvis enim non desint exempla, Thalelaeum etiam in hac versione verba artis nonnunquam retinuisse[10]), non poterat tamen Thalelaeus, si *κατὰ πόδα* vertere vellet, verba artis praeterire, certe his retentis graecam debebat addere versionem, quod et interdum fecit[11]). Ceterum quae de Thalelaei versione *κατὰ πόδα* dixi, nonnisi coniecturam esse volo, cum reliquiae *τοῦ κατὰ πόδας* fere duntaxat in Basilicis eorumque scholiis supersint, et fieri etiam potuerit, ut verba artis a Basilicorum architectis vel a scholiorum antiquorum compilatoribus graeco sermone redderentur.

Praeterquam, quod retinent verba artis latina, Iureconsulti seculi sexti eo etiam insignes sunt, quod in exemplis propositis ad personas designandas uti solent nominibus a Iureconsultis veteribus usurpari solitis, veluti: **Attius**, **Maevius**, **Sempronius**, **Titius**, **Stichus**, **Pamphilus**, **Gaius**, vel personas designant numeris, veluti: **Primus**, **Secundus**, **Tertius**, **Quartus**[12]), cum posterioris aetatis Iureconsulti uti consueverint nominibus ex novo testamento desumtis, inprimis nominibus Apostolorum, veluti: **Petrus**, **Paulus**, **Ioannes**. Haec differentia in Basilicis et scholiis antiquis, quae vocantur, ex Iureconsultorum seculi sexti commentariis excerptis maxime est conspicua. In scholiis enim antiquis nomina personarum a Iureconsultis seculi sexti usurpata retenta sunt, in Basilicorum autem textu nomina Christiana usurpantur.

§. 3. De consuetudine Iureconsultorum seculi sexti in laudandis librorum iuris Iustinianei locis[1]).

Insignis est Iureconsultorum Iustiniani aetati proximorum consuetudo in laudandis librorum iuris Iustinianei locis. Regulariter numeris in libris laudandis uti solent, et quidem ita, ut numeri, primo loco libri, secundo tituli, tertio loco in Digestis numeri fragmenti (*δίγεστον*), in Codice constitutionis (*διάταξις*), designentur, verbi causa:

---

2) Matthaeus Blastares in Praefat. ad Synt. canon.: *„ἐξηγηταῖς δὲ καὶ ὑπουργοῖς οὐκ ὀλίγοις εἰς ταῦτα ἐχρήσατο. Στέφανος γάρ τις εἰς πλάτος τὰ δίγεστα ἐξηγήσατο· Κύριλλος κατ' ἐπιτομήν· Δωρόθεος μέσῃ τάξει ἐχρήσατο. Θαλέλαιος ἀντικένσωρ τοὺς κώδικας εἰς πλάτος ἐκδέδωκε. Θεόδωρος ἑρμουπολίτης συντετμημένως· ἔτι δὲ συντομώτερον Ἀνατόλιος· ὁ δὲ Ἰσίδωρος στενώτερον μὲν τοῦ Θαλελαίου, πλατύτερον δὲ τῶν λοιπῶν δύο."* In indole tamen breviariorum Codicis ab Anatolio et Theodoro scriptorum designanda et describenda Matthaeus Blastares videtur errasse. Quodsi enim fragmenta Anatolii reliqua cum summariis Theodori volueris conferre, summaria Theodori longe breviora invenies, quam Anatolii. Quamobrem quod Matthaeus Blastares dixit, breviorem esse Anatolium, quam Theodorum, nisi simul ad adnotationes a Theodoro summariis constitutionum iunctas retuleris, vera non sunt. 3) Cf. Theoph. ed. Reitz p. XXVIII 1068. 1237. **Zachariae de L.** *Αἱ ῥοπαί* p. 711. et in: Krit. Jahrb. l. l. p. 799. 4) Verbi causa: „*ἡ* ratam rem *ἱκανοδοσία*" Sch. *Ἐντεῦθεν* I. 375. „*κινεῖ* suo nomine" Sch. idem ibid. „*ἡ* rei iudicatae *παραγραφή*" Sch. *Ἐὰν* I. 379. „*ἡ* legatorum servandorum causa *νομή*" Sch. *Δεφενδεύειν* I. 373. Inprimis actionum et interdictorum nomina latina retenta sunt, veluti: „*τὸ* quod vi aut clam interdictum" Sch. *Διὰ* I. 397. „*ἡ* negotiorum gestorum" Sch. *Ὁ πρoκουράτωρ* I. 367. "*ἡ* furti, *ἡ* servi corrupti" Sch. *Δύναται* I. 416. 5) Exempla regularum iuris latinarum in graeco textu retentarum praebent Sch. *Τὴν* I. 407. Sch. *Ταύτην* I. 649. Sch. *Στεφ.* II. 101. Sch. *Ἐὰν* II. 449. Sch. *Σημείωσαι* II. 457. Sch. *Σημείωσαι* III. 379. Sch. *Ἀνωνύμου* IV. 556. Sch. *Θαλελαίου* IV. 737. Sch. *Συνελὼν* V. 339. Sch. *Θεοδώρου* V. 404. Sch. *Κατέχεται* V. 442. Sch. *Πρόσκειται* V. 746. 6) Sic in Digestorum locis, qui in collectione constitutionum ecclesiasticarum lib. II. extant, ex Anonymi Digestorum commentario desumti, verba artis latina retenta sunt. Cf. et Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* III. 296. 301. At in locis ex dicta collectione in Photii Nomocanonem translatis et in Basilicis verba artis latina graecis permutata sunt. 7) Cf. Sch. *Θεοδώρου* III. 234. 8) **Zachariae de L.** l. l. p. 799. 9) **Dirksen**, civil. Abhandl. T. I. Nr. 1. 10) Sch. *Τὸ κατὰ πόδας* (L. 1. C. V. 17.) III. 234. 449. Sch. *Ἐκ τοῦ* III. 454. 455. 456. Sch. *Προστίθεται* III. 456. (versio *κατὰ πόδα* L. un. pr. §. 1. 9. 11. 13. C. V. 13.) 11) Cf. Sch. *Ἐκ τοῦ* III. 454. (versio *κατὰ πόδα* L. un. §. 4. 5. C. V. 13.) „*σιγάτω ἡ* ob liberos (retentio), *τουτέστιν ἡ διὰ τοὺς παῖδας παρακατάσχεσις.*" 12) **Zachariae de L.** in: Krit. Jahrb. l. l. p. 799.

1) Cf. **Zachariae de L.** *Αἱ ῥοπαί* p. 74—76. et in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 799—802.

βι. ν΄. τῶν διγέστων τι. ιζ΄. διγ. (i. e. δίγεστον sive διγέστῳ) α΄. vel βι. α΄. τοῦ κώδικος τι. α΄. διατ. (i. e. διάταξις sive διατάξει) α΄. Institutiones hoc modo laudantur: ἰνστιτ. (i. e. ἰνστιτούτων vel ἰνστιτουτίων vel ἰνστιτουτίονι) α΄. τι. α΄. Rarius laudatur βιβλίον τῶν ἰνστιτούτων vel τῶν ἰνστιτουτιόνων. Anonymus et Enantiophanes in titulis Institutionum distinguunt διαιρέσεις vel κεφάλαια [2]). Novellae numeris Novellae et capituli additis laudantur, veluti: νεαρὰ α΄. κεφ. α΄. In laudandis Digestorum et Codicis locis saepe non additur τῶν διγέστων vel τοῦ κώδικος, cum vox δίγεστον et διάταξις sufficiat ad Digestorum opus vel Codicem designandum. Ubi orationis ordo id poscit, numerus digesti et constitutionis numeris tituli et libri praeponitur, veluti: ἐν τῷ α΄. διγ. τοῦ β΄. τι. τοῦ ν΄. βι. φησίν, vel ἐν τῇ α΄. διατ. τοῦ α΄. τι. τοῦ β΄. βι. τοῦ κώδικός φησιν. A regula tradita in locis singularum iuris Iustinianei partium laudandis Iureconsulti quidam discedunt. Qua de re haec notanda sunt:

I. Quod ad Institutiones attinet, inscriptiones titulorum vel praeter numerum titulorum vel sine eo laudantur [3]).

II. Idem nonnunquam fit in Digestis [4]), omisso libri numero et designata sola tituli inscriptione [5]), quod tunc verbi causa Stephanus facere solet, cum ad explicandum Digestorum locum alium locum ex eadem Digestorum parte adducit, quo casu aut solam tituli inscriptionem designat, aut notat, ex eadem Digestorum parte locum laudatum esse desumtum [6]). Saepe digesto laudato additur nomen auctoris, quod facere inprimis solent Dorotheus, Thalelaeus et Stephanus, nonnunquam etiam Anonymus [7]). Quae fragmentorum in Digestis nobis dicuntur paragraphi, Iureconsultis seculi sexti vocantur θέματα, quorum numerus nostrarum paragraphorum numerum uno semper antecedit, cum Graecis, quod nos prooemium vel principium dicimus, sit thema primum, θέμα α΄. Inprimis memoratu digna est consuetudo Dorothei, Thalelaei et Stephani in laudandis eis Digestorum libris, qui ex Iustiniani praecepto in scholis ab antecessoribus exponebantur. Tres enim priores Digestorum partes — τὰ πρῶτα, de iudiciis, de rebus — laudare solent ita, ut cuiusque partis libros numerent separatim, a primo libro incipientes. Sic numerant τῶν πρώτων βι. α΄ — δ΄., de iudiciis βι. α΄ — ζ΄., de rebus βι. α΄ — η΄., et singulos libros cuiusvis partis, tituli inscriptionem et digestum laudant, vel etiam tituli inscriptionem, addita partis significatione, omisso tamen libri numero adducunt, veluti: ἐν τῷ γ΄. διγ. τοῦ de procuratoribus τῶν πρώτων; ἐν τῷ ζ΄. τῶν de iudiciis βι. (Dig. lib. XI.) τι. α΄. διγ. α΄.; ἐν τῷ η΄. τῶν de rebus βι. (Dig. lib. XIX.) τι. α΄. διγ. α΄.; vel „ἐν τῷ familiae erciscundae τῶν de iudiciis“, „ἐν τῇ κομμοδάτι τῶν de rebus“. Digestorum liber XX. a Thalelaeo appellatur ἡ ὑποθηκαρία vel μονόβιβλος τῆς ὑποθηκαρίας [8]); libri XXI.

2) Cf. Sch. Anon. Περὶ IV. 290. „περὶ τῶν πλοὶς πετιτιόνων καὶ τῶν ἐξ αὐτῶν ἁρμοζουσῶν ποινῶν διαλαμβάνει . . . καὶ ὁ ς΄. τίτλος τῆς δ΄. ἰνστιτουτίονος ἐν τῇ ς΄. διαιρέσει.“ Sch. Τοῦ Ἐναντιοφ. II. 25. „Ἐν τῷ ς΄. τιτ. τῆς δ΄. ἰνστιτουτ. ἐν τῇ δ΄. διαιρέσει ἐξ ἀρνήσεως αὐτήν, ὥσπερ τὸν Ἀκουΐλιον, λέγει διπλασιάζεσθαι.“ Sch. Anon. Κἂν ζῶντος IV. 94. „ἀνάγνωθι βιβ. β΄. τῶν ἰνστιτ. τι. κ΄. κεφ. κγ΄. ἔνθα φησίν· ἐρυθριᾷ γὰρ ὁ νομικὸς ἀκυροῦν [τοῦ] τεστάτωρος βούλησιν, ἣν ἅπαξ ἐκύρωσεν.“ Hae διαιρέσεις vel κεφάλαια paragraphis nostris non respondent. Nam de plus petitione agitur §. 33. Inst. IV. 6., de actione depositi in duplum nonnunquam concepta, uti de legis Aquiliae actione, de qua Enantiophanes loquitur, §. 23. Inst. IV. 6. Locus in Sch. Κἂν ζῶντος designatus est §. 14. Inst. II. 20., ubi tamen verba latina, quibus verba graeca ab Anonymo laudata respondeant, minime reperiuntur. Quaenam alia titulorum subdivisio a paragraphis nostris diversa ab Anonymo et Enantiophane intelligatur, dici nequit, cum ignoremus, quam Institutionum graecam versionem uterque ante oculos habuerit. 3) Sic Dorotheus in Sch. Τῷ περὶ II. 391. „τοῦτο γὰρ ἔγνως ἐν τῷ γ΄. βιβλίῳ τῶν ἰνστιτούτων τι. ς΄. ὅς ἐστι de gradibus cognationis.“ Stephanus in adnot. ad L. 29. D. XXIII. 3. (Sch. Τότε III. 369.) „ἔγνως ἐν τῇ δευτέρᾳ ἰνστιτουτίονι τιτ. de legatis“; in adnot. ad L. 39. pr. D. XXIII. 3. (Sch. Οἶδας III. 374.) „ἐκ τοῦ de legatis τῶν ἰνστιτούτων“; in adnot. ad L. 7. §. 2. D. V. 3. (Sch. Τοῦτο IV. 192.) „ἐν τῷ δὲ ἀκτιόνιβους τίτλῳ τῶν ἰνστιτούτων“; Thalelaeus in adnot. ad L. 5. C. IV. 14. (Sch. Ἐπὶ IV. 29.) „ἐν τοῖς ἰνστιτούτοις ἐν τῷ δὲ ληγάτις τιτ.“ 4) Sic Stephanus in Sch. Σημείωσαι I. 331. „ἐν τῷ μη΄. βι. τι. ιθ΄. ὅς ἐστι de poenis; Sch. Ὁ βαρυτέραν II. 447.“ „ἐν τῷ μη΄. βι. τι. de poenis.“ Similiter Thalelaeus in Sch. Θαλελ. II. 454. 5) Sic Stephanus in Sch. Εἰ μὴ III. 351. „ἐν τῷ λδ΄. διγ. τοῦ de negotiis“; Sch. Πάκτον III. 360. „ἐν τῷ δὲ πάκτις“; Sch. Παραγραφὴ III. 391. „ἐν τῷ κ΄. διγ. τοῦ familiae erciscundae.“ Titulum de rei vindicatione Stephanus laudare solet ita: τῆς σπεκιαλίας vel τῆς σπεκιαλίας ἐν ῥέμ. Cf. Sch. Στεφ. II. 48. 577. Sch. Εἰ δὲ IV. 245. 6) Steph. index L. 40. §. 4. D. III. 3. (Sch. Ἔγνως I. 380.) „καὶ μὴ ἐναντιωθῇ σοι τὸ ζ΄. διγ. τοῦ de negotiis gestis“; adnot. ad L. 3. §. 1. 2. D. XIII. 6. (Sch. Στεφ. II. 3.) „ὡς ἔστι μαθεῖν βι. ς΄. τοῦδε τοῦ συντάγματος τιτ. δ΄. διγ. νδ΄. (i. e. Dig. lib. XVII.); adnot. ad L. 5. §. 2. D. XIII. 2. (Sch. Σημείωσαι II. 6.) „ὡς ὁ Κέλσος ἐν τῷ ε΄. βι. τοῦ παρόντος συντάγματος (lib. XVI. Dig.) τι. τελευτ. διγ. α΄. φησίν. Ad L. 30. D. XXIII. 4., qui liber quarta Digestorum parte continetur, Stephanus in Sch. Τὸ παλαιὸν III. 478. ex errore laudat ἐν τῷ α΄. διγ. τοῦ δὲ λεγάτις μονοβ. τοῦ παρόντος συντάγματος, quamvis liber XXX. quinta Digestorum parte contineatur. Eundem errorem commisit secundum lectionem Codicis Laurent. LXXX. 11. in adnot. ad L. 32. §. 1. D. XXIII. 4. (Sch. Παραγραφὴ III. 480.), ubi dicit: ὡς ὁ Οὐλπιανὸς ἐν τῷ δὲ λεγάτις τοῦ παρόντος συντάγματος διγ. οε΄. φησίν; cum Codex Paris. 1348 habeat: ἐν τῷ de legatis α΄. Nonnunquam Stephanus, ubi librum ex eadem Digestorum parte laudat, hoc numero libri, quem inter quinquaginta Digestorum libros habet, facit, veluti in adnot. ad L. 5. §. 3. D. XII. 4. Sch. Τοῦτο III. 4.), „ὡς ὁ Παπιανὸς ἐν τῷ ιθ΄. βι. τῶν διγ. τι. ε΄. διγ. ζ΄. φησί. Interdum Stephanus numerum designat libri ex quadam parte, non addita partis designatione, veluti in adnot. ad L. 1. §. 1. D. XVII. 2. (Sch. Στεφάνου. Καὶ I. 729.) „ὡς ὁ Οὐλπιανὸς ἐν τῷ η΄. βι. τι. τελευτ. διγ. ν΄. (lege ιγ΄.) φησίν, ubi designare voluit librum VIII. partis tertiae de rebus, i. e. Digestorum librum XIX. 7) Sic Dorotheus in indice L. 7. D. XXII. 3. (Sch. Ἐὰν II. 466 sq.) „τοῦτο γὰρ εἶπεν ἐν τῷ κα΄. βι. τι. α΄. διγ. νη΄. Παύλου ῥητῷ“; in adnot. ad L. 14. D. XXII. 5. (Sch. Ἰσιδώρου II. 396.) „ἐν τῷ παρόντι τι. διγ. ιη΄. Παύλου ῥητῷ“; in ind. L. 1. §. 2. D. XXII. 2. (Sch. Ἔνθα II. 385 sq.) „ἐν τῷ ιβ΄. διγ. τοῦ παρόντος τι. Οὐλπιανοῦ ῥητῷ“. Similiter Dorotheus in Sch. Ὁ τῷ et Ἄρα II. 397. Stephanus semper auctorem fragmenti designat hoc modo: ὡς ὁ Οὐλπιανὸς ἐν τῷ α΄. τῶν δὲ ῥέβους βι. τι. α΄. διγ. ιη΄. φησίν“ (Sch. Καλῶς II. 553.; index L. 1. § 3. 4. D. II. 14.). „τὸ εἰρημένον τῷ Οὐλπιανῷ ἐν τῷ παρόντι βι. τι. η΄. πρὸς τὸ τέλος τοῦ ζ΄. διγ.“ (Sch. Ὁ μὲν I. 583.; index L. 13. pr. §. 1. D. II. 14.). „ἐξ ὧν ὁ Μαρκιανὸς ἐν τῷ ιθ΄. διγ. τοῦ βι. κγ΄. τι. β΄. φησί“ (Sch. 4. III. 348.; adnot. ad L. 5. §. 1. D. XXIII. 3.). „διὰ τὸ κείμενον ἐν τῷ κδ΄. βι. τι. γ΄. διγ. ξς΄. Ἰαβολένου ῥητῷ“ (Sch. Ἐπὶ III. 362.; index L. 17. pr. D. XXIII. 3.). „ἐν τῷ μς΄. τῶν διγ. βι. τι. δ΄. διγ. ιβ΄. Πομπωνίου ῥητῷ“ (Sch. Σημείωσαι III. 379.; adnot. ad L. 43. D. XXIII. 3.). Thalelaeus nonnunquam etiam fontem, ex quo Digestorum fragmentum laudatum est, designat, veluti in adnot. ad L. 30. C. II. 4. (Sch. 3. I. 714.) „ὡς εἶπεν ὁ Οὐλπιανὸς ἐν τῷ η΄. βι. τῶν de officio Proconsulis αὐτοῦ· ἐκεῖθεν γὰρ ἀνήνεκται τὸ γ΄. διγ. τοῦ τι. τοῦ στελλιονάτους ἐγκλήματος, ὅς ἐστι εἰκοστὸς τοῦ μζ΄. βι. τῶν διγέστων“; in adnot. ad L. 2. C. V. 50. (Sch. Ἐγκαλεῖται III. 712.) „εἴρηταί σοι τὸ νόμιμον τῆς διατάξεως ἐν τῷ ια΄. διγ. τοῦ ζ΄. τι. τοῦ α΄. δὲ τουτέλις μονοβίβλου. Ἔστι δὲ τὸ δίγεστον Παύλου ἐκ τοῦ λη΄. τοῦ ἐδικτοῦ αὐτοῦ“. Similiter Thalelaeus in Sch. Τὸ κατὰ πόδας II. 726.; Stephanus in Sch. Ὁ γὰρ III. 176. Sic etiam Dorotheus in Sch. Ἐὰν II. 466 sq. „ἐν τῷ βι. κα΄. τι. α΄. διγ. νη΄. Παύλου ῥητῷ τῶν ῥεσπόνσων πρὸς τῷ τέλει διγ.“ Anonymus regulariter nomen auctoris fragmenti Digestorum omittit, nonnunquam adiicit, veluti in Sch. 16. Suppl. Basil. Heimb. p. 66. Sch. 32. Suppl. p. 72. Sch. Τοῦ Ἀνωνύμου I. 382. Sch. Τοῦ Ἀνωνύμου et Τοῦ αὐτοῦ III. 377. 8) Iustinianus enim in Const. Omnem reipublicae §. 4. Digestorum librum XX. librum singularem

ROMA

et XXII. his numeris ab eo laudantur[9]). A Stephano Digestorum libri XX. XXI. XXII. appellantur *ἀντιπαπιανοῦ μονόβιβλοι* vel *μονοβιβλία*, et discernuntur *μονοβι. α'. β'. γ'.*, ergo tres libri Antipapiani[10]). Rarissime Stephanus hos libros laudat his numeris, quos inter Digestorum libros habent[11]), quod cum a consueta huic Iureconsulto eos libros laudandi ratione discedat, seriori niti crediderim interpolatione. Liber XXII. a Stephano etiam appellatur *μονόβιβλον* de usuris[12]). Liber XXIII. a Stephano appellatur de sponsalibus *μονοβιβλίον*[13]), a Thalelaeo *μονόβιβλος* de dotibus[14]). Liber XXV. a Thalelaeo et Stephano appellatur *μονόβιβλος* de tu-

ad formulam hypothecariam appellavit. Thalelaeus hunc librum titulo *τῆς ὑποθηκαρίας* laudat in Sch. *Οὐκ εἶπε* I. 789. Sch. *Θαλελ.* II. 721. Sch. *Θεμάτισον* III. 21. Sch. *Οὕτως* III. 184.; *μονόβιβλον τῆς ὑποθηκαρίας* appellat in Sch. *Ἄρα* III. 760.; *μονόβιβλον τῆς πιγνερατικίας* in Sch. *Θαλελαίου* II. 462. Interdum liber XX. a Thalelaeo hoc numero laudatur, veluti in Sch. *Θαλελαίου* IV. 760. 761., quod tamen seriori interpolatione niti crediderim. 9) Cf. Sch. *Τοῦ αὐτοῦ* II. 721. Sch. *Θαλελαίου* II. 404 488. Sch. *Εἴρηται* II. 491. Sch. *Οὕτως* III. 184. 10) Locos, in quibus haec designatio legitur, indicarunt Wunderlich in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1848. p. 274. 380.; 1842. p. 667. et Zachariae de L. ibid. 1844. p. 801. not. ***), quibus tamen adhuc nonnulli sunt addendi. Loci hi sunt: Sch. *Ἐὰν* I. 586. „*ἐν [τῷ] γ'. τῶν ἀντιπαπιανοῦ μονοβίβλων τι. β'. διγ. ε'.*" Sch. *Ἐὰν* I. 615. „*ἐν τῷ α'. βιβλίῳ τῶν ἀντιπαπιανοῦ μονοβίβλων τι. γ'. τὸ α'. τοῦ τι. διγ.*" Sch. 29. I. 756. „*ἐν τῷ αὐτῷ ἀντιπαπιανοῦ μονοβίβλῳ τι. α'.* (lege *β'.*) *διγ. α'.*" Sch. *Στεφάνου* I. 763. „*μὴ ἐναντιωθῇ δέ σοι τὸ κείμενον ἐν τῷ γ'. τῶν ἀντιπαπιανοῦ μονοβίβλων τι. α'. διγ. α'.*" Sch. *Στεφ.* II. 44. „*ὡς ὁ Παπιανὸς ἐν τῷ πρώτῳ τοῦ ἀντιπαπιανοῦ μονοβι. τι. β'. διγ. α'. φησίν.*" Sch. *Στεφ.* II. 81. „*ὡς ὁ Παῦλος ἐν τῷ γ'. τοῦ ἀντιπαπιανοῦ μόνοβι. τι. γ'. διγ. λη'. φησίν.*" Sch. *Οἷον* II. 134. 135. „*ὡς ὁ Οὐλπιανὸς ἐν τῷ ιθ'. διγ. τοῦ* de evictionibus *καὶ τῶν ἀντιπαπιανῶν μονοβι. φησίν*" et paulo post: „*Οὐλπιανὸς ἐν τῷ κε'. διγ. τοῦ αὐτοῦ* de evictionibus *καὶ τῶν ἀντιπαπιανῶν μονοβι. φησίν*" et „*καὶ τοῦτο γὰρ ὁ Οὐλπιανὸς ἐν τῷ κς'. διγ. τοῦ πολλάκις εἰρημένου* de evictionibus *τῶν ἀντιπαπιανοῦ μονοβι. φησίν.*" Sch. *Σημείωσαι* II. 141. „*ὅπερ καὶ ὁ Παπιανὸς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἀντιπαπιανῶν μονοβι. τι. ε'. διγ. γ'. φησίν.*" Sch. *Ἰδοὺ* II. 141. „*ὡς τοῦτο αὐτὸ ὁ Παπιανὸς ἐν τῷ α'. τῶν ἀντιπαπιανῶν μονοβι. τι. ε'. διγ. γ'. φησίν.*" Sch. *Τοῦτο* II. 141. „*ὡς ὁ Παπιανὸς ἐν τῷ α'. τῶν ἀντιπαπιανῶν διγ. β'. φησίν.*" Sch. *Οὔτε* II. 141. „*ὡς ὁ Παπιανὸς ἐν τῷ α'. τῶν ἀντιπαπιανοῦ μονοβι. τι. ε'. διγ. θ'. φησίν.*" Sch. 51. Suppl. p. 11. „*ὡς ἔστι μαθεῖν ἐκ τοῦ γ'. τῶν ἀντιπαπιανοῦ μονοβίβλων.*" Sch. 107. Suppl. p. 23. „*ὡς ὁ Παῦλος ἐν τῷ α'. τῶν ἀντιπαπιανοῦ μονοβίβλων τι. α'. διγ. κθ'. φησίν.*" Sch. 118. Suppl. p. 25. „*ἐξ ὧν ὁ Παῦλος ἐν τῷ γ'. τῶν ἀντιπαπιανοῦ τι. α'. διγ. ιε'. φησί.*" Sch. 6. Suppl. p. 49. „*ἀνάγνωθι καὶ τὰ περὶ σουπερφικιαρίου εἰρημένα τῷ Παύλῳ ἐν τῷ α'. τῶν ἀντιπαπιανοῦ μονοβίβλων τι. δ'. διγ. ιε'.*" Sch. 40. Suppl. p. 142. „*ὥς φησι Σκαιβόλας ἐν τῷ γ'. τῶν ἀντιπαπιανοῦ τι. α'. διγ. ιγ'.*" Sch. 39. Suppl. p. 184. „*ὑπέξελέ μοι τὸ περὶ πουπίλλου εἰρημένον τῷ Παπιανῷ ἐν τῷ α'. τῶν ἀντιπαπιανοῦ μονοβιβλ. τι. δ'. διγ. ζ'.*" Sch. 15. Suppl. p. 192. „*ὡς ὁ Παπιανὸς ἐν τῷ α'. τῶν ἀντιπαπιανοῦ μονοβιβλ. τι. β'. διγ. α'. φησίν.*" Sch. 19. Suppl. p. 238. „*ὡς ὁ Γάϊος ἐν τῷ κη'. διγ. τοῦ εἰρημένου βι. καὶ τι. τῶν ἀντιπαπιανοῦ μονοβιβλ. τοῦτο φησί.*" Sch. 10. a v. *σημείωσαι* III. 59. „*ὡς ὁ Μαρκιανὸς ἐν τῷ β'. τι. τοῦ κ'. βι. τῶν ἀντιπαπιανοῦ μονοβίβλῳ διγ. ε'. φησίν.*" Sch. *Ὡς γὰρ* IV. 234. „*διὰ τὸ — εἰρημένον τῷ Παύλῳ ἐν τῷ γ'. τῶν ἀντιπαπιανοῦ μονοβίβλων τίτλῳ α'. διγέστῳ ε'.*" Sch. *Οὓς* IV. 235. „*ὥς φησι Παπιανὸς ἐν τῷ γ'. τῶν ἀντιπαπιανοῦ μονοβίβλων τίτλῳ α'. διγέστῳ ε'.*" Sch. *Ὁ γὰρ* IV. 446. „*ὡς ὁ Παῦλος ἐν τῷ γ'. τοῦ ἀντιπαπιανοῦ μονοβιβλ. τι. α'. διγ. κδ'. φησίν.*" (Hoc loco articulus *τοῦ* ante *ἀντιπαπιανοῦ*, quem omisit Fabrotus, confirmatur Codice Paris. 1350. Cf. Basil. V. 446. not. V.) Scholium in not. e. Fabr. ad Theoph. paraphr. III. 19. §. 11. (ed. Reitz. p. 653.), ubi hoc legitur: „*διὰ τὸ εἰρημένον β. γ'. τοῦ ἀτιπαπιανοῦ τοῦ* de probationibus et praesumt. *διγ. ι'. Μαρκέλλῳ* (lege *Μαρκέλλου*) *ῥητῷ*", haud dubie ex Stephani indice desumtum est. In Codice Bodlei. 173. inter *τὰ πραττόμενα τῶν διγέστων βιβλία*, i. e. libros Digestorum ex Iustiniani praecepto in scholis exponendos referuntur *ἀντιπαπιανοῦ βιβλ. γ'.* Cf. Zachariae de L., Prochir. p. 284. In Codice Vindobonensi epitomes Novellarum Iuliani, qui designatur Codex Salisb. 360 (cf. Biener in: Zeitschr. f. gesch. RW. Vol. V. p. 347.) hoc legitur: „III. Constitutio X. Kap. Innovat autem legem relarat (l. relatam) in primo titulo Antepapiniani digesto circa media loca tituli posita." In Codice Paris. gr. 1355 fol. 3. b. auctore Wunderlich l. l. p. 274., qui Codicem se inspexisse testatur, hoc legitur: *μετὰ τὸ βιβλίον τοῦτο εἰσὶ τὰ ἀντὶ παπινὰ Γ̄*, cum apud du Fresne, Gloss. med. et inf. Graecit. s. v. *πλάτος*, ubi idem locus typis mandatus est, scriptum sit: *Ἀντιπάπινα Γ'*. Codex Paris. gr. 1347 fol. 440. a. lin. 6. inferiori in enumeratione librorum Digestorum haec habet verba: *τῶν* de rebus *β'. η. ἀντι παπιανοῦ β'. Γ'.* Denique in Codice Synopseos Basilicorum Haeneliano B. fol. 251. a. haec leguntur: *ἀντιπαπιανοῦ βιβλία γ'.* Wunderlich his omnibus locis ab initio scriptum fuisse arbitratur *ἀντὶ παπιανοῦ*, negatque, Antepapinianum fuisse designationem librorum XX—XXII. Digestorum, imo contendit, his libris appellationem fuisse: *αἱ ἀντὶ Παπιανοῦ μονόβιβλοι* vel *τὰ ἀντὶ Παπιανοῦ βιβλία*. Merito tamen Zachariae de L. l. l. p. 801. not. **) provocavit ad Codicum scripturam *ἀντιπαπιανοῦ*, idque auctoritate Codicis Basilicorum Constantinopolitani, ex quo Basilicorum libros XV—XVIII. integriores cum scholiis edidit, firmavit. Cuius sententiae omnino adstipulandum est. Confirmatur enim ea scriptura Codicis Coisliniani 152, ex quo Basilicorum libros XI - XIV. cum scholiis edidi, quam scripturam nunc exhibebo. Scriptura Codicis est in Sch. *Ἐὰν ἀπαριθμήσω* I. 586.: *ἐν γ'. τῶν ἀντιπαπινιὰν μονοβιβλ.*; in Sch. *Ἐὰν* I. 615.: *ἐν τῷ α'. βιβλίῳ, τῶν ἀντιπαπιν μονοβίβλων*; in Sch. I. 756.: *ἐν τῷ αὐτῶν ἀντιπαπιανοῦ μονοβίβλω*; in Sch. *Στεφάνου* I. 763.: *ἐν τῷ γ', τῖ ἀντιπαπιανοῦ μονοβιβλ.*; in Sch. *Στεφ.* II. 44.: *ἐν τῷ πρώτῳ τ ἀντιπαπιανοῦ μονοβι.*; in Sch. *Στεφ.* II. 81.: *ἐν τῷ γ'. βι. τῶν ἀντιπαππιανοῦ μονοβι.*; in Sch. *Οἷον* II. 134. 135.: *καὶ τ αntιpapianῶν μονοβι.*, deinde *τῶν ἀντιπαπν μονοβι.*, tum *τῶν ἀντιπαπιαν μονοβι.*; in Sch. *Σημείωσαι* II. 141.: *τῶν ἀντιπαπιν μονοβιβλ.*; in Sch. *Ἰδοὺ* II. 141.: *τῶν ἀντιπαπιανῶν μονοβιβλ.*; in Sch. *Τοῦτο* II. 141.: *ἐν τῷ α'. τῶν ἀντιπαπιανῶν*; in Sch. *Οὔτε* II. 141.: *ἐν τῷ α'. τῶν ἀντιπαππιανοῦ μονοβι.* Inprimis me movet Codicis Paris. 1350 auctoritas, qui, ut antea notavi, habet *τοῦ ἀντιπαπιανοῦ*. Itaque Antipapianus (sive Antipapinianus) fuit appellatio Digestorum libris XX — XXII. ideo a Stephano tributa, quod hi libri in scholis loco Responsorum Papiniani ex praecepto Iustiniani in Const. Omnem reipublicae §. 4. auditoribus exponebantur. 11) Sch. *Στεφάνου* II. 557. „*ὡς ὁ Παῦλος ἐν τῷ κβ'. βι. τι. δ'. διγ. ο'.*" Sch. *Τοῦ αὐτοῦ* II. 621. „*ὡς ὁ Οὐλπιανὸς ἐν τῷ κ'. βι. τι. δ'. διγ. ε'. φησίν.*" 12) Sch. *Στεφάνου* II. 54. „*ὡς ὁ Παπιανὸς ἐν τῷ δὲ οὐσούρις μονοβιβλίῳ τι. α'. διγ. α'. φησίν*" et in eodem scholio: *φησὶν δὲ ὁ Παπιανὸς ἐν τῷ δὲ ῥέβους μονοβιβλίῳ τι. α'. διγ. α'.*" ubi loco *δὲ ῥέβους* legendum esse *δὲ οὐσούρις* iam vidit Zachariae de L. l. l. p. 801. not. †. Sch. *Στεφάνου* II. 83. „*ὡς ὁ Παῦλος ἐν τῷ α'. διγ. τοῦ δὲ οὐσούρις μονοβιβ. φησίν.*" In Sch. 8. II. 83. pro „*φησὶν ὁ Οὐλπιανὸς ἐν τῷ ς'. τῶν δὲ ἰουδίκιις μονοβιβ.*" legendum est: „*φησὶν ὁ Παπιανὸς ἐν τῷ α'. διγ. τοῦ δὲ οὐσούρις μονοβιβ.*" Causam libro XII. Digestorum ut *μονόβιβλον* de usuris designando dedit Const. Tanta §. 5. qua Iustinianus dicit, librum singularem de usuris et traiectitiis pecuniis, et de instrumentis et testibus, et de probationibus esse excogitatum. 13) Sch. *Ἐάν τις* I. 579. Sch. *Δύναται* I. 592. Sch. *Πάππος* I. 620. Interdum liber XXIII. a Stephano simpliciter appellatur *τὸ* de sponsalibus, veluti in Sch. *Πακτεύων* I. 588. Sch. 95. Suppl. p. 251. Sch. *Αἱρετικῆς* III. 5. Digestorum libri XXIV. et XXV. a Stephano his ipsis numeris laudantur, veluti in Sch. 22. Suppl. p. 241. Sch. *Δοκεῖ* II. 430. Sch. *Σημείωσαι* III. 178. Sch. *Ἐπὶ τοῖς* III. 362. 14) Sch. *Θαλελαίου* III. 293. Sch. *Ὡς εἶγε* III. 291. Nonnunquam Thalelaeus librum XXIII. appellat *τὸ πρῶτον* de dotibus *μονοβιβλίον*, veluti in Sch. *Τοῦ* I. 647. Sch. *Ὅτι* I. 650. Sch. *Οὐκ εἶπε* I. 789. Sch. *Ἐνταῦθα* III. 21. Sch. *Θαλελ.* III. 187.; vel simpliciter *τὸ* de dotibus *βιβλίον*, veluti in Sch. *Οὕτως* III. 158. Sch. *Θαλελαίου* et *Τουτέστι* III. 207. Interdum librum XXIII. hoc ipso numero laudat, veluti in Sch. *Θαλελαίου* III. 154. „*ὡς ἐν τῷ* de sponsalibus *α'. τι. τοῦ κγ'. βι. τῶν διγ. ἀνήνεκται*", quod tamen seriori niti crediderim interpolatione. Liber XXIV. hoc ipso numero a Thalelaeo laudatur in Sch. *Θαλελ.* III. 293. 294. Sch. *Πρόσκειται* IV. 286.

telis[15]), liber XXVIII. *μονοβιβλος* de testamentis[16]), liber XXX. *μονόβιβλος* de legatis[17]). Dorotheus et Stephanus nonnunquam libros singulares, qui in scholis exponebantur, appellant *τὰ πραττόμενα μονοβιβλία*[18]). Eos Digestorum libros, qui in scholis non exponebantur, inprimis inde a libro XXXI., Iureconsulti numeris librorum solent laudare, id quod in omnibus Digestorum libris facere consueverunt Anonymus et Enantiophanes.

III. In Codice laudando nonnunquam etiam inscriptiones titulorum a Iureconsultis designantur[19]).

IV. Novellae a Iureconsultis Iustiniani aetati proximis appellantur *αἱ μετὰ τὸν κώδικα νεαραί, νεαραὶ τοῦ δεσπότου*, maxime a Thalelaeo, Stephano et Anonymo[20]). Dorotheus, qui uno nonnisi loco Novellam laudavit, simpliciter utitur verbis *ἡ νεαρά*[21]). Iureconsulti utebantur diversis Novellarum collectionibus, collectione quippe publica auctoritate promulgata destituti. Theodoro in concinnando Breviario Novellarum fundamento fuit collectio CLXVIII Novellarum, qua etiamnunc utimur. Stephanus usus est collectione, quae a corpore CLXVIII Novellarum haud multum videtur distasse[22]). Interdum tamen numeri Novellarum a Stephano laudatarum a nu-

---

15) Sic Thalelaeus in Sch. *Τότε* I. 406. Sch. *Μέμνησαι* I. 690.; Stephanus in Sch. *Τοῖς* I. 628. Sch. *Στεφ.* I. 780. et passim. Uterque etiam laudat *τὸ πρῶτον* de tutelis *μονοβιβλίον* vel *βιβλίον*, veluti Thalelaeus in Sch. *Σημείωσαι* III. 707. Sch. *Ἐγκαλεῖται* III. 712. Sch. *Τοῦτο* III. 744. Sch. *Τὰ περὶ* III. 756.; Stephanus in Sch. 22. Suppl. p. 233. Regulariter tamen uterque librum XXVII. hoc ipso numero adducit, veluti in Sch. *Σημείωσαι* et *Ἀρχὴ* III. 700. et passim. Rarius Stephanus etiam librum XXVI. hoc ipso laudat numero, veluti in Sch. 12. Suppl. p. 206. „*ὡς κεῖται βι. κϛ'. τι. ζ'. διγ. λδ'.*" 16) Sic Thalelaeus in Sch. *Θαλελαίου* II. 403.; Stephanus in Sch. *Εἰ καὶ* I. 604. Sch. 54. Suppl. p. 211. Thalelaeus etiam *τὸ πρῶτον* et *τὸ δεύτερον* de testamentis discernit, veluti in Sch. *Σήμερον* IV. 499. „*ἐν τῷ μϛ'. διγ. τι. β'. τῶν κθ'. τῶν διγ. βι. ὅπερ ἐστὶ δεύτερον* de testamentis". Plerumque tamen uterque librum XXIX. hoc ipso laudat numero. 17) Sic Thalelaeus in Sch. *Θαλελαίου* IV. 130.; Stephanus in Sch. *Τὸ παλαιὸν* III. 478. Librum XXX. Stephanus etiam appellat *τὸ πρῶτον* de legatis, veluti in Sch. *Στεφ.* II. 69. Sch. *Τοῦτο* III. 409. Sch. *Σημείωσαι* III. 480. In Sch. *Στεφ.* II. 129. Stephanus librum XXX. sic laudat: „*ἐν τῷ πρώτῳ τίτλῳ* de legatis". 18) Sic Dorotheus in Sch. *Ἰσιδώρου* II. 396. „*ἐν τῷ πραττομένῳ* de testamentis *βι. τι. α'. διγ. κα'.*" Sch. *Ὁ τῷ* II. 397. „*διὰ τὸ ἐναντίον κείμενον ἐν τῷ πραττομένῳ* de testamentis *μονοβίβλῳ τι. α'. διγ. κ'. Οὐλπιανοῦ ῥητῷ.*" Sch. *Ἄρα* II. 397. „*ὡς κεῖται σαφῶς ἐν τῷ πραττομένῳ* de testamentis *μονοβίβλῳ τι. α'. διγ. κ'. Οὐλπιανοῦ ῥητῷ.*" Sch. *Τὸν κῆνσον* II. 468. „*μαρτυρεῖ δὲ τοῦτο ὁ Πομπώνιος ἐν τῷ πραττομένῳ* de legatis *μονοβιβ. διγ. κθ'. θεμ. β'.*"; Stephanus autem in Sch. *Ἐὰν* I. 607. „*διαῤῥήδην γὰρ ὁ Ἀφρικανὸς ἐν τῷ πραττομένῳ* de legatis *διγ. ἑκατοστῷ ἑβδόμῳ φησίν.*" Sch. *Σημείωσαι* III. 410. lin. 2. „*διὰ τὸ κείμενον ἐν τῷ πραττομένῳ* de legatis." 19) Sic Thalelaeus in Sch. *Ὁμοίως* IV. 283. „*ἐν τῇ θ'. διατάξει τοῦ* de fide instrumentorum *τίτλου τοῦ δ'. βιβλίου.*" Sch. *Θαλελαίου* IV. 496. „*ἔγνως γὰρ ἐν τῷ ε'. βιβ. τοῦ κώδικος ὑπὸ τὸν τιτ. ἐκεῖνον*, quando mulier tutela fungi non potest, *ὅς ἐστι λε'. ἐν τῇ δευτέρᾳ διατάξει.*" Cf. et Sch. *Τοῦ αὐτοῦ* IV. 537. Sch. *Τοῦτο* V. 413. Stephanus in Sch. 27. Suppl. p. 47. „*ὡς ἀνήνεκται βι. ια'. τοῦ κωδ. τι. μη'. ὅς ἐστι* de agricolis et censitis; Sch. *Σημείωσαι* II. 539. „*τῇ διατάξει, ἥτις ἀνήνεκται βι. β'. τοῦ κώδικος ὑπὸ τὸν νε'. τι. ὅς ἐστι* de receptis, *ἐν τῇ ε'. τοῦ τι. διατάξει*"; Sch. *Σημείωσαι* III. 58. „*ἐν τῷ δ'. βι. τοῦ κώδικος τι.* de usuris *διατ. δ'.*" Sch. *Σημείωσαι* IV. 26. „*ἡ γὰρ ϛ'. διάταξις τοῦ* de transactionibus *δ'. τίτλου τοῦ κώδικος.*" Quod Thalelaeus saepius in laudando Codice dicere solet: *οὗτος ὁ κῶδιξ*, veluti in Sch. *Ἑρμηνεία* I. 346. Sch. *Θαλελαίου* I. 448. et passim, Zachariae de L. krit. Jahrb. l. l. p. 802. existimat a Thalelaeo dici eo sensu, ut Codex Digestis opponatur. Equidem id malim ex eo derivare, quod Thalelaei commentarius ad Codicem ex scholis eius ortus sit, in quibus merito hunc Codicem laudare potuerit. 20) Sic Thalelaeus in Sch. *Αὕτη* I. 337. (adnot. ad L. 6. §. 4. D. II. 6.) „*τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν βασιλέως νομοθεσία μετὰ τοῦτον ἐξενεχθεῖσα τὸν κώδικα ἐπιτρέπει τοῖς ἄρχουσι καὶ προστίμοις σωφρονίζειν τοὺς δικολόγους, ἐὰν αὐτοὺς καταλάβωσιν ἐπίτηδες παρεκτείνοντας τὴν ὑπόθεσιν.*" In collectione CLXVIII Novellarum non reperitur Novella, quae huic a Thalelaeo laudatae respondeat. Biener, Gesch. der Novellen p. 57. In Sch. *Ταῦτα νόησον* III. 24. Thalelaeus Novellam laudat, quae in collectione CLXVIII Novellarum est Nov. 4. de anno 535., eamque simpliciter *νεαρὰν διάταξιν* appellat. In Sch. *Θαλελαίου* IV. 775. laudatur Novella, quae in dicta collectione est Nov. 22. cap. 8., his verbis: „*διὰ τοῦτο δὲ οὐκ εἶπεν, ὅτι δοῦλοι γεγόνασι τῆς τιμωρίας, ἐπειδὴ ἡ διάταξίς ἐστι μετὰ τοῦτον τὸν εὐσεβῆ κώδικα ἐξενεχθεῖσα, ἥτις κελεύει, τὸν εὐγενῆ ἀπὸ τιμωρίας μὴ καταδουλοῦσθαι.*" Ubi ceterum Thalelaeus *νεαρὰν διάταξιν* memorat, intelligenda est constitutio ipso Codice comprehensa. Sic in Sch. 44. Suppl. p. 163. sic laudatur L. 3. C. V. 72., in Sch. *Μὴ θεματίσῃς* II. 178. L. 30. C. V. 12., in Sch. *Θαλελαίου* II. 660. L. 28. C. IV. 32., in Basil. XXII. 1. 75. L. 20. C. IV. 21., in Sch. *Τοῦτο* III. 213. L. 4. C. VI. 4., in Sch. *Τὸ μὲν* III. 434. L. 30. C. V. 12., in Sch. *Τυχὸν* V. 377. L. 1. C. XI. 78. — Stephanus in Novellis laudandis utitur verbis *ἡ μετὰ τὸν κώδικα νεαρὰ διάταξις, ἡ μετὰ τὸν κώδικα νεαρά, ἡ μετὰ τὸν κώδικα διάταξις*, veluti in Sch. *Τοῦτο* II. 136. 143. Sch. 7. II. 545. Sch. *Ἄξιον* IV. 27. Sch. *Στεφάνου* II. 528. Sch. 6. Suppl. p. 191., aut *ἡ τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν διάταξις*, numero addito, veluti in Sch. *Ἡ μόρτις* IV. 25. Sch. *Στεφάνου* II. 527., aut *ἡ τοῦ δεσπότου* vel *τοῦ δεσπότου Ἰουστινιανοῦ διάταξις*, veluti in Sch. *Τοῦτο* III. 2. Sch. *Προθεώρησον* III. 171. Sch. *Σημείωσαι* III. 206. Sch. *Ὥστε* IV. 4. Sch. *Ἴσθι* IV. 7. Sch. *Προθεώρησον* IV. 12. — Anonymus in designandis Novellis utitur verbis *ἡ μετὰ τὸν κώδικα νεαρά*, veluti in Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* I. 786. Sch. *Ὁ παρὼν* IV. 60. Sch. *Περὶ* IV. 259. Sch. *Ἀνωνύμου* IV. 576., vel simpliciter *ἡ νεαρά*, veluti in Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* I. 327. 395. et passim. 21) Dorothei indici L. 16. pr. §. 1—3. D. XXVII. 10. (Sch. *Ἐὰν* III. 773.) ante Scholium *Κυρίλλου*, quod sequitur, haec adiiciuntur: *ἴσθι δὲ, ὅτι οὐ προσάπτεται ἡ περὶ ἀχαρίστων παίδων νεαρὰ τούτου τοῦ κεφαλαίου*, quo dicitur, Novella de ingratis liberis, quae in collectione CLXVIII Novellarum est Nov. 115. non attingi exheredationem bona mente factam. Licet *κεφαλαίου* mentio fiat, tamen hoc additamentum Dorotheo censeo esse vindicandum, tum quia *κεφάλαιον* hoc loco non significat capitulum Basilicorum, sed rem, de qua paulo ante agitur, tum quia Anonymus in sequenti Sch. *Καὶ τοῦτο* III. 773. eandem rem latius tractat, quod ideo videtur fecisse, quod Dorotheus antea brevius eandem rem tetigerat. 22) Zachariae de L., Anecd. p. 178. Numeri enim Novellarum a Stephano laudatarum aut conveniunt cum numeris, quibus Novellae in corpore CLXVIII Novellarum designantur, aut parum ab his differunt. Conveniunt cum numeris collectionis CLXVIII Novellarum hae Novellae a Stephano laudatae: 1) *Novella* 1. Sch. *Ἐὰν μηδενὸς* I. 638. fin. „*μέμνησο δὲ τῶν εἰρημένων ἐν τῷ γ'. βιβ. τῶν ἰνστιτούτων τιτ. ια'. καὶ ἀνάγνωθι τὴν πρώτην τὴν* (lege *τῶν*) *μετὰ* [*τὸν*] *κώδικα διατάξεων.*" 2) *Novella* 4. Sch. *Τοῦτο* II. 136. „*Τοῦτο νόησον κατὰ τὸ πάλαι κρατοῦν· σήμερον γὰρ οὔτε μανδάτωρ, οὔτε ἐγγυητὴς, οὔτε ἀντιφωνητὴς ἄλλως ἐνάγεται, εἰ μὴ πρῶτος ὁ πρωτότυπος ἐναχθῇ, ὡς ἡ δ'. τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν διατάξεων.*" Sch. *Τοῦτο* II. 143. „*Τοῦτο κατὰ τὸ παλαιὸν* (lege *πάλαι*) *κρατοῦν· σήμερον γὰρ οὐ δύναται κινῆσαι κατὰ τοῦ ἐγγυησαμένου ὁ δανειστὴς, εἰ μὴ πρῶτον χωρήσας κατὰ τοῦ πρωτοτύπου μὴ δυνηθῇ παρ' αὐτοῦ τὸ ἱκανὸν παθεῖν, ὡς ἡ δ'. τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν διατάξεων.*" Sch. *Στεφάνου* II. 565. „*ἀνάγνωθι τὴν δ'. διάταξιν τῶν μετὰ τὸν κώδικα, ἥτις νομοθετεῖ περὶ ἐγγυητῶν καὶ μανδατόρων, καὶ ἀντιφωνητῶν.*" Sch. *Τοῦ αὐτοῦ* II. 641. „*οὕτω φησὶν ἡ δ'. τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν διατάξεων.*" Appendix Eclogae nr. XXXI. (Zachariae de L., Anecd. p. 191.) ubi summarium *τῆς δ'. τῶν νεαρῶν διατάξεων* exhibetur. 3) *Novella* 18. (*cap.* 6.) Sch. *Στεφάνου* III. 7. „*ὅτι καὶ ἐπὶ διαθήκης γίνεται χώρα τῇ συνεισφορᾷ, εἰ μὴ κωλύσει αὐτὴν ἰδικῶς ὁ διαθέμενος, μαρτυρεῖ σαφῶς ἡ ιη'. διάταξις τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν.*" Sch. *Ἡ μόρτις* IV. 25. „*καὶ μάλιστα νῦν, ὅτε ἐπὶ διαθήκης ἐστὶ τῶν ἐξηρεδάτων συνεισφορὰ, πλὴν εἰ μὴ κωλύσει ταύτην ἰδικῶς ὁ διαθέμενος, ὥς φησιν ἡ ιη'. διάταξις τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν.*" (*Cap.* 11.) Appendix Eclogae nr. III. (Zachariae de L., Anecd. p. 186.) ubi summarium *τῆς ιη'. τῶν νεαρῶν διατάξεων τῶν ἀπελευθέρων* exhibetur. Itaque si in Sch. *Τοῦτο νόησον* IV. 12. eadem Novella, quae capite 1. legitimam liberorum portionem auget, dicitur esse *ἡ ιβ'. τῶν μετὰ τὸν κώδικα διατάξεων*, numerus corruptus est, cum cogitari vix possit, Stephanum diversas Novellarum adhibuisse collectiones. 4) *Novella* 22.

meris collectionis CLXVIII Novellarum differunt[23]). Nonnunquam Stephanus Novellas, non addito numero, laudavit[24]). Anonymus usus esse videtur eadem CXXV Novellarum collectione, quam Iulianus in epitome Novellarum adhibuit, unde Zachariae de L. coniecit, Anonymum esse eundem cum Iuliano[25]). Cuius coniecturae firmandae causa ille solius Anonymi locos aliosque, quos Anonymi esse existimat, in quibus Novellae laudantur, adduxit[26]), Enantiophanis autem, quem cum Anonymo eundem esse profitetur, utpote serius interpolatos data opera praetermisit. Sicut enim locis Digestorum et Codicis ab Enantiophane laudatis Basilicorum loci congrui seriori tem-

---

(*cap.* 7.) Sch. *Σημείωσαι* III. 177. „*ἴσθι δέ, ὅτι σήμερον καὶ ἐπὶ τῶν εὐγενῶν ἡ κβ'. τῶν μετὰ τὸν κώδικα βούλεται, ἵνα τοῦ ἀνδρὸς αἰχμαλώτου γενομένου μένῃ κατὰ τὸ αὐτὸ σχῆμα ἡ τούτου γαμετή, ὑφ'* (lege *ἐφ'*) *ὅσον δηλονότι περίεστιν· εἰ δὲ ἀμφιβάλλεται, τότε καὶ μετὰ πενταετίαν ἐξεῖναι αὐτῇ γαμεῖν καὶ μὴ ἐκπίπτειν τῆς οἰκείας προικός.*“ (*Cap.* 8.) Sch. *Ὡς εἶπον* III. 487. „*οὐδεὶς ἐξ ἀποφάσεως καταδεδούλωται, ὡς ἔστι μαθεῖν ἐν τῇ κβ'. τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν διατ. ἥτις περὶ τῶν δευτέρων διαλέγεται γάμων.*“ 5) *Novella* 49. (*cap.* 3.) Sch. *Στεφάνου* II. 527. „*τοῦδε τοῦ περὶ ὑπερθέσεως ὅρκου δοθέντος ἅπαξ ἐν προοιμίοις, ὡς εἴρηται. τῆς δίκης, οὐκ ἔτι παντελῶς, εἰ καὶ πολλάκις ὁ τοῦτον τὸν ὅρκον ὀμωμοκὼς ἐπιζητήσειεν ἀπόδειξιν, παρὰ τοῦ ἑτέρου μέρους ἀπαιτεῖται τὸν ὅρκον, ἀλλὰ δίδονται αὐτῷ ἀποδείξεις, οὐκ οὐκ ἀναγκαζομένῳ λοιπόν τινας ὅρκους ὑπέχειν, γενικῶς ἅπαξ, ὡς εἴρηται, τοῦ τοιούτου ὅρκου δοθέντος. οὕτω φησὶν ἡ μθ'. τῶν μετὰ τὸν κώδικα διάταξις.*“ 6) *Novella* 74. Sch. *Σημείωσαι* III. 169. „*Σημείωσαι νόμιμον θαυμαστόν, ὅτι κατὰ πρόληψιν γαμετὴν ἔχειν τις δοκεῖ τὴν ἐκ συνηθείας αὐτῷ συναπτομένην, ἐν ᾧ ἐλευθέρα ἐστίν, καὶ οὔτε πόρον ἐκ τοῦ οἰκείου ποιεῖται σώματος. ἀνάγνωθι πάντως τὴν οδ'. μετὰ τὸν κώδικα διάταξιν.*“ 7) *Novella* 87. Sch. 4. *Στεφάνου* II. 616. „*ἀνάγνωθι καὶ τὴν πζ'. διατ. τῶν νεαρῶν.*“ 8) *Novella* 91. Sch. *Τοῦτο* III. 492. „*παισὶ μέντοι αὐτῆς δίδοται* (sc. *τὸ προνόμιον τῆς προικὸς*) *ὥς φησι νεαρὰ qα'.*“ Pro *νεαρὰ qα'*. Codex Laurent. LXXX. 11. habet *ἡ . . . . μετὰ τὸν κώδικα διάταξις.* 9) *Novella* 97. *cap.* 3. Sch. *Τοῦ αὐτοῦ* II. 621. „*ἴσθι δέ, ὅτι καὶ τῶν ἐνυποθήκων προτιμᾶται δανειστῶν κ. τ. λ. ἀνάγνωθι καὶ τὴν qζ'. τῶν μετὰ τὸν κώδικα, τὸ γ'. αὐτῆς κεφάλαιον.*“ 10) *Novella* 115. Sch. 3. Suppl. p. 194. „*Τοῦτο γὰρ τοῦ πρ . . . ἐρρωμένως δανείζεται εἰς ἀνάρρυσιν αὐτοῦ, ὡς ἡ μετὰ τὸν κώδ. περὶ ἐξνερεδάτων ριε'. νεαρὰ θε. κα'.*“ Sch. *Ὥστε* IV. 4. „*ἔσο γὰρ εἰδώς, ὅτι καὶ φανεραὶ τῆς ἀχαριστίας εἰσὶν αἰτίαι σήμερον, καὶ ταύτας ἀπαριθμουμένη νεαρὰ τοῦ δεσπότου διάταξις, ριε'. τυγχάνουσα τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν.*“ Sch. *Προθεώρησις* IV. 12. „*ἀνάγνωθι τὴν ριε'. νεαρὰν τοῦ δεσπότου διατ. ἥτις ἐν ἐνστάσει βούλεται τὸ νόμιμον καταλιμπάνεσθαι ποστημόριον.*“ Sch. *Εἰ γὰρ* IV. 28. „*καὶ γὰρ ἀνατρεπομένης τῆς διαθήκης δίδονται τὰ ληγάτα καὶ αἱ ἐλευθερίαι κατὰ τὴν ριε'. νεαράν.*“ Sch. *Δηλονότι* IV. 191. „*ἀπὸ γὰρ τῆς ριε'. τῶν μετὰ τὸν κώδικα διατάξεων, εἰ καὶ ἀνατραπῇ τῆς δεϊνοφφικιόσο κινουμένης ἡ διαθήκη, μόνον ἐπὶ τῇ ἐνστάσει τῶν κληρονόμων ἀνατρέπεται κ. τ. λ.*“ Itaque si eadem Novella designatur in Sch. *Τοῦτο νόησον* IV. 12. „*διατ. ριδ'. τυγχάνουσα τῶν μετὰ τὸν κώδικα διατάξεων*“ et in Sch. *Ἄξιον* IV. 27. „*ἡ ριδ'. τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρὰ διάταξις*“, numerus corruptus esse videtur, nisi ita numerorum differentiam explicare velimus, sicuti in collectione CLXVIII Novellarum Novellae nonnullae extant, quae bis exhibentur, ita etiam in collectione, qua Stephanus usus est, nonnullas Novellas fuisse bis exhibitas, atque ita factum esse, ut eadem Novella bis, modo semel duntaxat numeraretur. Eadem Novella, non addito numero, laudatur in Sch. *Τοῦτο νόησον* III. 2. Sch. *Ἴσθι* IV. 7. Sch. *Προθεώρησις* IV. 12. 23) Differunt numeri Novellarum a Stephano laudatarum a numeris, quibus in corpore CLXVIII Novellarum designantur, hi: 1) *Novella* 87. Appendix Eclogae nr. IV. 1. 2. 3. (Zachariae de L., Anecd. p. 186.) exhibet summarium *τῆς πζ'. τῶν νεαρῶν διατάξεων* (in dicta collectione Novella 89. cap. 12.). 2) *Novella* 103. Appendix Eclogae nr. XXIX. (Zachariae de L. l. l. p. 190.) exhibet summarium *τῆς ργ'. τῶν νεαρῶν διατάξεων* (in dicta collectione Novella 115. cap. 6.). 3) *Novella* 114. Sch. *Στεφάνου* II. 528. „*ἀνάγνωθι πάντως καὶ τὴν ριδ'. νεαρὰν τῶν μετὰ τὸν κώδικα διάταξιν, ἥτις περὶ τῶν λιτιγατόρων καὶ τῆς καλουμνίας νομοθετοῦσά φησιν κ. τ. λ.*“ (in dicta collectione Nov. 112. cap. 2.). 4) *Novellla* 115. Appendix Eclogae nr. II. (Zachariae de L. l. l. p. 186.) exhibet summarium *τῆς ριε'. τῶν νεαρῶν διατάξεων* (in dicta collectione Novella 117. cap. 3. 7.). 24) 1) In Sch. *Σημείωσαι* III. 206. „*ἴσθι δέ, ὅτι σήμερον ἀπὸ διατάξεως τοῦ δεσπότου Ἰουστινιανοῦ τὸ χρυσῶν δακτυλίων καὶ παλιγγενεσίας παρέπεται δίκαιον*“, designatur Novella 78. secundum collectionem CLXVIII Novellarum. 2) In Sch. 6. Suppl. p. 191. „*ὅτι δὲ καὶ ἡ ἐπισκοπὴ ὁμοίως αὐτεξούσιον ποιεῖ, μανθάνεις ἐν τῇ μετὰ τὸν κώδικα νεαρᾷ διατ.*“ designatur Novella 81. 3) In Sch. *Εἶπον* II. 588. „*ἑτέρῳ δὲ λόγῳ ἀντίκειται αὐτῇ ἀναργυρίας παραγραφὴ κατὰ τοὺς χρόνους καὶ τὴν παρατήρησιν τῆς νεαρᾶς διατάξεως κ. τ. λ.*“ designatur Novella 100. 4) In Sch. *Στεφάνου* II. 527. „*σήμερον δὲ ἀπ' νεωτέρας τοῦ δεσπότου διατάξεως χώρα τῷ περὶ καλουμνίας καὶ τῆς δεκατομοιρίας ὁμολογίᾳ*“ designatur Novella 112. 5) In Sch. *Προθεώρησον* III. 171. „*οὐκ ἠδύνατο ὁ ἀνὴρ τῆς γυναικὸς μοιχείαν κατηγορεῖν, εἰ μὴ ἄρα πρότερον λύσει ῥεπουδίῳ τὸν πρὸς αὐτὴν γάμον· τοῦτο δὲ λέγει πρὸ τῆς νεαρᾶς τοῦ δεσπότου διατάξεως*“ designatur Novella 117. cap. 8. 6) In Sch. *Τυχὸν* I. 772. „*εἰ γὰρ μόνον ἀτιμωθῇ ὁ κοινωνός, μὴ μέντοιγε καὶ δημευθῇ, τυχὸν τὴν μέσην παθὼν κάπιτις δεμινουτίονα καὶ μὴ τὴν μεγάλην* (*θεμάτισον δέ, παῖδας ἔχειν αὐτὸν καὶ διὰ τοῦτο μὴ δημευθῆναι*) *κατὰ τὴν Ἰουστινιανοῦ νεαρὰν οὐ λύεται ἡ κοινωνία κ. τ. λ.*“ et in fine: „*ἀτιμοῦται γάρ τις πολλάκις καὶ διὰ τὸ ἔχειν παῖδας οὐ φισκοῦται, εἰ μὴ ἐπὶ μόνης τῆς καθοσιώσεως, καθὼς καὶ Ἰουστινιανοῦ διέξεισι νεαρά*“ designatur Novella 134. cap. 13. de anno 556. 25) Zachariae de L., Anecd. p. 198—206. hanc coniecturam, quam iam Biener, Gesch. der Novellen p. 56. proposuerat, in: Wiener Jahrb. Vol. LXXXVI. p. 232. indicatam latius exposuit et Novellas ab Anonymo in scholiis Basilicorum laudatas et in fragmentis graecae Novellarum epitomes excerptas cum Iuliani latina Novellarum epitome contulit. Quam coniecturam Heimbach. iun. in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1839. p 970. 972. et 1845. p. 321—328. impugnavit, amplexus autem est Mortreuil, Histoire du droit Byzantin T. I. p. 298—300. 26) Locos, in quibus Anonymus Novellarum fecit mentionem, modo argumento duntaxat breviter indicato, modo numero quoque addito, Zachariae de L., Anecd. p. 198—200. congessit. A quo cum partim Fabroti, partim nostra Basilicorum editio adhibita fuerit, eosdem locos secundum nostram editionem designabimus. Sch. *Τοῦ αὐτοῦ* I. 327. Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* I. 395. Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* I. 786. Sch. *Ἀνωνύμου* II. 388. Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* II. 390. Sch. *Ἀνωνύμου* II. 398. Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* II. 435. Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* II. 480., in quo pro *ρια'*. Zachariae de L. legendum censet *νεαρά*. Sch. *Τοῦ αὐτοῦ* III. 168. Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου. Ποῖος* III. 179. Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου. Φισκοῦται* III. 179. Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* III. 230., ubi numeros *κβ'*. et *ριζ'*., qui in Fabroti editione reperiuntur, non ab Anonymo, sed a Graeco quodam posteriore profectos esse Zachariae de L. existimat; Cod. Laurent. LXXX. 11. habet *νεαρὰν ριζ'. καὶ τὴν περὶ διαφόρων κεφαλαίων ρη'. νεαράν*. Haec designatio: *τὴν περὶ διαφόρων κεφαλαίων ρη'. νεαράν*, unice authentica est et ab Anonymo ipso profecta, qui designat Novellam, quae Iuliano est const. 108., in corpore CLXVIII Novellarum Nov. 117. Sch. 1. *Τοῦ Ἀνωνύμου* III. 232., ubi Codex Laurent. LXXX. 11. habet *ρξ'. νεαρᾷ*. Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου. Περὶ* III. 409., ubi verba *ριε'. νεαρᾷ κεφ. γ'*., quae in Cod. Paris. 1348 leguntur, Zachariae de L. putat niti interpolatione. Codex Laurent. LXXX. 11. habet *ἐν τῇ περὶ ἐξνερεδατίονος ρβ'. νεαρᾷ θεμ. κε'*. (fortasse *τκε'*.), quae apud Iulianum est const. 107. cap. 373., ubi monendum est, Iulianum in sua epitome non dicere voluisse parentem pro modo patrimonii dotem dare, de quo tamen loquitur Anonymus. Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου. Περὶ* III. 473., ubi Codex Laurent. LXXX. 11. post verba *τὴν περὶ ἰσότητος προικὸς πθ'. νεαρὰν* addit *θ'*. (i. e. *θέμα*) *σqα'*. (apud Iulianum const. 90. cap. 340.) Sch. *Ἀνων.* III. 682. Sch. *Τοῦ Ἀνων.* IV. 519. Sch. *Ἀνων.* IV. 547., ubi Zachariae de L. pro *μδ'. νεαράν*, quod habet Codex Paris. 1348, legere vult *μα'. νεαράν*, cuius coniecturae causam reddidit Anecd. p. 199. not. 17., quod et ei contra beati fratris monita in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1839. p. 972. assentior. Sch. *Ἀνων.* IV. 551. Sch. *Ἀνων.* IV. 562. Sch. *Τοῦ Ἀνων.* IV. 576. Sch. *Ἀνων.* IV. ibid. Sch. *Τοῦ Ἀνων.* IV. 605., ubi numerum *ἡ πζ'. νεαρὰ* aut corruptum aut interpolatum esse Zachariae de L. arbitratur. Praeterea Zach. de L. hos locos, in quibus Novellae laudantur, Anonymo iure tribuit: 1) Sch. *Ἐν τοῖς* II. 480 sq., ubi haec leguntur: *πλατέως δὲ διαλαμβάνει περὶ πίστεως βι. δ'. τοῦ κωδ. τι. κα'. διατ. ιη'. καὶ κ'. καὶ ἐν τῇ ογ'. καὶ ἐν τῇ μθ'. καὶ ἐν τῇ ξε'. νεαρᾷ θεμ. σκ'. καὶ ἐν τῇ περὶ ἐγκλημάτων με'. θεμ. ρος'*. Verba *καὶ ἐν τῇ ογ'. καὶ ἐν τῇ μθ'*. indicare locum, quo Novellae ab Anonymo laudatae in collectione CLXVIII Novellarum repositae sint, Zachariae de L. merito existimat. 2) Sch. *Καὶ οὔτε* III. 721. „*ἡ μετὰ τὸν κώδικα ρς'. νεαρὰ ἐπιγεγραμμένη περὶ προγαμιαίας δωρεᾶς καὶ ἄλλων κεφαλαίων*“

pore fuerunt additi, id quod Basilicorum scholia demonstrant, ita etiam numeros Novellarum ab Enantiophane ex sua collectione laudatos sequiori aevo in numeros collectionis CLXVIII Novellarum arbitratur esse mutatos. Quod quamvis in scholiis Enantiophanis factum esse lubenter concesserim, non tamen minus in scholiis, quae Anonymi nomen in fronte habent, esse factum, loci ex Basilicorum scholiis a Zachariae de L. adducti probant, in quibus ille numeros ex collectione CLXVIII Novellarum adiectos censet esse interpolatos. Sed neque loci Novellarum ab Enantiophane laudati sunt praetermittendi, tum quia etiam Enantiophanes saepius Novellas argumento nonnisi designato laudat, tum quia numerus Novellae ab Enantiophane additus a corpore CLXVIII Novellarum interdum discrepat et prope ad eum, quo Iulianus in epitome Novellarum utitur, accedit, tum quia dubitationes ex scholiis Enantiophanis nomine insignitis adversus illam coniecturam emergentes removendae sunt. Ac primum quidem recensebo locos Novellarum in scholiis, quae Enantiophanis nomen in fronte habent, laudatos.

1) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ.* I. 82. „*τὴν νεαρὰν περὶ ἀρρενογονίας*“ [27]), Novellam de agnatione — in collectione CLXVIII Novellarum 118.

2) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ.* I. 812. „*ἡ ρνζ'.* [28]) *νεαρὰ κελεύει, ὡς ἐν ἀγανακτήσει καταλύειν οἶκον, ἐπιτρέπουσα τοῦτο μόνον ἀπὸ καινοτομίας γενέσθαι*“ Novella 157. iubet, quasi in ira aedes dirui, hoc solum propter novum opus fieri permittens — in dicta collectione Novella 63., apud Iulianum 57.

3) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ.* I. 82. „*σήμερον δὲ διὰ τῆς* . . . . . . *νεαρᾶς ἐπεκτείνεται ἡ διακατοχὴ τῶν ἀνιόντων καὶ κατιόντων μέχρι λ'. ἐνιαυτῶν*“ hodie Novella . . . . bonorum possessio adscendentium et descendentium ad triginta usque annos extenditur — in dicta collectione Novella 118 (?).

4) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ.* 59. Suppl. p. 212. „*ἡ δὲ περὶ ἀπαιτήσεως πρώτης καὶ δευτέρας προικὸς πς'. νεαρά*“ Novella autem 86. de exactione primae et secundae dotis — in dicta collectione Novella 91., apud Iulianum 84.

5) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* II. 388. „*ἐν τῇ η'. νεαρᾷ κεφ. ζ'.* [29]) — in dicta collectione Nov. 90. cap. 7.

6) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* II. 390. „*ἡ δὲ περὶ μαρτύρων νεαρά*“ Novella de testibus — in dicta collectione Novella 90.

7) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* II. 477. „*ἐν τῇ ρλς'.* [30]) *νεαρᾷ περὶ ἀργυροπρατῶν*“ Novella de argentariis — in dicta collectione Novella 90.

8) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* II. 553. „*ἐν τῇ α'. νεαρᾷ*“ — in dicta collectione Novella 1.

9) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* II. 558. „*ἐν τῇ μθ'. καὶ ρκδ'. νεαρᾷ*“ [31]) — in dicta collectione Novella 49. et 124.

10) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* II. 580. „*ἡ δὲ περὶ τῶν Θείων δικαστῶν πβ'. νεαρὰ ἐν τῷ ι'. κεφ.* [32]) *δίδωσιν ἄδειαν τῷ δικαστῇ, ὅρκον ἐπιφέρειν τῷ λιτιγάτορι κ. τ. λ.*“ Novella autem de sacris iudicibus 82. cap. 10. permittit iudici, litigatori iusiurandum deferre etc. — in dicta collectione Novella 82. cap. 10., apud Iulianum const. 76.

11) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* II. 580. „*ἡ περὶ παραστασίμων νγ'. καὶ ἡ περὶ λιτιγιόσων ριβ'.* [33]) *νεαρά*“ Novella de exhibendis reis 53. et litigiosis 112., qui numeri cum dicta collectione conveniunt.

12) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* II. 680. „*τὴν α'. τῶν νεαρῶν*“ Novella 1. quae eundem numerum habet in dicta collectione et apud Iulianum.

13) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* II. 681. „*ἡ δὲ λθ'. καὶ ρη'.* [34]) *νεαρὰ* [*ἤτοι βιβ. λε'. τι. ια'. κεφ. πς'.*] *παρακελεύεται τὸ δ'. φυλάττεσθαι τῷ φιδεϊκομμισσαρίῳ κ. τ. λ.*“ Novella autem 39. et 108. [sive lib. XXXV. tit. 11. cap. 86.] iubent quadrantem servari fideicommissario etc. Designantur dictae collectionis Novellae 39. et 108., apud Iulianum const. 37. et 101.

14) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* III. 150. „*Τοῦτο ἀνῃρέθη διὰ τὴν νεαρὰν ριζ'.*“ [35]) Hoc sublatum est Novella 117. Designatur dictae collectionis Novella 117. cap. 3., apud Iulianum const. 108.

15) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* III. 150. „*ὥς φησι νεαρὰ ριζ'. κεφ. δ'.*“ [36]) Designatur dictae collectionis Novella 117. cap. 4.

16) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* III. 166. „*ὡς ἡ περὶ τῶν ἐξηρεδάτων ριε'.* [37]) *νεαρά φησι*“ ut Novella de exheredatis 115. ait. Designatur dictae collectionis Nov. 115. cap. 3.

17) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* III. 172. „*ἡ δὲ ρλδ'.*

(apud Iulianum const. 110.) Hoc scholium Zachariae de L. merito tribuit Anonymo; neque enim Stephano tribui potest, cuius index Digestorum librum XXVII. non complectebatur, nec Cyrillo, qui in suo indice Digestorum Novellarum nunquam fecit mentionem. Unus Dorotheus superest, cui praeter Anonymum hoc scholium tribui possit; sed pro Anonymo auctore scholii est ratio laudandi Digestorum et Codicis locos Anonymo consueta (*ὡς βι. δ'. κ. τ. λ.*). 3) Sch. *Ἐπὶ* III. 752. „*ἡ ρθ'. νεαρὰ θέμα τοζ'.* (sic legendum pro *τὸ ζ'.*). Hoc scholium Zachariae de L. Anonymo merito adscribit, cum praeter eum nemo ex Iureconsultis seculi sexti themata Novellarum laudaverit. 4) Sch. *Ἐπὶ* III. 752. „*ἐν τῷ τέλει τῆς γ'. νεαρᾶς.*“ 5) Sch. *Σημείωσαι* IV. 53. „*ἐν τῇ περὶ πίστεως τῶν συμβολαίων ξη'. νεαρᾷ.*“ Anonymi hoc scholium esse vult Zachariae de L. inprimis ideo, quod Novellam, quae in corpore CLXVIII Novellarum est 73., numero 68. citaverit Anonymus in Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* I. 395. Accedit, quod formula loquendi Anonymo consueta: *ὁμοίως βι. ν'. κ. τ. λ.* hoc in scholio legitur. 6) Sch. *Τυχὸν* IV. 61. „*καὶ ἐν τῇ οε'. νεαρᾷ, ἥτις καὶ τὸν ἐπίσκοπον λέγει γίνεσθαι αὐτεξούσιον.*“ Anonymo hoc scholium tribuendum est ob consuetam huic Digestorum et Codicis locos laudandi rationem, licet aliter senserit Heimbach iun. l. l. p. 972. Praeterea huc referendum est 7) Sch. *Τοῦ Ἀνων.* 69. Suppl. p. 248. „*ἡ περὶ ἐξηρεδάτων ρβ'. νεαρά.*“ Novella de exheredatis 102. hoc loco laudata in corpore CLXVIII Novellarum est Novella 115., apud Iulianum const. 107. 27) In Basilicis additur: *ἤτοι ριη'.*, quod interpolatione nititur. 28) Pro *ρνζ'.* haud dubie legendum est *νζ'.* Nam Enantiophanes ex sua collectione Novellarum hunc numerum, qui idem apud Iulianum, laudavit. Numerus *ρνζ'.* spurius est, cum neque in corpore CLXVIII. Novellarum haec Novella hoc numero designetur. 29) Numeri serius interpolati sunt. Enantiophanes scripsit: *ἐν τῇ περὶ μαρτύρων νεαρᾷ*, uti Anonymus in Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* II. 388. 30) Numerus *ρλς'.* interpolatus est. Enantiophanes aut alium habuit numerum, aut eum omisit. 31) Numeri *μθ'.* et *ρκδ'.* seriori nituntur interpolatione. Enantiophanes habuisse videtur numeros *μδ'.* et *ρκβ'.*, quibus quae in dicta collectione sunt Novellae 49. et 124., in Iuliani epitome designantur. 32) Numerus *πβ'.* serius interpolatus est. Enantiophanes aut scripsit: *ἡ περὶ θείων δικαστῶν νεαρά*, non addito numero, aut addito numero *οβ'.*, uti Anonymus in Sch. *Τοῦ αὐτοῦ* I. 327. 33) Numeri *νγ'.* et *ριβ'.* interpolati sunt. Enantiophanes aut simpliciter scripsit: *ἡ περὶ παραστασίμων καὶ ἡ περὶ λιτιγιόσων νεαρά*, aut numeros addidit Iuliani epitomae congruos, qui habet numeros 47. et 105. 34) Numeri *λθ'.* et *ρη'.* seriori nituntur interpolatione. 35) Numerus *ριζ'.* serius est interpolatus. 36) Numerus *ριζ'.* et verba *κεφ. δ'.* seriori nituntur interpolatione. Nam subdivisiones Novellarum Enantiophanes *θέματα* vocat. 37) Numerus *ριε'.* haud dubie interpolatus est. Enantiophanes aut numerum plane non addidit, aut addidit numerum a Iuliano non multum distantem.

νεαρὰ κεφ. ι΄.[38]) *φησὶν κ. τ. λ.*" Designatur dictae collectionis Novella 134. cap. 10.

18) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* III. 202. „*τὸ περὶ τῶν ἀπελευθέρων ἀναιρεῖται, ὡς ἔγνωμεν ἐν τῇ ἀναιρέσει τοῦ ις΄. διγ. τοῦ α΄. τιτ. παρὰ τῆς νεαρᾶς πθ΄.*[39]). *τὸ δὲ τῆς διαφορᾶς τῆς ἀρρενογονίας καὶ θηλυγονίας συγγενῶν παρὰ τῆς ριη΄.*[40]) *νεαρᾶς, ὡς ἐν τῇ ἀναγραφῇ τοῦ κγ΄. διγ. τοῦ ζ΄. τιτ. τοῦ α΄. βιβ. ἔγνωμεν. ἀμφοτέρων δὲ ὑπὸ τῆς ἀρχαίας νομοθεσίας κωλυομένων, καὶ τοὺς ἐνδόξους πρὸς ἀτίμους γυναῖκας συνάπτεσθαι, καὶ τὰς ἐντίμους ἀδόξοις ἀνδράσι συζεύγνυσθαι, ἡ ριζ΄.*[41]) *νεαρὰ περὶ μὲν εὐτελῶν γυναικῶν συνεχώρησε, περὶ δὲ τῶν ἀτίμων ἀνδρῶν παρεσιώπησεν, ἴσως διὰ τὴν εὐχέρειαν καὶ ἁπλότητα τῶν γυναικῶν καὶ τὸ εὐόλισθον αὐτῶν τοῦτο οἰκονομήσασα.*" Quod ad versionem latinam attinet, brevitatis causa lectorem ad Basilicorum editionem ablegamus. Designantur dictae collectionis Novella 78. cap. 3., Novella 118., Novella 117. cap. 6.

19) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* III. 230. „*Τοῦτο ἀναιρεῖ ἡ ριζ΄.*[42]) *νεαρὰ λέγουσα· Ἐπειδὴ δὲ πολλὰς κ. τ. λ.*" Hoc tollit Novella 117. dicens: Quoniam autem multas etc. Designatur dictae collectionis Novella 117. cap. 8.

20) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* III. 230. „*τὰς δὲ αἰτίας εὑρήσεις τοῦ εὐλόγως πέμπειν διαζύγιον ἐν τῇ ἀναιρέσει τῆς κβ΄.*[43]) *νεαρᾶς.*" Causas autem repudii iure mittendi invenies in abrogatione Novellae 22. Designatur dictae collectionis Novella 22. cap. 15. 16.

21) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* III. 265. „*ἀνάγνωθι καὶ τὴν ϙζ΄. νεαρὰν κεφ. ς΄.*[44]) *περὶ συνεισφορᾶς προικὸς κ. τ. λ.*" Lege et Novellam 97. cap. 6. de dotis collatione etc. Designatur dictae collectionis eadem Novella. Cum in Codice Laurent. LXXX. 11. pro ϙζ΄. legatur ϙβ΄., et *κεφ. ς΄.* omittatur, apud Enantiophanem scriptum esse videtur: *τὴν ϙβ΄. νεαράν*, Novellam 92., quae apud Iulianum est const. 90.

22) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* III. 270. „*ἡ δὲ ϙα΄.*[45]) *νεαρὰ μόνοις αὐτὸ παισὶ δίδωσι*" Novella 91. autem ea (privilegia dotis) dat solis filiis. Designatur dictae collectionis Novella 91.

23) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* III. 270. „*καὶ ἡ περὶ τοῦ δοθέντος ὅρκου παρὰ τοῦ διαθεμένου ἐπὶ τῷ μέτρῳ τῆς αὐτοῦ περιουσίας διαλαμβάνουσα μη΄*[46]) *νεαρά.*" Novella 48., quae de iureiurando a testatore de modo facultatum suarum praestito agit. Numerus cum dicta collectione convenit.

24) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* III. 276. „*ὅπερ καὶ ἡ περὶ γάμων κβ΄.*[47]) *φησὶ νεαρά*" quod et Novella de nuptiis 22. dicit. Designatur dictae collectionis Novella 22. cap. 19.

25) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* III. 284. „*ἐν τῇ περὶ τῶν γάμων νεαρᾷ*" in Novella de nuptiis, quae in dicta collectione est Novella 22.

26) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ.* IV. 3. „*Τοῦτο ἀναιρεῖ ἡ ριε΄.*[48]) *νεαρὰ λέγουσα, μὴ καθόλου τὴν διαθήκην ῥήγνυσθαι, ἀλλὰ μόνην τὴν ἔνστασιν ἀνατρέπεσθαι.*" Hoc tollit Novella 115., quae dicit, non totum testamentum infirmari, sed solam institutionem rescindi. Designatur dictae collectionis Novella 22. cap. 3. 4.

27) Sch. *Τοὺς* IV. 43. „*καί φησι τὸ τῶν ἐναντιοφανῶν βιβ. τὸ περὶ τῆς διαφορᾶς τῆς συγγενείας ἀναιρεῖ ἡ ριη΄. . . τὸ δὲ περὶ τῆς ἀποκηρύξεως ἢ παραμελήσεως ἀναιρεῖ ἡ ριε΄.*[49]) *νεαρά.*" Et ait liber *τῶν ἐναντιοφανῶν*: Differentiam cognationis tollit Novella 118. .... quod autem de exheredatione et praeteritione dicitur, tollit Novella 115. Novellae designatae sunt numeris, quos in dicta habent collectione.

28) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* IV. 49. „*Τοῦτο ἀναιρεῖ ἡ ριε΄.*[50]) *νεαρά.*" Hoc tollit Novella 115., qui numerus cum dicta collectione convenit.

29) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* III. 470. „*τοῦτο δὲ τὸ πρῶτον διγ. ἀναιρεῖ ἡ ριη΄. νεαρὰ, λέγουσα κ. τ. λ.*" Hoc primum digestum tollit Novella 118., dicens etc. Numerus cum dicta collectione conspirat.

30) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* III. 471. „*ἀνάγνωθι τὴν ριζ΄.*[51]) *νεαράν, ἥτις φησίν, ὅτι ἡ μεταξὺ παίδων γενομένη διαθήκη ἔρρωται καὶ χωρὶς μαρτύρων.*" Lege Novellam 117., quae dicit, testamentum, quod inter liberos fit, valere etiam sine testibus. Designatur dictae collectionis Novella 107.

31) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* III. 472. „*Τοῦτο ἀναιρεῖται ὑπὸ τῆς ριη΄. νεαρᾶς, καὶ περὶ συνεισφορᾶς λεγούσης, καὶ περὶ προσπορισμοῦ, μηδὲ χρῆσιν ἐώσης τοῖς ἔχουσι τοὺς ὑπεξουσίους.*" Hoc tollitur Novella 118., quae et de collatione et de acquisitione loquitur, et ne usumfructum quidem concedit his, qui liberos habent in potestate. Numerus cum dicta collectione congruit.

32) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* IV. 474. „*Τοῦτο ἀναιρεῖ ἡ ριη΄. νεαρὰ λέγουσα, καὶ υἱοθετουμένους δύνασθαι τὴν διακατοχὴν αἰτῆσαι.*" Hoc tollit Novella 118., quae dicit, etiam filios, qui adoptantur, petere posse bonorum possessionem. Numerus Novellae cum dicta collectione conspirat.

33) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* IV. 475. „*περὶ ἀδγνάτων καὶ κογνάτων ἀναιρεῖ ἡ ριη΄. νεαρὰ λέγουσα, ἴσης τάξεως αὐτοὺς εἶναι.*" Quod de agnatis et cognatis dicitur, tollit Novella 118. dicens, eos

38) Numerus ρλδ΄. et verba *κεφ. ι΄.* interpolata sunt. Enantiophanes alium habuit numerum et subdivisiones Novellarum non *κεφάλαια*, sed *θέματα* vocat. 39) Cod. Laurent. LXXX. 11. habet: *περὶ τὴν οη΄. νεαρ.* Coniicio, ab Enantiophane scriptum fuisse οβ΄., quem numerum habet Iulianus. 40) Pro ριη΄. Enantiophanes alium habuit numerum. 41) Pro ριζ΄. Enantiophanes alium habuit numerum, puta ρη΄., ut Anonymus in Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* III. 230. secundum Codicem Laurent. LXXX. 11. 42) Pro ριζ΄. Enantiophanes habuit ρη΄., ut Anonymus in Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* III. 230. ex lectione Codicis Laurent. LXXX. 11. 43) Pro *τῆς κβ΄. νεαρᾶς* Enantiophanes haud dubie habuit: *τῆς περὶ γάμων νεαρᾶς*, ut in Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* III. 276. Codex Laurent. LXXX. 11. pro κβ΄. habet ρβ΄., quod lapsui librarii tribuendum videtur. Quae sequuntur in Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* III. 230. a v. *ἐκώλυσε δὲ κ. τ. λ.*, non videntur esse Enantiophanis. 44) Citationem ϙζ΄. *νεαρὰν κεφ. ς΄.* spuriam esse, ex lectione Codicis Laurent. LXXX. 11. apparet. Numerus ϙβ΄., quem ille Codex habet, prope accedit ad eum, quem habet Iulianus. 45) Pro ϙα΄. Enantiophanes alium habuit numerum. 46) Numerus μη΄. aut serius adiectus, aut in locum alius numeri, quem Enantiophanes habuit, subrogatus est. Hervetus in versione habet Novella 28. Codex Laurent. LXXX. 11. non habet variam lectionem. 47) Numerum κβ΄. spurium esse iam exinde patet, quod in Codice Laurent. LXXX. 11. quidem habetur, in Codice Paris. 1348. autem omittitur. 48) Pro ριε΄. Enantiophanes aut alium habuit numerum, aut scripsit: *ἡ περὶ τῶν ἐξερεδάτων νεαρά.* 49) Numeri ριη΄. et ριε΄. interpolati sunt. 50) Pro ριε΄. Enantiophanes aut alium habuit numerum, aut scripsit: *ἡ περὶ τῶν ἐξερεδάτων νεαρά.* 51) Numerus ριζ΄. omnimodo falsus est. Qui numerum interpolavit, scribere debuit ρζ΄., ut numerus cum collectione CLXVIII Novellarum conveniret. Enantiophanes si numerum habuit, numerum ρ΄. adiecit; nam apud Iulianum est const. 100.

esse eiusdem ordinis. Numerus idem est, qui in dicta collectione.

34) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* IV. 507. „*ἀνάγνωθι καὶ τὴν περὶ ἀθεμιτογαμιῶν νεαράν.*" Lege et Novellam de incestis nuptiis. Designatur dictae collectionis Novella 12.

35) Sch. *Τοῦ αὐτοῦ* IV. 522. „*ἡ περὶ τῶν ἐξ ἀδιαθέτου νεαρά.*" Novella de his, qui veniunt ab intestato. Designatur dictae collectionis Novella 118.

36) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* IV. 547. „*τὴν περὶ νόθων νεαράν.*" Novellam de liberis naturalibus. Designatur dictae collectionis Novella 89.

37) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* IV. 555. „*ἐκ τῆς κβ'. νεαρᾶς.*" Numerus Novellae idem est, qui in dicta collectione.

38) Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* IV. 616. „*ἐν τῇ ριθ'. νεαρᾷ. ἐν τῷ β'. κεφαλαίῳ*"[52]). Designatur dictae collectionis Novella 119. cap. 2.

Loci Novellarum laudati in scholiis, quae Enantiophanis quidem nomine non insignita, ei tamen tribuenda sunt, hi sunt:

1) Sch. *Μόνοις* III. 686. „*ἡ δὲ ρν'.*[53]) *περὶ διαφόρων κειμένη νεαρὰ οὐ μόνον μητρὶ κ. τ. λ.*" et paulo post: „*ἡ αὐτὴ νεαρά.*" Novella de diversis capitulis laudata in dicta collectione est Novella 117. (cap. 1. §. 1.)

2) Sch. *Οὐκοῦν* III. 687. „*ἡ μς'.*[54]) *μετὰ τὸν κώδικα νεαρά.*" Novella 46. ab Enantiophane laudata in dicta collectione est Novella 45. prooem.

3) Sch. *Ἀνάγνωθι* III. 728. „*τὴν οβ'. νεαρὰν διαλαμβάνουσαν περὶ τοῦ, πῶς δεῖ τοὺς κηδεμόνας δανείζειν.*" Novellam 72. tractantem, quomodo tutores et curatores foenori collocare pecuniam debeant. Numerus ex dicta collectione serius adiectus est.

4) Sch. *Καὶ τοῦτο* III. 773. „*τῆς ρδ'.*[55]) *νεαρᾶς τὰς αἰτίας τῆς ἐξνερεδατίονος ἀπαριθμούσης*" cum Novella 104. causas exheredationis enumeret. Designatur dictae collectionis Novella 115. cap. 3. 4.

5) Sch. *Ταῦτα* IV. 44. „*ἡ ριε'. νεαρά.*" Numerus cum dicta collectione convenit.

6) Sch. *Καίτοι* IV. 54. „*ἐν τῇ περὶ τῶν γάμων νεαρᾷ κεφ. κδ'.*"[56]) Designatur dictae collectionis Novella 22. cap. 24.

7) Sch. *Ἡ περὶ* IV. 90. „*Ἡ περὶ διαφόρων ἐκκλησιαστικῶν κεφαλαίων ρλα'. νεαρὰ κεφ. ιβ'.*[57]) *οἱ συγχωρεῖ κ. τ. λ.*" Numerus Novellae et capituli cum dicta collectione congruit.

8) Sch. *Οὐ γὰρ* IV. 101. „*ἡ νεαρὰ ἡ μετὰ τὸν κώδικα μη'.*" Designatur dictae collectionis Novella 48.

9) Sch. *Δύναμαι* a v. *εἴρηται* IV. 117. „*μέμνησο τῆς α'. τῶν νεαρῶν.*" Numerus idem est, qui in dicta collectione.

10) Sch. 9. IV. 136. „*ἡ α'. τῶν νεαρῶν.*" Designatur, quae in dicta collectione est Novella 1.

11) Sch. 17. IV. 166. „*Ἡ περὶ τῆς συνεισφορᾶς τῆς προικὸς ϙζ'. νεαρὰ ἐν τῷ ϛ'. κεφαλαίῳ.*" Numeri Novellae et capitis ex dicta collectione serius adiecti sunt.

12) Sch. *Κἂν* a v. *ὅπως* IV. 171. „*ἡ ϙζ'. νεαρὰ ἐν τῷ ϛ'. αὐτῆς κεφαλαίῳ διαλαμβάνουσα περὶ ἰσότητος προικὸς καὶ ἑτέρων κεφαλαίων.*" Novella, quae agit de aequalitate dotis et aliis capitulis. Numeri Novellae et capituli ex dicta collectione serius adiecti sunt.

13) Sch. *Εἰ τοσαῦτα* IV. 173. „*ἡ περὶ ἀμέτρων εἰς παῖδας γενομένων ϙβ'. νεαρά.*" Novella 92. de immensis donationibus in liberos collatis. Numerus ex dicta collectione adiectus est.

14) Sch. 16. a v. *ἀνάγνωθι* IV. 220. „*τὴν περὶ ἀποκαταστάσεως β'.*[58]) *νεαράν.*" Novellam 2. de restitutionibus. Designatur dictae collectionis Novella 108.

15) Sch. *Περὶ* IV. 259. „*τὰς μετὰ τὸν κώδικα καὶ μάλιστα τὴν ὑποτιθεμένην ἄπορον τὸν ἄνδρα τελευτῆσαι ἤτοι νεαρ. ϙζ'.*"[59]) Novella, quae ponit inopem decessisse maritum, in dicta collectione est Novella 97.

16) Sch. *Ἀνάγνωθι* IV. 274. „*ἡ μετὰ τὸν κώδικα νεαρὰ ριβ'.*"[60]) Designatur dictae collectionis Novella 112.

17) Sch. *Ὁμοίως* IV. 520 sq. „*ἐν τῇ περὶ τῶν γάμων νεαρᾷ καὶ ἐν τῇ περὶ τρόπων γνησιότητος πθ'.*"[61]) in Novella de nuptiis et in Novella de modis, quibus filii naturales fiunt legitimi 89. Designantur dictae collectionis Novellae 22. et 89.

Tabulae, qua Zachariae de L.[62]) locos Novellarum ab Anonymo laudatos et in graeca Anonymi Novellarum epitome conspicuos cum Iuliani epitome Novellarum contulit, tam ex scholiis Anonymi secundum Codicem Laurent. LXXX. 11. emendatis, quam ex scholiis Enantiophanis haec igitur, ut ex locis supra laudatis patet, sunt addenda.

Ab Anonymo sive Enantiophane laudatur:	quae Iuliano est:
νεαρὰ νζ'.	Const. 57.
νεαρὰ πς'. περὶ ἀπαιτήσεως πρώτης καὶ δευτέρας προικός .	Const. 84.
νεαρὰ πθ'. περὶ ἰσότητος προικὸς (θεμ. σϙα'.)	Const. 90. (cap. 341.)
νεαρὰ ρβ'. περὶ ἐξνερεδατίονος (θέμα κε'.)	Const. 107. (cap. 373.)
νεαρὰ ρη'. περὶ διαφόρων κεφαλαίων	Const. 108.

52) Numerus *ριθ'.* et verba *ἐν τῷ β'. κεφαλαίῳ*, interpolata sunt. Enantiophanes alium habuit Novellae numerum, et Novellas in *θέματα*, non in *κεφάλαια* subdivisit. 53) Numerus *ρν'.* haud dubie corruptus est. Scriptum fortasse ab initio fuit *ρη'.*, qui numerus conveniret cum Iuliano, apud quem Novella 117. est const 108. 54) Numerus *μς'.* serius adiectus videtur. 55) Numerus *ρδ'.* non corruptus videtur. Prope enim accedit ad Iulianum, apud quem Novella 115. est const. 108. 56) Verba *κεφ. κδ'.* serius adiecta sunt, cum Enantiophanes Novellas non in *κεφάλαια*, sed in *θέματα* subdividere soleat. 57) Numerus *ρλα'.* et verba *κεφ. ιβ'.* seriori nituntur interpolatione. Hoc scholium esse *τοῦ παλαιοῦ*, auctor est Balsamon ad Phot. tit. II. cap. 36. (In Voelli bibl. iur. can. T. II. p. 881.) Ille autem antiquus Iureconsultus est Anonymus sive Enantiophanes. Ceterum verba *κεφ. ιβ'.* apud Balsamonem, qui hoc scholium ad verbum laudat, omissa sunt. 58) Sub numero *β'.*, qui haud dubie corruptus est, alius latet, quem putaverim esse *ρβ'.*, cum proxime accedat ad numerum, quem Iulianus habet, apud quem est const. 101. 59) Ex additamento: *ἤτοι νεαρ. ϙζ'.*, sicuti ex simili, quod in Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ* I. 82 extat, apparet, quod iam Zachariae de L., Anecd. p. 197 sq. observavit, Anonymum sive Enantiophanem plerumque Novellas secundum argumentum, numero non addito, designasse, et numerum ex corpore CLXVIII Novellarum seriori tempore esse adiectum. 60) Aut alius numerus ab initio fuit, aut Enantiophanes Novellam secundum argumentum laudavit, sicuti in Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* II. 580., ubi eadem Novella laudatur: *ἡ νεαρὰ περὶ λιτιγιόσων.* 61) Numerus *πθ'.* serius adiectus est, cuius rei argumentum ex eo quoque desumi potest, quod Novella, quae in dicta collectione est 22., simpliciter citatur *ἡ περὶ τῶν γάμων νεαρά.* 62) Anecd. p. 203.

Adversus coniecturam, quam Zachariae de L. proposuit, Anonymum sive Enantiophanem eundem esse cum Iuliano Novellarum epitomatore, dubitationes moveri possunt ex scholiis, quae aut Enantiophanis nomine insignita sunt, aut ex ratione laudandi Novellas ei consueta ad eum videntur pertinere. Quae scholia haec sunt:

1) Sch. *Τοῦ 'Εναντιοφανοῦς* III. 230. verb. „*ἐκώλυσε δὲ καὶ τὴν κατὰ συναίνεσιν διάλυσιν ἡ εἰρημένη ριζ'. νεαρά· ἀλλ' ἀνῃρέθη παρὰ τῆς ρμ'. νεαρᾶς, ἥτις ἐστὶ δευτέρα 'Ιουστίνου, ὡς ἐν τῇ ἀναιρέσει τῆς αὐτῆς ριζ'. νεαρᾶς εὑρήσεις, κἀκείνη ὑπὸ τοῦ προχείρου νόμου.*" Prohibuit autem etiam consensu solvi matrimonium supradicta Novella 117.: sed sublata est per Novellam 140., quae est secunda Iustini, ut in abrogatione eiusdem Novellae 117. invenies, et illa (sc. Novella 140.) sublata est Prochiro.

2) Sch. *Τοῦτο* IV. 54. „*καὶ τὴν τυποῦσαν παραπέμπεσθαι τὸ διασκέψεως δίκαιον νεαράν*" et Novellam, quae ius deliberandi transmitti definit. Designatur quae in corpore CLXVIII Novellarum est Novella 158.

3) Sch. *Περὶ* IV. 60. „*τὴν διατυποῦσαν τὸ τῆς διασκέψεως δίκαιον παραπέμπεσθαι νεαράν.*" Novellam. quae ius deliberandi transmitti definit. Designatur eadem Novella.

4) Sch. *Περὶ* V. 297. „*Περὶ τῶν εὐνουχιζόντων εἴρηται . . . καὶ ἐν τῇ μετὰ τὸν κώδικα ρμβ'.*" De iis, qui castrant, dicitur .... et in Novella post Codicem 142. Numerus idem est, qui in dicta collectione.

Cum quae sunt in corpore CLXVIII Novellarum Novellae 140. 142. et 158., in Iuliani epitome Novellarum desint, merito quis dixerit, Enantiophanem, qui illas Novellas laudaverit, diversum esse a Iuliano. Sed quod ad Sch. *Τοῦ 'Εναντιοφανοῦς* III. 230. attinet, verba supra laudata Enantiophanis non esse, sed seriori tempore esse addita idque ex facta *τοῦ προχείρου νόμου* mentione patere quis dixerit[63]). Huic autem sententiae obstat, quod statim in scholio pergitur: „*ἐκώλυσε δέ*", quod argumento est, haec cum praecedentibus ab eodem auctore fuisse coniuncta. Neque interpolationem accipiamus necesse est, cum, etiamsi totum hoc scholium, exceptis verbis *κἀκείνη ὑπὸ τοῦ προχείρου νόμου*, Enantiophani tribuerimus, nihil impediat, quominus Enantiophanes, quem huius scholii auctoritate adhuc Iustino II. imperante vixisse existimandum est, Novellae huius Imperatoris mentionem fecerit anno 566. promulgatae, quamvis non crediderim, numerum *ρμ'.*, quo ista Novella in corpore CLXVIII Novellarum designatur, ab Enantiophane esse adiectum. Scholia *Τοῦτο* IV. 54. *Περὶ* IV. 60. et V. 297. Anonymo quidem sive Enantiophani tribuenda esse censeo; Novellas autem 142. et 158., quarum altera secundum Athanasium anno 555., secundum Theodorum anno 558., altera Theodoro auctore anno 559. promulgata est, promulgatas esse arbitror postea, quum Iulianus epitomen Novellarum confecisset, ideoque ab eo praetermissas. Recentissimae enim Novellae, quae in Iuliani epitome habentur, sunt Novella 159. de anno 556. (apud Iulianum const. 117.) et Novella 136., Theodoro auctore anno 557. promulgata (apud Iulianum const. 118.). Itaque si posuerimus, Iulianum anno 557. epitomen Novellarum scripsisse, Novellarum, quae in corpore CLXVIII Novellarum numeros habent 140. 142. 158., ratio ab eo haberi non potuit, quippe tunc temporis nondum promulgatarum. Anonymi summa Digestorum cum adnotationibus haud dubie post Iuliani epitomen Novellarum conscripta est. Itaque si Anonymum eundem esse cum Iuliano acceperimus, fieri facile potuit, ut Anonymus sive Iulianus in adnotationibus ad summam Digestorum Novellarum faceret mentionem post compositam a se epitomen Novellarum latinam promulgatarum. Quae cum ita sint, satis probabilis est coniectura de Anonymo eodemque Iuliano. Quapropter cum Zachariae de L. crediderim, etiam Anonymi graecam Novellarum epitomen, cuius fragmenta ille vir edidit, a Iuliano esse profectam. Quod ad reliqua attinet argumenta, quibus ille coniecturam firmare studuit, longus esse nolo et ad ea, quae ille in Anecdotis exposuit, provoco, licet ingenue fatear, non tantam mihi videri reliquorum argumentorum vim, quantam eis ille tribuit. Ceterum quod de nonnullis scholiis, quibus firmare studuit coniecturam, Anonymo tribuendis dubitaverit, hoc ei non assentior. Nam quod ad Sch. *'Επὶ* III. 752. attinet, ubi laudatur „*ἡ ρθ'. νεαρὰ θέμα τοζ'.*" (sic legendum pro *τὸ ζ'.*, quod in Fabroti et Heimbachii editionibus legitur) et „*ἐν τῷ τέλει τῆς γ'. νεαρᾶς*", dubitari vix potest, quin Anonymo hoc scholium debeatur, quippe in quo legatur vox in laudandis iuris Iustinianei locis Anonymo consueta *ὡς κ. τ. λ.* Sch. *Τυχὸν* IV. 61., ubi legitur: *καὶ ἐν τῇ οε'. νεαρᾷ, ἥτις καὶ τὸν ἐπίσκοπον λέγει γενέσθαι αὐτεξούσιον*" (Novella 75., apud Iulianum const. 75., in corpore CLXVIII Novellarum Novella 81.), non video, cui scholium vindicari possit praeter Anonymum, tum quia est adnotatio ad summam Digestorum in Basilicorum textum translatam, tum quia in eo loci iuris Iustinianei laudantur more Anonymo solito: *ὡς βι. ιβ'. τοῦ κώδικος τι. ιγ'. διατ. ε'.* Quae b. frater adversus coniecturam de Anonymo eodemque Iuliano propositam protulit, non tanti videntur esse momenti, quanti frater ea esse putavit. Ac primum quidem differentia numerorum in Novellis ab Anonymo et a Iuliano laudatis valde est exigua. Deinde quae prolata sunt a fratre de argumento graecae Novellarum epitomes a Iuliani latina epitome nonnunquam discrepante, facile ita possunt explicari, ut dicamus, utriusque epitomes auctorem non ita fuisse versatum, ut latinam epitomen in graecam linguam transtulerit, sed in epitome graeca latinae non habuisse rationem. Quam ob rem neque illud magni facio, quod Anonymus in Sch. *Τοῦ 'Ανωνύμου. Περὶ* III. 409. Novella, quae in corpore CLXVIII Novellarum est Novella 115. cap. 3., dixit esse cautum, filiae pro patrimonii modo a patre dotem dari, cuius rei Iulianus in epitome Novellarum const. 107. cap. 373. mentionem fecit nullam. Nihil enim obstat, quominus Anonymus, licet eum cum Iuliano eundem esse accipiamus, in adnotationibus ad summam Digestorum praecepti cuiusdam Novellae fecerit mentionem, quod in epitome Novellarum latina antea non indicaverat, cum per rerum naturam epitome non omnia, quae opere excerpto continentur, complectatur. — Collectio Novellarum, qua Athanasius in epitome Novellarum a b. fratre edita usus est, CLIII Novellas continebat, a qua abfuere quae in corpore CLXVIII Novellarum sunt Nov. 21. 138. 139. 141. 147.

63) Nota, contra Novellam 140. Prochiri tit. XI. cap. 4. matrimonium tunc consensu solvi permitti, cum uterque coniux ad vitam solitariam transierit.

149. 150. 151. 152. 160. 161. 163. 164. 165. 166. 167. 168.[64]). Athanasius tamen Novellas retulit tit. IV. const. 12. et tit. XX. const. 5., quae in corpore CLXVIII Novellarum non habentur[65]). Primo loco exhibetur epitome Novellae, quae in Iuliani epitome est const. 38.; secundo loco epitome ignotae Iustiniani Novellae. Alia praeterea Novellarum collectione usus est auctor libelli, qui inscribitur *αἱ ῥοπαί*, eamque cum corpore CLXVIII Novellarum comparavit Zachariae de L.[66]). Tum alia Novellarum collectio est collectio LXXXVII capitulorum. Vestigia duarum collectionum Novellarum plane singularium deprehenduntur in Codice Bodlej. 3399., ex quo quae huc pertinent, edidit Zachariae de L.[67]). Celeberrima Novellarum collectio in Oriente perinde atque in Occidente summam auctoritatem nacta et unice frequentata est corpus CLXVIII Novellarum, de quo cum alii viri docti iam disseruerint, verba facere nolo. — Iureconsulti cum diversis Novellarum collectionibus uterentur, Novellas non solum numeris certae cuiusdam collectionis, sed etiam rubricis ab earum argumento desumtis laudare debebant. Nonnulli adeo processerunt, ut et verba initialia Novellae et eiusmodi alia afferrent[68]).

§. 4. De aliis quibusdam, quibus Iureconsulti seculi sexti insignes sunt[1]).

Praeter ea, quae de oratione Iureconsultorum seculi sexti ac de eorum consuetudine in laudandis librorum iuris Iustinianei locis hactenus notavimus, alia quaedam notanda sunt de eis singularia. Quae quidem haec sunt:

1) Aequales, qui adhuc in vivis fuerunt, Iureconsulti seculi sexti designare simpliciter solent voce *τινές*, quidam[2]). Commentatores librorum iuris Iustiniani a quibusdam appellantur *τρακταϊσταί*[3]).

2) Iureconsultos iam pridem mortuos designare solent verbis *ὁ ἥρως*[4]), paulo ante mortuos verbis *ὁ μακαρίτης*[5]), vel *ὁ τῆς εὐκλεοῦς μνήμης*[6]), vel *ὁ τῆς περιφανοῦς μνήμης*[7]). Nec tamen discrimen harum appellationum ubique strenue observatur[8]).

3) Nonnulli ex Iureconsultis seculi sexti mentionem facere solent eorum, quorum disciplina in iure addiscendo usi sunt[9]). Nec tamen ex eo, quod quis a Iureconsulto quodam *διδάσκαλος* appellatur, potest semper derivari, hunc illius disciplina revera fuisse usum[10]). Nam et Iureconsulti iam pridem mortui, qui antecessorum munere in scholis iuris functi sunt, saepe *διδάσκαλοι* appellantur a posteris, qui eos magistros in iure habere non potuerunt[11]).

4) Textum Digestorum et Codicis Iureconsulti seculi sexti appellare solent *τὸ ῥητόν*[12]). Thalelaeus interdum *τὸ παλαιὸν ῥητόν* vel *τὸ ἀρχαῖον ῥητόν*, i. e. textum constitutionis, qualis fuit ante quam in Codicem reciperetur, textui in Codicem recepto et mutato (*νῦν δὲ τοῦ ῥητοῦ ἑτέρως ἔχοντος*) opponit[13]). Saepe Iureconsulti verba textus latina laudant[14]). Ubi Digestorum locum laudant, nonnunquam designant auctorem, cuius ex libro Digesto-

64) Cf. Tabulam, qua collectio CLXVIII Novellarum cum Athanasii epitome comparatur, apud Heimbach Anecd. T. I. p. 260 sq. propositam. 65) Cf. Heimbach Anecd. T. I. p. XXVIII. 66) *Αἱ ῥοπαί* p. 76. et 265 sq. Nunc Novellas ab auctore *τῶν ῥοπῶν* laudatas recensebimus numeris ab eo relatis, numero, quo hae Novellae in corpore CLXVIII Novellarum insignitae sunt, in parenthesi adiecto: Nov. IV. (5.). — *Αἱ ῥοπαί* XXVI. 12. Nov. VIII. (? 100.). — *Αἱ ῥοπαί* XV. 6. Nov. XIII. (? 53.). — *Αἱ ῥοπαί* VIII. 6. Nov. XXIV. (? 96.). — *Αἱ ῥοπαί* XIV. 21. Nov. XXXIII. (23.). — *Αἱ ῥοπαί* VIII. 7. Nov. LVI. (82. ?). — *Αἱ ῥοπαί* X. 2. Nov. LVIII. (59.). — *Αἱ ῥοπαί* XIX. 6. Nov. LXIV. (66.). — *Αἱ ῥοπαί* XIV. 6. Nov. LXIX. (69.). — *Αἱ ῥοπαί* XXI. 2. Nov. LXXXI. (82.). — *Αἱ ῥοπαί* XIV. 19. Nov. LXXXV. (83.). — *Αἱ ῥοπαί* XIV. 20. Nov. XCI. (?). — *Αἱ ῥοπαί* XIII. 1. Nov. XCIII. (95.). — *Αἱ ῥοπαί* p. 31. IV. 1. XIII. 1. 2. (n. 78.) Nov. XCIV. (96.). — *Αἱ ῥοπαί* X. 2. Nov. CVI. (119.). — *Αἱ ῥοπαί* VIII. 8. Nov. CVIII. (131.). — *Αἱ ῥοπαί* XIX. 7. Nov. CX. (? 115.). — *Αἱ ῥοπαί* XV. 7. Nov. CXIV. (115.). — *Αἱ ῥοπαί* VII. 3. Nov. CXV. (120.). — *Αἱ ῥοπαί* X. 3. Nov. CXXI. (?). — *Αἱ ῥοπαί* XIII. 1. (n. 78.). Nov. CXXII. (123.). — *Αἱ ῥοπαί* VIII. 9. XV. 8. XVII. 4. XIX. 8. XXIV. 15. Nov. CXXXIII. (126. vel 134. ?). — *Αἱ ῥοπαί* XI. 6. Nov. CL. (124.). — *Αἱ ῥοπαί* XVII. 5. 67) Anecd. p. 212 sq. 68) Cf. Sch. *Ἀνάγνωθι* V. 761. *Ἀνάγνωθι . . . νεαρὰν να΄. περὶ τῶν ἐπὶ σκηνῆς ἐκφωνηθεῖσαν μηνὶ σεπτεμβ. μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου, ἧς προοίμιον τοῦτο· Ἴσμεν πρῶτον πεποιηκέναι νόμον.* Initium scholii usque ad verba *διατ. ζ΄.* ex Theodori Breviario Novellarum desumtum est, ex quo summarium in Basil. lib. LX. tit. 38. transiit. Locus Novellae laudatus est posterius additamentum ex eodem Breviario depromtum.

1) Cf. Zachariae de L. in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 802. 2) Sic v. c. Stephanus in Sch. *Στεφάνου* II. 598 sqq.; Anonymus in Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* III. 305. Sch. *Τινὲς* IV. 278. Sch. *Τινὲς* V. 303. Sch. *Ἀνωνύμου* V. 326. Sch. *Τοῦτο* V. 345.; Enantiophanes in Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* III. 305. Sch. *Καίτοι* IV. 298. 3) Veluti ab Enantiophane in Sch. III. 305. „*τινὲς δὲ τῶν τρακταϊστῶν ἐξηγούμενοι τὴν β΄. διάταξιν τοῦ κα΄. τιτ. τοῦ ε΄. βιβ. τοῦ κώδικος εἶπον κ. τ. λ.*" 4) Appellatione *ὁ ἥρως* nomini Iureconsulti modo praeposita, modo postposita utuntur: 1) Thalelaeus, veluti *ὁ ἥρως Εὐδόξιος* (Sch. I. 696. 704. II. 454. 489.), *ὁ ἥρως Πατρίκιος* (Sch. I. 405. 646. 692. 704. 722. Suppl. edit. Basil. p. 156. Sch. II. 369. 454. 652. 657. 659. 731. III. 22. 23. 146. 782. IV. 35. V. 873. Text. Basil. XXI. 3. 74.); 2) Stephanus, veluti *ὁ ἥρως Πατρίκιος* (Sch. II. 542.), *ὁ ἥρως Κύριλλος* (Sch. I. 583. 646. Suppl. p. 211. Sch. *Δόλου* III. 474.); 3) Theodorus, veluti *ὁ ἥρως Πατρίκιος* (Sch. *Θεοδώρου* IV. 789.). 5) Appellatione *ὁ μακαρίτης*, quae nomini Iureconsulti regulariter postponitur, uti inprimis Stephanus solet. Cf. Sch. I. 399. 763. Suppl. p. 181. Sch. II. 533. 538. 553. 555. 558. 579. 580. 595. 608. 621. 625. 626. 629. 636. 642. V. 436. 445. 6) V. c. *Θαλέλαιος ὁ τῆς εὐκλεοῦς μνήμης* (Sch. 47. Suppl. p. 185.). *Δημοσθένης ὁ τῆς εὐκλεοῦς μνήμης* (Sch. 4. I. 672.). 7) V. c. *Πατρίκιος ὁ τῆς περιφανοῦς μνήμης* (Sch. 4. I. 695.). 8) Sic Thalelaeus in Sch. *Θαλελαίου* IV. 502. habet *Πατρίκιος ὁ μακαρίτης*, licet Patricium alibi semper appellare soleat *τὸν ἥρωα*. 9) Sic Stephanus praeceptorem suum, nomine eius non addito, laudat in Sch. *Θεόφιλος* II. 625. Sch. *Στεφάνου* II. 626 sq. Apud Theodorum Thalelaeus audit *ὁ μνημονευθεὶς διδάσκαλος* in Sch. *Ὁ παραιτησάμενος* IV. 288.; Stephanus *ὁ ἐμὸς διδάσκαλος* in Sch. *Θεοδώρου* II. 417. 10) Sic a Theodoro in Sch. *Θεοδώρου* IV. 585. dicitur *Πατρίκιος ὁ μόνος διδάσκαλος* et *Δομνῖνος ὁ πολυμαθής, ὁ ἐμὸς διδάσκαλος*. Pro *μόνος* Reitz Exc. XX. ad Theoph. T. II. p. 1240. emendat *ἐμός*, Zachariae de L. in: Wiener Jahrb. Vol. LXXXVII. p. 99. *κοινός*. Lectionem *κοινός* praeferendam non censeo. Nam eodem iure, quo Theodorus Domninum praeceptorem suum appellavit, cuius tamen propter longum temporis spatium, quod inter utrumque est, auditor esse non potuit, etiam Patricium suum appellare potuit praeceptorem. Similiter Constantinus Nicaenus in Sch. *Τοῦ Νικαέως* II. 578. Stephanum, Digestorum interpretem, appellavit *τὸν διδάσκαλον ἡμῶν*. 11) Sic Thalelaeus in Sch. *Ἑρμηνεία* I. 402. „*οἱ μὲν ἐπιφανέστατοι διδάσκαλοι*"; Sch. *Ταύτην* I. 649. „*οἱ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλοι*" et paulo post „*τοῖς μνημονευθεῖσιν ἐπιφανεστάτοις διδασκάλοις*"; Sch. *Θεοδ.* a v. *Σημείωσαι* I. 698. „*οἱ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλοι*". Sch. *Θαλελαίου* II. 454. „*Εὐδοξίῳ τῷ ἥρωι καὶ τοῖς ἄλλοις παλαιοτέροις διδασκάλοις*" Sch. I. 722. „*ὁ κοινὸς διδάσκαλος Πατρίκιος*". Stephanus in Sch. *Δύναται* I. 583. laudat „*τὸν ἥρωα καὶ κοινὸν τῆς οἰκουμένης διδάσκαλον Κύριλλον*". Appellationibus illis designantur antecessores, qui ante Thalelaeum in schola Berutiensi ius docuerunt, veluti Cyrillus, Domninus, Demosthenes, Eudoxius, Patricius. 12) Hac appellatione in designando textu Digestorum et Codicis uti solent 1) Dorotheus in Sch. *Οὔτε* II. 399.; 2) Thalelaeus in Sch. *Ἐν μέρει* I. 646. Sch. 1. I. 652. Sch. *Τουτέστιν* II. 149. Sch. *Ἐπερωτηθέντα* III. 161. Sch. *Θαλελ.* IV. 530. et passim; 3) Stephanus in Sch. *Ἐρώτησις* I. 367. 562. Sch. *Περὶ* I. 671. Sch. *Πῶς* I. 745. Sch. 40. Suppl. p. 75. Sch. 78. Suppl. p. 81. Sch. *Ὥστε* III. 168.; 4) Anonymus in Sch. 17. Suppl. p. 66. Sch. *Οὔτε* II. 392. Sch. 1. II. 395. Sch. *Τοῦ Ἀνων.* II. 446. 560. IV. 557. 562. et passim. 13) Cf. Sch. *Ἑρμηνεία* I. 403. Sch. LI. Suppl. p. 158. Sch. *Ἐπερωτηθέντα* III. 161. Sch. *Δῆλον* IV. 32. Inprimis ultimum scholium memoratu dignum est. Nam ex eo apparet in L. 3. C. III. 28. ab initio positum fuisse nati vel suscepti, in eiusque locum a Codicis confectoribus subrogatum esse concepti. 14) Sic 1) Thalelaeus in Sch. *Ἐν μέρει* I. 646.

rum locus haustus est, in casu genitivo, addita voce *ῥητῷ* [15]).

5) Mutationes iuris antiquioris et ius, quod ipsorum aetate obtinuit, Iureconsulti indicare solent verbis: *τὸ παλαιὸν — σήμερον δέ*, sive ius ipsorum aetate, sive antea fuerit mutatum [16]).

§. 5. Reliquiae librorum de iure civili hac aetate scriptorum.

Libri de iure civili hac aetate scripti modo immediate, ut ita dicam, in Codicibus manuscriptis, nonnulli integri, servati sunt, modo fragmenta eorum per alios fontes recentiores ad hanc usque aetatem propagata sunt. Ad libros immediate servatos, qui ad libros iuris Iustinianei scripti sunt, pertinent Theophili paraphrasis Institutionum, Athanasii epitome Novellarum, Theodori Breviarium Novellarum, et libri nonnulli singulares, veluti de regulis iuris Institutionum libellus, *αἱ ῥοπαί* sive liber de temporum intervallis, *αἱ ἀγωγαί* sive de actionibus libellus. Fons uberrimus, quo reliquiae librorum de iure civili hac aetate maxime ad libros iuris Iustinianei scriptorum servatae sunt, sunt Basilica et scholia Basilicorum, quae dicuntur antiqua. Praeterea fragmenta librorum de iure civili hac aetate scriptorum per alios quoque fontes nobis innotuerunt. Huc pertinent appendix Eclogae Leonis et Constantini, quo fragmenta commentarii Stephani ad Codicem scripti continentur, leges rusticae, militares et navales. Sed etiam in libris aliis post Basilica scriptis multa fragmenta librorum a Iureconsultis huius aetatis scriptorum servata sunt. Referri huc debent Epitome legum ignoti auctoris anno 920. edita, liber, cui nomen est *Πεῖρα*, enchiridia iuris privata, et opera quaedam Iureconsultorum graecorum minora, veluti tractatus de peculiis, tractatus de creditis. Nec negligendi sunt libri de iure canonico scripti, qui multa scriptorum huius aetatis fragmenta servarunt, quae magnam partem per eos duntaxat innotuerunt. Ex libris iuris canonici huc maxime pertinent Nomocanon L titulis constans, qui vulgo Ioanni Antiocheno immerito tribuitur, Nomocanon XIV titulis constans ab ignoto auctore compositus, et eiusdem auctoris collectio constitutionum ecclesiasticarum.

CAPUT IV.

Institutionum commentarii.

§. 1. Theophili Paraphrasis Institutionum [1]).

Opus, quo Theophilus maxime apud posteros inclaruit, est paraphrasis graeca Institutionum. Quo de opere cum iam alii abunde exposuerint, addere nonnisi nonnulla liceat, primum de huius operis origine, deinde de similitudine, quae inter illud et Stephani indicem ad Digesta intercedit, denique de usu paraphrasis in Basilicis eorumque scholiis.

Ac primum quidem iam alii coniecerunt, hanc paraphrasin originem scholis a Theophilo de Institutionibus habitis acceptam referre, et nihil aliud esse, nisi volumen ab auditore quodam Theophili in scholis conscriptum [2]). Quam originem probabilem reddunt tam praecepta Iustiniani de libris ad suas collectiones scribendis, quam oratio et genus dicendi auctoris. Iam supra expositum est, quibus finibus Iustinianus librorum de suis collectionibus scribendorum facultatem circumscripserit. Tota huius libri indoles docet, eum esse e numero commentariorum a Iustiniano prohibitorum, nec ad breves indices pertinere, quos etsi non verbis, at tamen ex sententia Iustiniani permissos Iureconsulti crediderunt. Credi vix potest, Theophilum statim post illam Iustiniani sanctionem ad eiusmodi commentarium ab Imperatore prohibitum scribendum se accinxisse. Nihil ergo superest, nisi ut illius paraphrasis originem scholis tribuamus. Nam illud Iustiniani praeceptum ad interpretationem collectionum legum in scholis minime pertinebat. Oratio, qua auctor paraphrasis utitur, eadem est, quae praeceptoris docentis. Auditoribus enim in memoriam ea revocantur, quae ante dicta sunt, quod fit verbis: *εἰρήκαμεν* [3]), *ἐδίδαξεν ἡμᾶς τὰ προλαβόντα* [4]), *ἐδιδάχθημεν ἐκ τῶν προλαβόντων* [5]), *ἔγνωμεν ἐν τοῖς προλαβοῦσι* [6]), *εἴπομεν ἐν τοῖς προλαβοῦσι* [7]), *εἰρήκαμεν ἐν τοῖς προλαβοῦσι* [8]), *προλαβόντες εἴπομεν* [9]); breviter repetitis, quae antea tractata sunt, praeceptor transit ad materiam aliam exponendam, quod facere solet verbis: *εἰπόντες .... ἀναγκαίως ὀφείλομεν εἰπεῖν καὶ περὶ τοῦ* [10]), *εἰπόντες ... ἔλθωμεν ἐπὶ τὸ* [11]), *εἰπόντες .... εἴπωμεν* [12]), *εἰπόντες .... μάθωμεν* [13]), *εἰπόντες .... καὶ μαθόντες ... μετέλθωμεν* [14]), *ἐπειδὴ δὲ εἰρήκαμεν ... ἀναγκαῖον εἰπεῖν* [15]), *ἐπειδὴ δὲ εἰρήκαμεν ....*

---

et passim; 2) Stephanus in Sch. *Ἐρώτησις* I. 367. Sch. *Περὶ* I. 671. Sch. 78. Suppl. p. 81. Sch. *Ὥστε* III. 168. et passim; 3) Anonymus in Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* I. 324. II. 446. IV. 557. Sch. 17. Suppl. p. 66. Sch. *Φίλιο* III. 209. Sch. *Ἀνάγνωθι* II. 467. 15) Sic 1) Dorotheus in Sch. *Ἔνθα* II. 385 sq. *„ἐν τῷ ιβ΄. διγ. τοῦ παρόντος τι. Οὐλπιανοῦ ῥητῷ"* Sch. *Ἰσιδώρου* (lege *Δωροθέου*) II. 396. *„ἐν τῷ παρόντι τι. διγ. ιη΄. Παύλου ῥητῷ"* Sch. *Ὁ τῷ* et *Ἄρα* II. 397. *„ἐν τῷ πραττομένῳ δὲ τεσταμέντις μονοβίβλῳ τι. α΄. διγ. κ΄. Οὐλπιανοῦ ῥητῷ."* Sch. *Ἐὰν* II. 466. *„ἐν τῷ κα΄. βι. τι. α΄. διγ. νη΄. Παύλου ῥητῷ"*. 2) Stephanus in Sch. *Ἐπὶ* III. 362. *„ἐν τῷ κα΄. βι. τι. γ΄. διγ. ξς΄."* *Ἰαβολένου ῥητῷ"* Sch. *Σημείωσαι* III. 379. *„ἐν τῷ μς΄. τῶν διγ. βι. τι. δ΄. διγ. ιβ΄. Πομπωνίου ῥητῷ"*. 16) Sic v. c. Stephanus in Sch. *Στεφάνου* II. 527. et passim, Thalelaeus multis locis etc.

1) Praeter Reitzium, qui in editione Theophili de vita et scriptis eius disseruit et eorum, qui antea de eodem disseruerunt, scripta congessit, de Theophilo egerunt Degen, Bemerkungen über das Zeitalter und die Institutionenparaphrase des griechischen Rechtslehrers Theophilus. Lueneburg 1809. p. 27—64. Mortreuil, Histoire du droit Byzantin T. I. p. 123—127. Zachariae de L., Hist. iur. Gr. Rom. delineatio §. 16. et in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 816 sq. 2) Hanc coniecturam Trekell in observationibus typis non expressis primus proposuit (cf. Reitz, Iudicia et testimonia de Theophilo T. I. p. 42.), nec tamen eam amplius probare studuit, ratus, libro ipso satis probari, eius originem ex scholis esse repetendam. Deinde Reitzius eandem complexus est coniecturam ante, quam eam iam a Trekellio propositam cognitam habuit, eamque in praefatione ad Theophilum §. 46. multis firmare studuit argumentis. Latissime hac de re egit Degen l. l. p. 27 sq. 3) Theoph. Paraphr. I. 2. pr. §. 6. 7. I. 4. pr. I. 5. pr. I. 11. §. 4. I. 13. pr. I. 15. pr. I. 16. pr. I. 23. pr. II. 2. pr. II. 6. §. 8. II. 7. §. 4. II. 8. §. 2. II. 16. §. 5. III. 10. pr. III. 28. pr. IV. 6. §. 14. 26. IV. 15. §. 7. 4) Theoph. I. 6. pr. 5) Theoph. I. 12. pr. 6) Theoph. I. 9. pr. I. 10. §. 6. I. 11. pr. 7) Theoph. II. 6. §. 9. 8) Theoph. II. 13. pr. II. 18. pr. III. 4. pr. III. 19. §. 21. III. 23. §. 3. 9) Theoph. II. 1. §. 30. 10) Theoph. I. 2. pr. 11) Theoph. I. 2. §. 3. 12) Theoph. I. 2. §. 6. I. 6. §. 5. I. 22. pr. I. 23. pr. I. 24. pr. I. 26. pr. §. 2. III. 8. pr. III. 15. pr. III. 22. pr. III. 27. pr. III. 29. pr. IV. 5. pr. IV. 6. pr. IV. 7. §. 4. IV. 15. §. 4. 13) Theoph. I. 14. pr. 14) Theoph. I. 3. pr. I. 13. pr. II. 23. pr. III. 13. pr. IV. 10. pr. 15) Theoph. II. 5. §. 6. III. 29. §. 2.

ἐντεῦθεν ὅρα οἷον ἐζητήθη[16]); praemittuntur nonnulla a magistro, quo melius rem propositam intelligant auditores, quod fieri solet verbis: *ἔχε ταῦτα ὡς ἐν προθεωρίᾳ .... ἐπειδή σοι ταῦτα προτεθεώρηται, ὅρα λοιπὸν τὸ προκείμενον*[17]), *ἔχε ταῦτα ὡς ἐν προθεωρίᾳ .... ταῦτα προθεωρήσας ὅρα λοιπὸν τὸ προκείμενον*[18]). Pertinet huc etiam usus *ἐρωταποκρίσεων* apud Theophilum frequentissimus, quae tamen *ἐρωταποκρίσεις* ab illis, quae in Thalelaei commentario ad Codicem et in Stephani indice Digestorum obveniunt, in eo differunt, quod Theophilus ipse interrogationem proponere ad eamque respondere solet, cum Thalelaeus et Stephanus ad quaestiones ab auditoribus propositas consueverint respondere. Initium interrogationum apud Theophilum diversum est; modo *ἀλλ' ἔχει τις εἰπεῖν .... ἀλλ' ἐροῦμεν*[19]), modo *καὶ πῶς συμβαίνει ... εἴπωμεν*[20]), modo *καὶ πῶς συμβαίνει ... οἷον*[21]), modo *ζητοῦμεν .... καί φημι*[22]), modo *ἆρα .... καὶ λέγομεν· καὶ πάνυ*[23]), modo *ἆρα ... καὶ λέγομεν· οὐδαμῶς*[24]), modo *ἆρα .... οὐδαμῶς*[25]). Originem ex scholis redolet etiam titulus operis: *Θεοφίλου ἀντικένσωρος ἰνστιτοῦτα*. Theophilus enim hunc titulum operi non tribuit, cum ex Iustiniani praecepto[26]) iuris studiosi nonnisi ab imperiali splendore elementa iuris percipere deberent, sed titulus operis ab auditore quodam Theophili, qui scholas eius chartae mandavit, profectus est[27]).

Inter orationem et docendi rationem Theophili eamque, qua Stephanus in indice Digestorum utitur, mira quaedam intercedit similitudo. Nam etiam Stephanus in indice saepissime auditoribus in memoriam revocat ante a se dicta verbis *εἰρήκαμεν, ἔγνωμεν, μεμαθήκαμεν*; idem amat protheorias, in quibus fere iisdem verbis, quibus Theophilus, uti solet; idem initium responsionum ad auditorum quaestiones saepe facere solet verbis *καὶ πάνυ, οὐδαμῶς*. Quae utriusque operis similitudo cum ex eo non possit explicari, quod Stephanus auditor fuerit Theophili, quippe a quo diversum praeceptorem suum Stephanus memoraverit[28]), ita explicanda est, ut accipiamus, Stephanum, qui Institutiones in scholis exposuit, nactum esse paraphrasis Theophilinae exemplum et eius studio ita se dedidisse, ut eam quasi suam faceret et oratione et docendi ratione Theophilo consueta totum se imbueret.

Paraphrasis Theophili in libros de iure posteriori aetate compositos saepius translata est. Sic multi eius loci transierunt in Prochirum, cuius tamen compilatores et alium quendam graecum Institutionum commentarium consuluisse videntur[29]). Nec minor usus paraphrasis Theophilinae in Epanagoga fuit[30]). Etiam in Basilica eorumque scholia haud pauci paraphrasis Theophilinae loci translati sunt. Qui in Basilicorum textum transierunt Institutionum loci, omnes ex Theophili paraphrasi hausti sunt. Locos ex ea in Basilica eorumque scholia translatos iam congessit Reitzius[31]). Sed cum recentiori tempore Basilica eorumque scholia multis novis accessionibus aucta fuerint, necesse est ut locos, quos Reitzius designare non potuit, recenseamus. Atque in Basilicis eorumque scholiis hi loci ex Theophilo desumti, a Reitzio non designati reperiuntur:

Theoph. I. 11. §. 3.	Basil. XXXIII. 1. 49.[32])
Theoph. I. 12. §. 2. 8. 9.	Basil. XXXI. 4. 1.[33])
Theoph. I. 21. §. 1. 2.	Sch. *Δανειζόμενος* a v. *φησὶν δέ* u. a. v. *ἀνίσχυρος ἡ αὐθεντία* T. I. p. 612.
Theoph. II. 23. §. 4. 5. init.	Sch. *Τὸ τοιοῦτον* u. a. v. *βάρεσι* T. I. p. 689.
Theoph. III. 15. pr. §. 1.	Sch. *Ἐκ τοῦ* a v. *συνίσταται* u. a. v. *παραφυλακῆς* T. I. p. 663.
Theoph. III. 15. §. 3.	Sch. *Σφόδρα* a v. *πρόσκαιρος* u. a. v. *ἐνιαυτῶν* T. II. p. 143.
Theoph. III. 19. §. 9.	Sch. *Δανειζόμενος* a v. *τῶν γὰρ πουπίλλων* u. a. v. *τῇ ἥβῃ πλησιάζοντα* T. I. p. 613.
Theoph. III. 29. §. 2.	Sch. *Ἀντὶ* a v. *Ἡ γὰρ Ἀκουιλιανὴ* u. a. f. T. I. p. 666.
Theoph. IV. 3. §. 5.	Sch. *Ἐν τῷ* T. V. p. 765.
Theoph. IV. 3. §. 13. 14.	Sch. *Ἐν τῷ* u. a. v. *λ'. ἡμέρας* T. V. p. 290.
Theoph. IV. 4. §. 8.	Sch. *Ἀνάγνωθι* T. I. p. 381.
Theoph. IV. 6. §. 4.	Sch. *Τυχὸν* a v. *ἐκ τοῦ* u. a. f. T. I. p. 799.
Theoph. IV. 12. §. 1.	Sch. *Ἐκ τοῦ* T. V. p. 449.
Theoph. IV. 18. §. 11.	Sch. *Ἐξωτικοῦ* a v. *ἀνάγνωθι* u. a. f. T. V. p. 816 sq.

Loci in Basilicorum textum ex Theophilo translati utrum ex Prochiro, an ex ipsa Theophili paraphrasi hausti fuerint, equidem definire non audeo, licet magis probabile videatur, Basilicorum compilatores ex ipso Theophilo hausisse, cum in Basilica etiam loci ex Theophilo transierint, qui in Prochiro non reperiuntur, veluti Theoph. I. 11. §. 3. Locos in scholiis Basilicorum obvios ex ipsa paraphrasi haustos esse persuasum mihi est.

§. 2. Aliorum commentarii.

De aliorum versionibus Institutionum et commentariis ad eas scriptis certi nihil proferri potest. Proponamus aliorum hac de re coniecturas.

1) Dorotheo commentarium ad Institutiones tribuit Mortreuil[1]); rem in incerto reliquit Zachariae de L.[2]) In Codice enim Parisiensi gr. 1367. fol. 97. legum rusticarum collectioni haec praemittitur inscriptio: *ἰνστιτούτιο. εἰςαγωγὴ νόμου. θεοφίλου. δωροθέου καὶ στεφάνου ἀντικινσόρων*[3]). Qua inscriptione utrum com-

16) Theoph. I. 4. pr. 17) Theoph. I. 5. §. 4. I. 10. §. 1. I. 11. §. 9. I. 14. pr. I. 15. §. 1. II. 6. §. 9. II. 13. §. 4. II. 16. §. 5. II. 20. §. 17. 20. III. 1. §. 14. III. 2. pr. III. 7. pr. III. 20. §. 1. IV. 1. §. 8. 13. 18) Theoph. II. 14. §. 2. 19) Theoph. I. 2. §. 6. I. 17. 20) Theoph. I. 4. pr. 21) Theoph. I. 10. §. 5. 22) Theoph. I. 10. §. 9. 23) Theoph. I. 13. §. 4. 24) Theoph. I. 16. §. 4. II. 6. pr. II. 8. §. 2. II. 10. §. 9. 25) Theoph. II. 13. §. 2. 26) Prooem. Inst. §. 3. 27) Reitz, Praef. ad Theoph. §. 46. et Exc. VI. p. 1175 sq. 28) Sch. *Στεφάνου* II. 625. Sch. 15. *Στεφάνου* II. 626 sq. 29) Indicem locorum ex Institutionibus in Prochirum translatorum accuratum exhibet Zachariae de L., Proch. p. 341. Ex alio commentario desumti videntur Proch. tit. XII. cap. 1. et tit. XXV. Cf. Zachariae de L. l. l. p. LXII. p. 83. not. 2. p. 135. not. 1. 30) Vide tabulam, qua indicantur fontes Epanagoges in Zachariae de L. Coll. libror. iur. Gr. Rom. inedit. p. 224 sq. 31) Reitz, ed. Theoph. p. 929 sq. 32) In Basilicis, quae supersunt, hic quidem locus deest, sed Tipucitus argumentum eius tradidit. Itaque cum §. 4. 9—11. I. 11. ex Theophilo in Basilica translatae sint, dubium non est, quin et §. 3. in Basilica transierit. 33) Tipucitus horum locorum, qui in Basilicis nostris desiderantur, argumentun tradidit. Fuerunt ex Theophilo in Basilica translati, uti §. 1. 4—7. I. 12. in Synopsi servatae.

1) Hist. du droit Byzant. T. I. p. 127. 2) Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 808. 3) Zachariae de L., Prochir. p. XII. not. 3.

mentarii dictorum antecessorum de Institutionibus scripti fuerint designati, necne, certo definiri nequit. Equidem magis crediderim, hac inscriptione explicari, quid sint Institutiones. Dicuntur enim esse Institutiones introductio in ius a Theophilo, Dorotheo et Stephano composita. In qua Stephanus quidem falso inter eos, qui Institutiones composuerunt, refertur; nihil autem impedit, quominus id posterioris aetatis ignorantiae tribuamus. Coniectura proposita eo probabilis redditur, quod in eadem inscriptione ante verba dicta haec leguntur: *δηγέστιο. διατ. μάρκου. ὀλυμπιανοῦ. ὀδέστου. ἑρμογενιανοῦ καὶ παύλου ἀντικινσόρων.* His quoque haud dubie explicatur, quid sint Digesta, eaque esse dicuntur praecepta (*διατάγματα*), Marci, Olympiani, Modestini (qui nomine *ὀδέστου* haud dubie significatur), Hermogeniani et Pauli. Quod Marcus et Olympianus inter eos referuntur, quorum ex libris Digesta hausta sint, similiter posterioris aetatis ignorantiae videtur tribuendum. Negari quidem nequit, Dorotheum in scholis Institutiones fuisse interpretatum, nec vero exinde derivari potest, eum etiam commentarium de iis scripsisse. Fieri tamen potuit, ut volumina in scholis ab eo habitis ab auditoribus conscripta propagarentur.

2) S t e p h a n u s commentarium ad Institutiones scripsisse a viris doctis dicitur[4]). Ac primum quidem, quo haec coniectura nititur, argumentum repetitur ex ante dicta inscriptione collectionis legum rusticarum, contra quod argumentum eadem sunt proferenda, quae antea diximus. Secundum argumentum in eo cernitur, quod Stephanus in indice Digestorum nonnunquam ad ea, quae ad Institutiones dixerat, provocavit[5]). Tertium argumentum est, quod in recentiore quodam Basilicorum scholio interpretatio Stephani ad §. 6. Inst. II. 10., quae ab interpretatione Theophili discrepat, memoratur[6]). Quod ad secundum attinet argumentum, illo nihil aliud probatur, quam Stephanum etiam Institutionibus interpretandis in scholis operam dedisse. Quod ad tertium attinet argumentum, quamvis in Sch. *Φησὶν* II. 397. ad §. 6. Inst. II. 10. iungantur interpretationes Theophili et Stephani discrepantes, tamen ex Basilicorum loco in illo scholio laudato potest derivari, Scholiastam istam Stephani interpretationem ex eius indice Digestorum sumsisse[7]). Quod M o r t r e u i l[8]) graecas nonnullorum locorum Institutionum epitomas in collectione constitutionum ecclesiasticarum obvias[9]) tribuit Stephano, id ei non assentior. Nihil enim pro hac proferri potest coniectura, nisi epitomas constitutionum Codicis in illa collectione obvias ex Stephani commentario ad Codicem esse depromtas. Eodem autem iure illi Institutionum loci tribui possent Anonymo, quippe ex cuius commentario ad Digesta loci Digestorum in dicta collectione conspicui fuerint depromti.

3) A n o n y m o meliori iure tribui poterit versio Institutionum. Ab illo enim versionis graecae a Theophilina diversae verba laudantur[10]). Dubium tamen est, utrum ipse huius versionis auctor sit, an alius veteris Iureconsulti versionem citaverit.

Revera tamen extiterunt versiones Institutionum ab aliis Iurisconsultis compositae et a Theophilina diversae. Exemplum suppeditat locus Institutionum ab Anonymo laudatus. Deinde loci Institutionum in collectione constitutionum ecclesiasticarum laudati ex versione graeca, quae a Theophilina longe discrepat, sunt depromti. Referri fortasse huc etiam potest fragmentum *περὶ τῶν τῆς συγγενείας βαθμῶν ἐκ τοῦ γ'. βιβλίου τῶν ἰνστιτούτων*, quod Codice Bodlej. 158. continetur[11]). Fragmentum autem graecum d e o b l i g a t i o n u m c a u s i s e t s o l u t i o n i b u s ab Angelo Maio in Codice bibliothecae Ambrosianae inventum ab eoque primum, denuo ab Hauboldo anno 1817. editum opus posterioris cuiusdam Iureconsulti est, ex paraphrasi Theophili haustum[12]).

Ceterum notandum est, T h a l e l a e u m quoque Institutiones in scholis fuisse interpretatum. Saepe enim in commentario ad Codicem scripto lectores ablegat ad ea, quae ad Institutiones docuerat, verbis *ἔγνωμεν*, *τοῦτο ἔπραξας*, *ἔγνως*, *ἔμαθες*, *εἴρηται* utens[13]). Nec tamen

---

ἀπεδέξατο τὸ παρ' αὐτοῦ γενόμενον ὁ θεῖος Ἀδριανός" in libro *αἱ ῥοπαί* cap. XXVIII. §. 11. sic redditus est: *Κατὰ τρυφὴν καὶ συμπαιγνίαν ἐφόνευσέ τις τινὰ καὶ ἀνθύπατος ἐπὶ πέντε ἔτη ἐξορίσας αὐτὸν ἀπεδέχθη.* Index L. 9. §. 6. D. XLVIII. 13. (Sch. *Εἴ τις* V. 818.) initio sic habet: *Εἴ τις ἐκδημῶν εἰς τὴν ἐπαρχίαν καὶ χρήματα ἔχων παρ' ἑαυτοῦ ἀπεγράψατο αὐτὰ εἰς τὸ ταμεῖον κ. τ. λ. Αἱ ῥοπαί* cap. XXIV. §. 31. idem habent initium; reliqua continent indicis epitomen. 111) Pluribus hoc probabile reddidit Zachariae de L. in: Krit. Jahrb. 1844. p. 810. 112) Nomoc. tit. XLII. (in Voelli bibl. iur. canon. T. II. p. 653.) 113) Nomoc. tit. XLV. (Voell. T. II. p. 656.) 114) Sic lege pro *Ἔβερ*, quod habet Voellus. 115) Nomoc. tit. XL. (Voell. T. II. p. 650. 651.) 116) Lege *τῷ*. 117) Sic legendum. Nomocanon habet *ὅτι φονεύσῃ*, pro quo in marg. emendatum est *φονεύσῃ*. 118) Illud *ἐν* prorsus supervacaneum est et e textu eliminandum. 119) Hoc manifesto corruptum est. Pro *προσῆκον εἶναι* videtur legendum *προσεληλυθέναι*. 120) Index L. 1. §. 3. D. XLVIII. 8. Dorotheo tribuendus (Sch. *Ὁ θεῖος* V. 762.) haec habet: *Ὁ θεῖος Ἀδριανὸς εὑρών τινα ἀνελόντα μὲν τὸν ἄνθρωπον, οὐ ψυχῇ δὲ καὶ προαιρέσει τοῦ ἀνελεῖν αὐτὸν, τῆς κατηγορίας ἀπέλυσεν. καὶ τὸ ἐναντίον δὲ δύναταί τις μὴ ἀνελὼν, ἀλλὰ μόνον τραυματίσας τινὰ ὡς φονεὺς καταδικασθῆναι. τοῦτο δὲ ἐκ τοῦ πράγματος αὐτοῦ χρὴ καταλαμβάνειν ἡμᾶς καὶ διορίζειν. ὁ μὲν γὰρ ξίφος κατέχων καὶ ἐξ αὐτοῦ πλήξας τινὰ, ἀναμφιβόλως καὶ κατὰ πρόληψιν καὶ ψυχῇ καὶ διαθέσει φονεύοντος πλήττει. εἰ δέ τις κλείδια βαστάζων μετ' αὐτῶν ἔπληξέ τινα, ἢ καὶ ἐν μάχῃ κουκούμιον βαστάζων μετ' αὐτοῦ ἐτύπτησέ τινα, εἰ καὶ σιδήρῳ ἔπληξε (καὶ τὰ κλείδια γὰρ σίδηρον εἶχεν καὶ τὸ κουκούμιον) ὅμως οὐ ψυχῇ φονεύοντος ἔπληξε, καὶ πρᾳοτέραν ἐπιφέρομεν κατ' αὐτοῦ τιμωρίαν, εἰ καὶ ἀνῃρέθη ὁ πληγείς. ἐκ συμβάντος γὰρ μᾶλλον καὶ οὐ προαιρέσει τοῦ πλήξαντος ὁ φόνος γέγονε.* 121) Lege *ἢ τοῖς αὐτοῦ βίαν ἐπαγαγόντα*. 122) Sic legendum pro *Ῥῖος*, quod habet Voellus. 123) Nomoc. tit. XL. (Voell. T. II. p. 650.) 124) Lege *φονέα*. 125) Dorothei index eiusdem loci (Sch. *Κατὰ* V. 765.) haec habet: *κατὰ τρυφὴν καὶ παιγνίαν ἐφόνευσέ τις τινὰ καὶ Ἰγνάτιος Ταυρῖνος ἀνθύπατος ἐπὶ ε'. ἔτη αὐτὸν ἐξώρισε, καὶ ἀπεδέξατο τὸ παρ' αὐτοῦ γενόμενον ὁ θεῖος Ἀδριανός.* 126) Nomoc. tit. XXXVI. (Voell. T. II. p. 644.) 127) Secundum Sch. *Ὁ ἰνδὶξ* V. 854. index Dorothei pro *οὐ τιμωρεῖται* habet *οὐκ ἀναιρεῖται*. 128) Lege *πραθῆναι*. 129) Nomoc. tit. XLVIII. (Voell. T. II. p. 659.)

XLVIII. laudatos e Cubidii libro de poenis hausisse existimaverim, et cum Cubidius Digestorum locos a se laudatos ex indice Dorothei desumserit, facile inde explicabitur, quomodo fieri potuerit, ut loci e Cubidii libro de poenis a Nomocanonis auctore depromti cum fragmentis indicis Dorothei in Basilicorum scholiis servatis etsi sententia, at tamen ratione verborum non omnino conveniant. Neque huic coniecturae obstat tempus, quo Nomocanon scriptus est. Nomocanonis enim auctor usus est Athanasii epitome Novellarum et collectione LXXXVII capitulorum, quae non multo post Iustinianum editae sunt. Nihil ergo prohibet, quominus eum etiam Cubidii librum de poenis adhibuisse arbitremur, quem seculo sexto exeunte vixisse probabile est.

Superest, ut de utilitate dicam, quae ex studio indicis Dorothei percipi possit. Quam maximam esse vix est ut moneam. Nam cum index versionem Digestorum paene verba reddentem contineat, Iureconsultorum nomina in textu posita exhibeat, index in Digestorum textu constituendo et emendando minorem vix habebit vim, quam quae versioni Codicis *κατὰ πόδα* a Thalelaeo confectae in Codice tribuitur. Inservit etiam index Dorothei lacunis, quae in Digestis hodie superstitibus reperiuntur, supplendis eiusque maior ad hanc rem est utilitas, quam textus Basilicorum, cum hic epitomen nonnisi Digestorum, ille autem versionem textus *κατὰ πόδα* contineat [130]). Praeterea ex indice Dorothei nonnulla explicari possunt hactenus dubitationi obnoxia. Sic nomen actionis Publicianae rescissoriae antiquissimum est, utpote iam a Dorotheo usurpatum [131]). Porro in fragmentis Digestorum ex Alfeni Vari libris Digestorum desumtis nomen illius Iureconsulti, qui ad consultationes propositas respondit, omittitur, ita ut Alfenus ipse pro eo haberi possit; in Basilicorum scholiis Servius Sulpicius consultus dicitur respondisse. Quae scholia ex indice Dorothei desumta sunt [132]). Stephanus contra in nonnullis scholiis retulit, Alfenum Varum ipsum respondisse [133]). Qua in re maior fides habenda est Dorotheo, qui ipse inter Digestorum compilatores fuit et meliorem librorum in Digestis excerptorum notitiam habere potuit, quam Stephanus. Nam et in ipsis Digestis dicitur Servius apud Alfenum notare [134]), quod et Stephanus ipse in suo indice expressit [135]), et si alio Digestorum loco [136]) Aufidius dicitur retulisse Servium respondisse, haud dubie pro Aufidius legendum est Alfenus, ut ex indice Stephani patet [137]).

§. 3. Thalelaei commentarius.

Thalelaeus in scholis Digesta est interpretatus. Nam ipsius interpretationes ad nonnullos Digestorum locos laudantur, inprimis a Stephano, veluti hae:

1) ad L. 13. pr. D. XII. 1. v. nascitur condictio [1]).

Βλέπε, ὅτι οὐκ εἶπεν ἰδικῶς τῷ κλέπτῃ τίκτεσθαι τὸν ἀπὸ καλοῦ δαπανήματος κονδικτίκιον, ἀλλὰ μόνον δαπανηθέντων τῶν νούμμων τίκτεσθαι τὸν κονδικτίκιον. Δωρόθεος καὶ Θαλέλαιος οἱ μακαρῖται αὐτῷ τῷ κλέπτῃ τὸν ἀπὸ καλοῦ δαπανήματος δεδώκασι κονδικτίκιον.

2) ad L. 18. D. XIII. 1. [2])

...... Θαλέλαιος μέντοι ὁ μακαρίτης τῇ αὐτῇ κέχρηται διαστίξει ἐπὶ παντὸς ἐν εἰδήσει λαβόντος ἰνδέβιτον, ἐμφαντικῶς δεξάμενος τὸ convenerit. *λέγει γὰρ, ὅτι, εἰ μὲν προςηνέχθη τινὶ τὸ ἰνδέβιτον καὶ σιωπήσας ἐκεῖνο λάβῃ [οὐκ] ἀγνοῶν εἶναι ἰνδέβιτον, οὐχ ἁμαρτάνει κλοπήν. δοκεῖ γὰρ κατὰ γνώμην τοῦ δεσπότου ψηλαφᾷν τὸ καταβληθέν. εἰ δὲ μὴ προςηνέχθη αὐτῷ, ἀλλ' αὐτὸς ἐκίνησε καὶ ἀπήτησε, τότε ὡς δοκῶν παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου ψηλαφᾷν τὸ ἀλλότριον κλοπὴν ἁμαρτάνει.*

3) ad L. 13. pr. D. XIV. 3. [3])

Οὐτιλίως ἢ ὡς περὶ ἄλλου ἐναγαγὼν καὶ μὴ δείξας νῦν περὶ ἑτέρου ἐνάγει, ἢ διὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ θ'. διγ. ἑξῆς τι. Κωβίδας δὲ λέγει οὐτιλίαν ἰνστιτουτορίαν. Θαλέλαιος δὲ οὐτίλιον δανειακὸν δὲ πεκούλιο.

4) ad L. 7. §. 1. D. XIV. 4. [4])

Σημείωσαι, ὅτι ...... δύναται ὁ δεσπότης παραιτεῖσθαι τὴν τῶν φορτίων .... εἰ μὲν ἀποτάττει τοῖς ὀφειλομένοις αὐτῷ παρὰ τοῖ οἰκέτου. καὶ ἴσθι, ὅτι Δωρόθεος μὲν ὁ μακαρίτης τὴν τοιαύτην σημείωσιν συμφώνως ἰνδέκευσε ἀκολουθήσας τῷ ῥητῷ, ὥςπερ καὶ Ἰωάννης ὁ σοφώτατος ἀντικήνσωρ. Θαλέλαιος μέντοι ὁ τῆς εὐκλεοῦς μνήμης οὐχ οὕτως ἐνόησεν, ἀλλ' ὅτε, φησὶ ... ἑτοίμως ἔχει ὁ δεσπότης οὐκ αὐτὰ τὰ φορτία τοῖς δανεισταῖς παραχωρῆσαι, ἀλλὰ τὴν αὐτῶν διανέμησιν, ἵνα, ὥςπερ ἂν αὐτοῖς δόξεται, αὐτὰ διέλωσιν.

5) ad L. 60. pr. D. XVII. 2. [5])

Ἀπαιτεῖται τόκους οὐχ ὡς τόκους, ἀλλ' ὡς διαφέρον· ὥςτε καὶ ὑπὲρ τὸν νόμιμον ἀπαιτεῖται τόκον. οὕτω Δωρόθεος καὶ Θαλέλαιος οἱ μακαρῖται.

6) ad L. 29. §. 1. D. XXIII. 4. [6])

.... καὶ Θαλέλαιός φησιν· ἐπὶ τῇ ποσότητι τῆς προικὸς δι' ὧν τῷ γάμῳ συνήνεσεν.

7) ad L. 7. pr. D. XXIII. 5. [7])

Τὴν ἰν φάκτουμ νόησον, ἵνα κινῇ ἡ γυνὴ κατὰ τοῦ πράτου ἐπὶ τῷ ἀνανεῶσαι τὴν δουλείαν. τὸν ἀγρὸν ὠνησάμενος ὁ ἀνὴρ πάλιν αὐτὸν ἀναδέδωκε τῷ πράτῃ, τῆς δουλείας δηλονότι ἀπηλλαγμένον. οὕτω καὶ Θαλέλαιος ὁ μακαρίτης.

Recte vidit Mortreuil, huc non pertinere adnotationes Thalelaei in Sch. *Ὁ βολουντάριος* II. 528. et in Sch. *Τοῦ Νικαέως* II. 77. laudatas, easque ex Thalelaei commentario ad Codicem haustas esse merito arbitratus

---

130) Ita index L. 8. pr. §. 1. D. XLVIII. 20. (Sch. *Καὶ τοῖς* V. 881.), index L. 11. §. 1. D. eod. (Sch. *Εἰ δὲ* V. 882.), index L. 14. §. 3. D. XLVIII. 22. (Sch. *Ὁ τὴν* et *Καὶ οὐ* V. 892.), index L. 15. pr. partis D. eod. (Sch. *Ἐντεῦθεν* V. 892.), index L. 16. D. eod. (Sch. *Ὅτε Οὐλπιανὸς* V. 892.), index L. 19. §. 1. D. eod. (Sch. *Ὅτε κατὰ* V. 893.) potius loco textus Basilicorum ad supplendas lacunas Codicis Digestorum Florentini adhibendi sunt, quod et in editione Corporis iuris Kriegeliana merito factum est. 131) Sch. *Δωροθέου* II. 138. 132) Cf. index L. 5. D. IX. I. (Sch. *Ὀνηλάτης* V. 262.), index L. 6. D. XL. 1. (Sch. *Συνεφώνησεν* IV. 618.), index L. 14. pr. §. 1. D. XL. 7. (Sch. *Δοῦλος* IV. 699.) 133) Cf. index L. 29. D. XIX. 2. (Sch. *Ἐμίσθωσά τινι* II. 355.), index L. 30. §. 1. 2. 3. D. eod. (Sch. *Οἷον*, *Ἐμίσθωσά τινι* et *Ἐμίσθωσά σοι* II. 356.) 134) L. 65. §. 8. D. XVII. 2. 135) Index L. 65. §. 8. D. laudatae (Sch. *Ἀπαγορεῦσαι* I. 775 sq.) 136) L. 52. §. 18. D. XVII. 2. 137) Steph. index L. 52. §. 17. 18. D. XVII. 2. (Sch. *Ἐὰν συστήσωμαι* I. 758.) *„τούτῳ δὲ παραπλήσιον Ἀλφῖνος ἀποκρίνασθαι λέγει τὸν Σέρβιον."*

1) Sch. *Στεφάνου* II. 607. 608. 2) Sch. *Σημείωσαι* V. 445. (Stephani adnotatio ad L. 18. D. XIII. 1.) 3) Sch. 45. Suppl. p. 172. Est scholium antiquum, nec vero Stephani. 4) Sch. 47. Suppl. p. 185., quod est scholium antiquum, nec vero Stephani. 5) Sch. *Τοῦ αὐτοῦ* I. 763., quod est adnotatio Stephani ad L. 60. pr. D. XVII. 2. v. non quasi usuras etc. 6) Sch. *Τὸ πλάτος* III. 476., quod haud scio an sit Anonymi. 7) Sch. *Τὴν ἰν φάκτουμ* III. 489., quod est Stephani adnotatio ad L. 7. pr. D. XXIII. 5. v. utiles actiones.

est [8]). In eo tamen errat, quod locos septem antea laudatos putat interpretationes locorum Digestorum a Thalelaeo in commentario ad Codicem exhibitas [9]). Nam Thalelaeus in commentario ad Codicem saepius ad ea provocat, quae ipse ad Digesta dixerat [10]), verbis utens: *μέμνησο, ὧν εἶπον, εἴπομεν, εἰπόν σοι*; ipse uno loco dicit,

---

8) Mortreuil l. l. T. I. p. 286 sq. Sch. *Ὁ βολουντάριος* II. 528. haec dicit: „*ζήτει περὶ τούτου τὸ λα΄. κεφ. τοῦ παρόντος τιτ. καὶ τὸν ἐκεῖ Κύριλλον καὶ τὸν Στέφανον· καὶ κεφ. μγ΄. καὶ τὸν Θαλέλαιον, οὗ ἡ ἀρχή· Ἔγνως ἐν τοῖς δὲ ῥέβους, ὅτι ἐὰν ἐπαγάγῃ ὅρκον τις.* Laudatur ibi Basil. XXII. 5. 43. (L. 1. C. IV. 1.) et designatur Thalelaei adnotatio ad L. 1. C. IV. 1., quae extat in Sch. *Ἔγνως* II. 565., ubi pro *ἐν τοῖς δὲ ῥέβους* seriori interpolatione repositum est: *ἐν τῷ ιβ΄. βιβ. τιτ. β΄. διγ. ϛ΄.* In Sch. *Τοῦ Νικαίως* II. 77. laudantur Thalelaei adnotationes ad L. 5. C. II. 6. v. penitus (Basil. VIII. 1. 14.), quae extant in scholio inscripto *ἄλλη ἑρμηνεία* T. I. p. 335. 9) Erroris eum convicit Zachariae de L.: Krit. Jahrb. 1844. p. 814. 10) Loci Digestorum, quorum ad interpretationes Thalelaeus provocat, vel ad quos auditores lectoresve ablegat significans, illic se ea docuisse, quae ad rem propositam facerent, hi sunt: 1) L. 22. D. I. 5. „*Ἴσμεν μαθόντες πολλαχοῦ, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς πρώτοις ἐν τῷ α΄. βιβ. ὅτι, ἐὰν καταλειφθῇ γυναικὶ κ. τ. λ.*" Sch. *Θαλελαίου* IV. 498. 2) L. 1. §. 5. D. II. 14. „*Καὶ ἐν τῷ* de pactis *τῶν πρώτων μεμαθήκαμεν, ὅτι ἐπὶ τοῦ ἐπιτροπευομένου* ex continenti *νενόηται ὅλος ὁ χρόνος τῆς ἐπιτροπῆς αὐτοῦ.*" Sch. *Σημείωσαι* I. 357. 3) L. 7. §. 5. D. II. 14. „*Ὅπερ κεκανόνισται ἡμῖν ἐν τῷ δὲ πάκτις τῶν πρώτων κ. τ. λ.*" Sch. *Ὅπερ* I. 656. 4) L. 7. §. 7. D. II. 14. „*σημείωσαι δὲ, ὅτι καὶ ὁ πραίτωρ τοῦτο εἶπεν εἰς τὸ οἰκεῖον ἔδικτον, ὡς ἐδιδάχθημεν ἐν τῷ δὲ πάκτις τῶν πρώτων, ὅτι πᾶν σύμφωνον κ. τ. λ.*" Sch. I. 647. 5) L. 7. §. 14. D. II. 14. „*Ἔγνωμεν καὶ ἐν τῷ δὲ πάκτις τῶν πρώτων, ὅτι Ψιλῷ συμφώνῳ ἀναιρεῖται ἡ φούρτι ἀγωγή.*" Sch. *Ἔγνωμεν* V. 398. 6) L. 17. §. 7. L. 18—21. D. II. 14. „*ὅμως μέμνησαι ὧν εἶπον εἰς τὸ δὲ πάκτις τῶν πρώτων περὶ υἱοῦ καὶ δούλου πακτευόντων.*" Sch. I. 660. 7) Dig. II. 14. „*νόησον δὲ, εἰ μὴ ἄρα ἐλάττων ἦν τῶν κε. ἐνιαυτῶν ὁ διαλυσάμενος καὶ περιεγράφη ἐν τῇ διαλύσει· οὗτος καὶ τὰς ἐννόμους διαλύσεις ἀνατρέπει, ὡς καὶ ἐν τῷ δὲ πάκτις τῶν πρώτων μεμαθήκαμεν.*" Sch. I. 702. „*Οὐδέποτε δὲ τὸ τοῦ δανειστοῦ δίκαιον ἐναλλάσσεται ἐξ ὧν οἱ χρεῶσται πακτεύουσιν, ὡς ἔγνωμεν ἐν τῷ δὲ πάκτις ἐν πρώτοις.*" Sch. *Οὐδέποτε* IV. 288. 8) L. 1. §. 6. D. III. 1. „*ὡς ἐμάθομεν εἰς τὸ προοίμιον τοῦ* de postulando *τῶν πρώτων, ἔνθα μόνον τὸν ἐν πουβλίκῳ δικαστηρίῳ ἐπὶ συκοφαντίας κατακριθέντα εἶπε μηδὲ παρὰ χαμαιδικασταῖς δύνασθαι συνηγορεῖν.*" Sch. I. 340. 9) L. 6. §. 2. D. III. 2. „*ὡς ἔγνωμεν ἐν τῷ γ΄. βιβ. τῶν πρώτων ἐν τῷ β΄. τιτ. διγ. ϛ΄. θεμ. β΄.*" Sch. *Καλῶς* II. 402. 10) L. 11. §. 4. D. III. 2 „*Τότε γὰρ ἀτιμοῦται ὁ τὴν πενθοῦσαν γήμας, ὅτε εἰδὼς ἀγάγῃ αὐτὴν, ὡς ἔγνωμεν ἐν τῷ γ΄. βιβ. τῶν πρώτων τιτ β΄. ἔνθα καὶ ἡρμήνευσα τὸ τῆς ἀγνοίας, ὅτι ὅτε φάκτον ἀγνοεῖ, συγγινώσκεται, οὐχ ὅτε νόμον.*" Sch. *Τότε* II. 458. 11) L. 39. §. 7. D. III. 3. „*οὕτως εἴπομεν καὶ ἐν τῷ* de procuratoribus *τῶν πρώτων, ὅτι ἡνίκα ἐπίτροπος ἀπολιμπανόμενος ὡς σούπεκτος κρίνεται, οὐ χρὴ δέξασθαί τινα ποιούμενον ὑπὲρ αὐτοῦ λόγους, εἰ μὴ ἰδικὸν ἔχει περὶ τούτου μανδάτον.*" Sch. *Σημείωσαι* I. 408. 12) L. 65. D. III. 3. „*τὸ δὲ πλέον ἔγνωμεν ἐν τῷ* de procuratoribus *τέλῳ, ὅτι, ἐὰν ἐπιστολῇ μόνον χρήσεταί τις πρὸς τὸν διάδικον περὶ τοῦ ἰδίου προκουράτωρος, ἀπαλλάττει αὐτὸν τῆς ῥατοναβιτίονος.*" Sch. *Πρόσκειται* III. 484. 13) Dig. III. 3. „*καὶ εἰς τὸ* de procuratoribus *τῶν α΄. καὶ πολλαχοῦ μεμαθήκαμεν τὸ τῆς διατάξεως ταύτης νόμιμον, ὅτι οὐδὲ ἐπίτροπος, οὐδὲ κουράτωρ δύνανται εἰς δίκην τοῦ πουπίλλου ἢ τοῦ κουρατωρευομένου νέου προκουράτωρα αὐτῷ καταστῆσαι ἐκ τοῦ οἰκείου, ἀλλὰ μόνον ἄκτορα ἔξεστιν αὐτοῖς καθιστᾶν.*" Sch. *Θαλελαίου* I. 406. 14) L. 6. §. 9. D. III. 5. „*τὸ γὰρ πλέον ἔγνωμεν ἐν τῷ δὲ νεγοτιογέστις τῶν πρώτων, ὅτι καὶ τὸν μὴ ὄντα μου χρεώστην ἐάν τις ἀπαιτήσει, ἐγὼ δὲ ῥατοναβιτεύσω, τίκτεταί μοι κατ' αὐτοῦ ἡ νεγοτιόρουμ γεστόρουμ.*" Sch. 23. Suppl. p. 159. 15) Dig. IV. 1. „*ὡς εἴπομεν εἰς τὸν δὲ ἐν ἰντέγρουμ τοῦ δ΄. βιβ. τῶν πρώτων.*" Sch. *Μείζων* I. 723. 16) Dig. IV. tit. ?. „*ὡς γὰρ ἔγνωμεν ἐν τῷ δ΄. βιβ. τῶν πρώτων, οὐδὲν τῶν ἀπὸ δεκρέτου γενομένων διὰ λιβέλλου δύναται γενέσθαι.*" Sch. *Τὸ αὐτὸ* III. 766. 17) Dig. V. 3. VI. 1. „*οὕτως ἔγνωμεν καὶ τῇ σπεκιαλίᾳ τῶν* de iudiciis *καὶ ἐν τῇ νερεδιτάτις πετιτίονι περὶ τοῦ δαπανήσαντος εἰς τὰ ἀλλότρια πράγματα.*" Sch. IV. 352. 18) L. 2. §. 5. D. X. 2. „*Τοῦτο ἐν τοῖς δὲ ἰουδικίοις ἔγνωμεν ἐν τῷ φαμιλίαε ἐρκισκούνδαε, ὅτι διῄρηνται ἐκ τοῦ δυοδεκαδέλτου πρὸ νερεδιτάρια πάρτε τὰ χρέα τῆς κληρονομίας κ. τ. λ.*" Sch. *Τοῦτο* IV. 282. 19) Dig. X. 2. „*ὡς ἔγνωμεν — καὶ ἐν τῷ φαμιλίαε ἐρκισκούνδαε τῶν* de iudiciis." Sch. 14. Suppl. p. 156. 20) L. 9. §. 8. D. XII. 1. „*Ἔγνωμεν ἐν τῷ α΄. βιβ. τῶν δὲ ῥέβους ἐν τῷ α΄. τιτ. ἐν τῷ θ΄. διγ. ὅτι, ἐάν τις ὀνόματι ἐμῷ δανείσῃ χρήματα, εἴτε ἐμὰ, εἴτε ἴδια, ἐμοὶ προσπορίζει τὸν ἀπὸ δανείου κονδικτίκιον.*" Sch. *Θαλελαίου* II. 645. 21) L. 31. pr. D. XII. 1. „*Ἴσμεν μαθόντες ἐν τῷ α΄. τιτ. διγ. λα΄. τοῦ ιβ΄. βιβ. τῶν διγέστ. ὅτι μετὰ προκάταρξιν πᾶσα καῦσα ἀποκαθίσταται ἡμῖν.*" Sch. *Ἴσμεν* III. 448. 22) L. 33. D. XII. 1. „*ἔγνωμεν ἐν τῷ α΄. βιβ. τῶν δὲ ῥέβους τιτ. α΄. ὅτι οὐδὲ ἀτόκως δύναταί τις δανείζειν.*" Sch. *Θαλελαίου* I. 645. 23) Dig. XII. 4. „*ὡμολογημένως γὰρ ἐκείνου παραβάντος ἐτέχθη τούτῳ κονδικτίκιος [πράγματος μὴ ἀποτελεσθέντος] καῦσα δάτα καῦσα νὸν σεκούτα, ὡς ἐν τῷ α΄. βιβ. τῶν δὲ ῥέβους ἐμάθομεν.*" Sch. I. 701. „*εἰπόν σοι περὶ αἰτίας σιωπηρᾶς μὴ περαιουμένης ἐν τῷ πρώτῳ βιβ. τῶν δὲ ῥέβους, ἔνθα τις ἐλπίζων ἀντίδωρον λαμβάνειν ἢ γνησιώτερον αὐτῷ γενέσθαι φίλον τινὰ, ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἐλπίδι ἐδωρήσατο καὶ διήμαρτε τῆς ἐλπίδος.*" Sch. 1. a v. *δηλοῖ* I. 710. 24) L. 19. §. 1. D. XII. 6. „*καί φησιν ἡ διάταξις, ὅτι ὁ μὴ ὢν κληρονόμος, καταβαλὼν δὲ ὡς κληρονόμος, δύναται ῥεπετιτεύειν τὸ καταβληθέν. τοῦτο γὰρ ἔγνωμεν ἐν τῷ ἰνδεβίτῳ κονδικτικίῳ τῶν δὲ ῥέβους α΄.*" Sch. *Θαλελαίου* III. 10. 25) L. 65. §. 1. D. XII. 6. „*ἔγνωμεν ἐν τῷ α΄. βιβ. τῶν δὲ ῥέβους καὶ πολλαχοῦ, ὅτι τὰ ἐπὶ διαλύσει καταβαλλόμενα, κἂν ἰνδέβιτα [ἤτοι ἀχρεώστητα] εἴη, οὐ ῥεπετιτεύεται.*" Sch. 1. a v. *ἔγνωμεν* I. 641. 26) L. 65. §. 5. D. XII. 6. „*οἱ καρποὶ δὲ καὶ οἱ τοκετοὶ τῶν ἰνδεβίτων ἀπαιτοῦνται, ὡς ἔγνωμεν ἐν τῷ α΄. βιβ. τῶν δὲ ῥέβους.*" Sch. *Ἔμαθες* III. 19. 27) L. 2. §. 8. D. XIII. 4. „*εἶπον δέ σοι τοῦτο καὶ ἐν τῇ ἀρβιτραρίᾳ τῶν δὲ ῥέβους β΄. περὶ τὸ διαφέρον, ὅτι ἐν τῷ ὀφφικίῳ τοῦ δικάζοντός ἐστι τὸ διαφέρον, ἀγωγὴ δὲ οὐκ ἔστιν ἐπ' αὐτῷ.*" Sch. *Θαλελαίου* I. 725. 28) L. 18. pr. D. XIII. 6. „*καίτοι ἐν τῇ κομμοδάτῃ τῶν δὲ ῥέβους ἔγνωμεν, ὅτι τοῖς τυχηροῖς συναριθμεῖται* (sc. *ἡ φυγὴ τῶν οἰκετῶν*)." Sch. *Σημείωσαι* III. 761. 29) Dig. XIV. 4. L. 7. D. XX. 4. „*οὐδὲ τὰ ἐκ τῶν ἡμετέρων χρημάτων ἀγοραζόμενα τῆς ἡμετέρας ἐστὶ δεσποτείας, ἀλλ' οὐδὲ ὑπόκεινται ἡμῖν σιωπηρῶς, ὡς ἔγνωμεν ἐν τῇ τριβουτορίᾳ τῶν δὲ ῥέβους καὶ ἐν τῇ ὑποθηκαρίᾳ τῶν διγέστων.*" Sch. 194. Suppl. p. 36. 30) L. 57. D. XV. 1. „*πλὴν ὡς ἔγνωμεν καὶ ἐν τῷ δ΄. βιβ. τῶν δὲ ῥέβους τιτ. α΄. διγ. νζ΄. ὅτι κ. τ. λ.*" Sch. *Σημείωσαι* III. 28. 31) L. 7. §. 4. D. XV. 3. „*καὶ γὰρ ὥσπερ ἔγνωμεν ἐν τῷ δ΄. βιβ. τῶν* de rebus, *ἐὰν ὁ δοῦλος ἣν προσεπόρισε τῷ δεσπότῃ κληρονομίαν ἐπώλησεν, εἰ καὶ παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου πωλήσει τὸ τοῦ δεσπότου πρᾶγμα, ἀσθενῶς πωλεῖ· ὅμως ἐὰν ἐκ τοῦ τιμήματος ὁ δεσπότης κερδαίνει, κατέχεται τῇ* de in rem verso." Sch. *Πρόσκειται* I. 413. 32) L. 6. §. 7. D. XVII. 1. „*οἱ δὲ ἐργολάβοι κωλύονται τοῦ συνηγορεῖν, ὡς ἔγνωμεν ἐν τῷ ϛ΄. βιβ. τῶν* de rebus *εἰς τὸ θέμα Μαρίου Παύλου τοῦ δικολόγου ἐν τῷ μανδάτῳ.*" Sch. *Ἄλλη ἑρμηνεία* I. 335. 33) L. 40. L. 65. §. 9. D. XVII. 2. „*εἰ δὲ καὶ τοῦ κοινωνοῦ τελευτήσαντος ὁ κληρονόμος τοῦ κοινωνοῦ ἐνάγεται τῇ πρὸ σόκιο, οὐ διὰ δόλον ἴδιον, ἀλλὰ διὰ τὸν τοῦ τελευτήσαντος δόλον, πάλιν καταδικαζόμενος οὐκ ἀτιμοῦται, ὡς εἴπομεν ἐν τῷ ϛ΄. βιβ. τῶν δὲ ῥέβους.*" Sch. *Καλῶς* II. 462 sq. 34) Dig. XVII. tit. ?. „*οὐδὲ γὰρ δυνάμεθα τὴν ἐλευθέραν τῆς διαθήκης ἐξουσίαν στενοχωρεῖν ἑαυτοῖς ἢ διὰ πάκτου ἢ καθ' ἕκαστον τρόπον, ὡς ἔγνωμεν καὶ ἐν τῷ ϛ΄. βιβ. τῶν δὲ ῥέβους.*" Sch. I. 718. 35) Dig. XVIII. 4. „*ὁ μέντοιγε ἀγοράσας ἀγωγὴν πάντως αὐτὴν δύναται κινεῖν σοὺο νόμινε, ὡς ἔγνωμεν ἐν τῷ ζ΄. βιβ. τῶν δὲ ῥέβους τιτ. δ΄.* de hereditate vel act. vend." Sch. *Τουτέστιν* III. 21. 36) L. 13. §. 2. D. XX. 1. „*ὁμοίως δὲ καὶ ὁ λαβὼν γραμματεῖον εἰς ὑποθήκην καὶ αὐτὸς δύναται κινεῖν, ὡς ἐν τῇ ὑποθηκαρίᾳ ἔγνωμεν.*" Sch. *Τουτέστιν* III. 21. 37) L. 2. D. XXII. 3. „*καίτοι ἐν τῷ β΄. διγ. τοῦ δὲ προβατιόνιβους τίτλου εὑρήκαμεν, ὅτι ὁ ἐνάγων ὀφείλει τὸ χρέος ἀποδεῖξαι.*" Sch. *Σημείωσαι* III. 18. 38) L. 12. §. 1. D. XXIII. 1. „*καίτοι ἄκουσα πολλάκις ἀναγκάζεται γῆμαι, εἰ μὴ ἄρα αἰσχρός ἐστιν ὁ μνηστήρ, ὡς ἔγνωμεν ἐν τῷ α΄. τιτ. τῶν* de dotibus *πρώτῳ μονοβίβλῳ.*" Sch. III. 236. 39) L. 18. D. XXIII. 1. „*Οὕτως ἔγνωμεν ἐν τῷ* de dotibus *βιβ. ὅτι δυνατὸν καὶ διὰ μέσων προσώπων γενέσθαι μνηστείαν.*" Sch. *Οὕτως* III. 158. 40) L. 38. §. 2. D. XXIII. 2. „*Τοῦτο καὶ περὶ ἐπιτρόπου ἔγνωμεν καὶ ἄρχοντος τὴν ἰδίαν θυγατέρα ἐκδιδόντος ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ, ἧς ἄρχει, ἐν τῷ δὲ δότιβους μονοβίβλῳ.*" Sch. *Θαλελαίου* III. 188. 41) L. 5. §. 9. D. XXIII. 3. „*Εἰ γὰρ συναινεῖ ἡ γυνὴ, καὶ ἔῤῥωται ἡ ἐπίδοσις, καὶ οὐδὲ ἡ δωρεὰ δοκεῖ εἶναι πρὸς τὸν ἄνδρα, ὡς ἔγνωμεν ἐν τῷ δὲ δότιβους μονοβίβλῳ.*" Sch. *Εἰ γὰρ* III. 437. 42) L. 69. §. 4. D. XXIII. 3. „*ἰγκέρτα δὲ ἐπαγγελία ἦν, ὡς τὸ, δίδωμί σοι προῖκα, ὅσην ἂν δοκιμάσω. ἔῤῥωται γὰρ ἡ τοιαύτη τῆς προικὸς ἐπαγγελία, ὡς ἔγνωμεν ἐν τῷ δὲ δότιβους μονοβίβλῳ.*" Sch. *Εἰ μὲν* III. 431. 43) L. 69. §. 8. D. XXIII. 3. „*εἴρηται*

se locum Digestorum esse interpretatum[11]); denique usus verborum: *ἴσμεν, μαθόντες ἔγνωμεν, ἐδιδάχθημεν, μεμαθήκαμεν, εὑρήκαμεν, εὕρομεν* in Thalelaei adnotationibus docet, eum auditoribus in memoriam ea revocasse, quae ipsis Digesta interpretatus dixerat. Quae omnia argumento sunt, Thalelaeum in scholis Digestis exponendis operam dedisse. Num autem commentarius ad Digesta a Thalelaeo editus fuerit, potest dubitari. Zachariae de L. coniecit, Thalelaeum in commentario ad Codicem provocasse ad ea, quae in scholis de Digestis habitis dixerat, et locos supra laudatos, in quibus Thalelaei interpretationes ad nonnullos Digestorum locos laudantur, reliquias esse praelectionum eius de Digestis habitarum. Cui coniecturae convenit, quod Matthaeus Blastares commentarii a Thalelaeo ad Digesta editi mentionem fecit nullam, quamvis hoc Matthaei Blastaris silentium ideo magni non fecerim, quod etiam Anonymi commentarium Digestorum silentio praetermisit, qui fugere eum vix potuit. Inprimis tamen illa coniectura eo adiuvatur, quod loci Digestorum, ad quos Thalelaeus ipse in commentario ad Codicem provocavit quorumque interpretatio Thalelaeana ab aliis laudatur, omnes ex Digestorum libris secundum iuris docendi rationem a Iustiniano definitam in scholis exponendis desumti sunt. Accedit, quod inter Digesta promulgata et commentarium ad Codicem a Thalelaeo editum tempus nonnisi paucorum annorum interiectum est, quod commentario ad Digesta scribendo sufficere vix potuerit. Haud dubie vero Thalelaei auditores scholas ab eo de Digestis habitas chartae mandarunt, quo factum est, ut memoria earum ad posteros propagaretur, unde explicandum est, tam Stephanum, quam alios antiquos Iureconsultos Thalelaei interpretationes ad Digesta laudasse. Fortasse Stephanus ipse ex scholis Thalelaei de Digestis habitis sibi quaedam notaverat, si verum est, quod conieci, Stephanum fuisse Thalelaei auditorem. Memoria scholarum a Thalelaeo de Digestis habitarum per volumina ab auditoribus conscripta usque ad initium seculi septimi propagata est, quod probatur locis supra sub num. 3. et 4. repositis, ubi Thalelaeus ad Digestorum locos laudatos iungitur Cobidae, quem hoc fere tempore vixisse probabile est. Fieri etiam potuit, ut antiquus ille Iureconsultus, qui his locis Thalelaei fecit mentionem, eius interpretationes ad locos Digestorum laudatos ex indice Stephani hauserit. Scholae a Thalelaeo de Digestis habitae Stephanum videntur movisse, ut indice suo Digestorum eos nonnisi libros complecteretur, quos Iustinianus in scholis iusserat explicari. Neque improbabile videtur, Thalelaei mortem praematuram Stephano causam dedisse commentarii ad Digesta scribendi, in quo Thalelaeum tam ratione indolis operis, quam ratione generis docendi imitatus est.

§. 4. Stephani commentarius[1]).

Stephanus commentarium ad Digesta edidit, qui tam ab ipso, quam a recentioribus Basilicorum scholiastis appellatur **index**, *ὁ ἴνδιξ*, unde et Stephanus vocatur *ὁ ἰνδικευτής*[2]). Indolem huius commentarii Matthaeus Blastares in praefatione ad Syntagma canonum ita describit, ut dicat, Stephanum Digesta *εἰς πλάτος* edidisse. Fragmenta huius commentarii plurima extant in scholiis Basilicorum, pauciora extra ea[3]). Quae fragmenta commentarii indolem, qualem Matthaeus Blastares descripsit, fuisse probant. Ac primum quidem saepius praemittitur a Stephano protheoria, in qua principia iuris, quibus in casu in Digestis proposito locus sit, exponuntur: cuius protheoriae initium facere solet Stephanus verbis: *προθεώρησον* vel *ἔχε ταῦτα ὡς ἐν προθεωρίᾳ*. Deinde Stephanus transit ad casum in Digestis propositum verbis: *τοῦτο εἰδὼς ἐλθὲ ἐπὶ τὸ προκείμενον* vel *ὅρα λοιπὸν προκείμενον*, vel *ἐπειδὴ ταῦτά σοι προτεθεώρηται, ὅρα λοιπὸν τὸ προκείμενον*. Casum ipse fingit et tunc maxime vel nominibus, quibus personae in Digestis designantur, vel appellationibus a signis numeralibus desumtis, veluti *Πρῖμος*, *Σεκοῦνδος*, *Τέρτιος*, uti solet. Casu proposito

δέ σοι τοῦτο τὸ θέμα ἐν τῷ γ'. τοῦ κγ'. βιβ. διγ. ξθ'. θεμ. ζ'. περὶ πατρωνίσσης ἐπιδούσης προῖκα ὑπὲρ τῆς ἰδίας ἀπελευθέρου." Sch. *Τοῦτο* III. 441. 44) L. 75. D. XXIII. 3. *„Τοῦτο εὕρομεν καὶ ἐν διγ. Τρυφωνίνου ἀπὸ τοῦ ς'. τῶν δισπουτατιόνων αὐτοῦ κειμένου ἐν τῷ γ'. τιτ. τοῦ κγ'. βιβ. ὅτι, κἂν ὁ ἀνὴρ δεσπότης ἐστὶ τῶν πραγμάτων, ὅμως τῇ γυναικὶ ταῦτα διαφέρει."* Sch. *Τοῦτο* III. 445. 45) L. 12. pr. D. XXIII. 4. *„Τοῦτο φάκτου ἐστί. ἠδύνατο γὰρ καὶ ἐν ζωῇ αὐτοῦ τελευτησάσης τῆς κόρης πακτεῦσαι, παρὰ τῷ ἀνδρὶ μεῖναι τὴν προῖκα, ὡς ἔγνωμεν ἐν τῷ δὲ δότιβους μονοβίβλῳ."* Sch. *Τοῦτο* III. 439. 46) L. 16. D. XXIII. 5. *„Τοῦτο νόησον, ἐν ᾧ ἐνεμήθη τις μετὰ τὸ συστῆναι τὸν γάμον. ἐὰν γὰρ πρὸ τοῦ γάμου ἤρξατο νέμεσθαι, καλῶς* usucapit, *καὶ λοιπὸν ὁ ἀνὴρ ἐγκαλεῖται μὴ κινήσας ἐν τῷ μεταξύ, ὡς ἔγνωμεν ἐν τῷ* de fundo dotali *τιτ. διγ. ις'."* Sch. *Τοῦτο* III. 446. 47) Dig. XXIII. 5. *„Ἔγνωμεν ἐν τοῖς μονοβίβλοις, ὅτι ἀνὴρ τὸ προικῷον κτῆμα οὐ δύναται ἐκποιεῖν."* Sch. *Τοῦ αὐτοῦ* IV. 532. 48) L. 4. D. XXVI. 2. L. 4. D. XXVI. 3. *„Ἴσμεν γάρ, ὅτι καὶ μήτηρ γράψασα κληρονόμον τὸν υἱὸν καλῶς αὐτῷ ἐπίτροπον καταλιμπάνει, καὶ πάτρων γράψας κληρονόμον τὸν ἀπελεύθερον ἐπίτροπον αὐτῷ δύναται καταλεῖψαι, ὡς ἔγνωμεν ἐν τῷ δ'. διγ. τοῦ γ'. τιτ. καὶ ἐν τῷ δ'. διγ. τοῦ β'. τιτ. τοῦ δὲ τουτέλις μονοβίβλου."* Sch. *Οὐκ* III. 727. 49) L. 5. §. 9. D. XXVI. 7. *„Τοῦτο δὲ νόησον, ἐν ᾧ συμφέρει τῷ πουπίλλῳ ἡ πρᾶσις. εἰ γὰρ μὴ συμφέρει, ἔγνωμεν ἐν τῷ δὲ τουτέλις μονοβίβλῳ ἐν τῷ ζ'. τιτ. ὅτι οὐκ ἀνάγκην ἔχουσιν οἱ ἐπίτροποι ἀκολουθεῖν τῇ βουλήσει τοῦ πατρὸς, ἐν ᾧ τίποτε πρὸς βλάβην τοῦ ἀνήβου γενέσθαι παρεκελεύσατο."* Sch. III. 769. 50) L. 13. §. 1. D. XXVI. 7. *„Ταῦτα νόησον, ἐν ᾧ μὴ εὑρίσκεται κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον τὰ χρήματα τὰ ἴδια δανείσας. εἰ γὰρ τὰ ἴδια δανείσας ἠμέλησε τῶν πουπιλλαρίων, τόκους ἀπαιτεῖται ὡς ἔγνωμεν ἐν τῷ ζ'. τιτ. τοῦ δὲ τουτέλις."* Sch. *Ταῦτα* III. 784. 51) L. 58. pr. (?) D. XXVI. 7. *„Ἔγνωμεν καὶ ἐν τῷ δὲ τουτέλις μονοβίβλῳ ἐν τῷ ζ'. τιτ. ὅτι τιμωρεῖται ὁ ἀπελεύθερος κακῶς διοικήσας τὰ πράγματα τῶν τοῦ πάτρωνος παίδων, καὶ πολλῷ πλέον τὰ τοῦ πάτρωνος."* Sch. *Ἔγνωμεν* III. 757. 52) Dig. XXVI. 8. *„ὅτι γὰρ ἀπόντι ὁ ἐπίτροπος οὐκ αὐθεντεῖ, εἴπομεν ἐν τῷ* de tutelis *μονοβίβλῳ."* Sch. *Τότε* I. 406. 53) L. 14. D. XXVII. 3. *„Ὡς εἴγε καθ' οἱονδήποτε καιρὸν ἐλάχιστον ἀπέστη τῆς διοικήσεως, κἂν πάλιν ἐνέμιξεν ἑαυτὸν, οὐ κατέχεται τῇ τουτέλαε. οὐδὲ γάρ ἐστι αὕτη κοννέξα διοίκησις, ὡς ἔγνωμεν ἐν τῷ ιδ'. διγ. τοῦ γ'. τιτ. τοῦ κζ'. βιβλίου."* Sch. *Ὡς* III. 726. 54) Dig. XXVII. *„ὡς γὰρ ἔγνωμεν ἐν τῷ κζ'. βιβ. τοῦ δὲ τουτέλις μονοβίβλου, [ὅτι] ἐνεχύρων λαμβανομένων ἀναγκάζονται χειρίζειν οἱ ἐπίτροποι."* Sch. *Εἰ δὲ* III. 699. Praeterea pluribus aliis locis Thalelaeus verbis *ἔγνως, ἔμαθες* et similibus locos Digestorum laudat, quos referamus non est necesse, cum non tam certo horum verborum usus probet, Thalelaeum his provocasse ad ea, quae in scholis de Digestis habitis dixerat. In promtu hi loci sunt: Sch. *Θαλελαίου* II. 403. *Ἔγνως ἐν τῷ δὲ τεσταμέντις κ. τ. λ."* Sch. *Θαλελαίου* IV. 130. *„Τί ἐστι τὸ τάκιτον φιδεϊκόμμισσον, ἔγνως καὶ ἐκ τοῦ δὲ ληγάτις τῶν διγέστων κ. τ. λ."*, quibus probabile fit, Thalelaeum etiam libros XXVIII. et XXX. Digestorum in scholis exposuisse. 11) Sch. *Τότε* II. 458. *„Τότε γὰρ ἀτιμοῦται ὁ τὴν πενθοῦσαν γήμας, ὅτε εἰδὼς ἀγάγῃ αὐτὴν, ὡς ἔγνωμεν ἐν τῷ γ'. βιβ. τῶν πρώτων τιτ. β'. ἔνθα ἡρμήνευσα τὸ τῆς ἀγνοίας."*

1) Cf. Zachariae de L., Anecd. p. 179. et in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 813. 814. Mortreuil l. l. T. I. p. 132 sq. 2) Sch. *Ἐπὶ* II. 528. *„Ἐπὶ τούτου τοῦ ῥήματος ἡ ἐναντιοφάνεια τῶν ἰνδικευτῶν δηλοῦται, τοῦ τε Κυρίλλου καὶ τοῦ Στεφάνου."* 3) Sic auctore Zachariae de L. Prochir. p. 283. in Codice Bodlei. extant fragmenta ex *τοῦ* de iudiciis *στεφάνου τοῦ κειμένου κατὰ τὸ σύνταγμα ζ'. βι. τι. α'.*, cui Codici in hoc similem esse Codicem Laurentianum LVI. 13. idem tradit Anecd. p. 179. not. 21.

sequitur quaestio, quam proponere solet verbis ζητεῖται, ἆρα, vel τὸ ζητούμενον, ἆρα, ad quam datur responsio verbis καὶ λέγει, καί φησι et similibus, addito nomine auctoris loci Digestorum.

Saepius protheoria omissa Stephanus casum fingit in Digestis propositum eodem, quo diximus, modo, quaestionem proponit eiusque decisionem ab auctore loci Digestorum profectam refert. Diversas antiquiorum Iureconsultorum sententias in eodem Digestorum loco relatas Stephanus refert. Saepe remittere solet lectores ad ea, quae ante dixerat, quo memoriam eorum apud lectores renovet, quod facere solet verbo εἰρήκαμεν. Ubi antea aliquid dixerat, ad quod attendere voluit lectores, ratus quippe, eius peculiari explicatione opus esse, lectorum attentionem ad illud dirigit verbis βλέπε, πῶς εἶπον, βλέπε, πῶς ἐθεμάτισα. Ubi locum deprehenderat, qui contradicere videretur decisioni in loco Digestorum tractato obviae, ad illum locum contradicere visum lectorum animos dirigit verbis βλέπε, μὴ ἐναντιωθῇ σοι. Frequenter laudat locos similes eosve, quibus a se dicta putat confirmari, in quibus laudandis, quod ad Codicem attinet, uti solet verbis ὡς ἀνήνεκται [4]), quod ad Codicem perinde ac reliquos iuris Iustinianei libros exceptis Novellis attinet, verbis ὡς ἔστι μαθεῖν ἐξ ὧν, ὡς μάθῃς, εἴρηταί σοι, ὥς φησι, ὡς ἔγνως et similibus. Nonnunquam verba textus latini in indice illustrat, quod facere solet verbis βλέπε, τί φησιν τὸ ῥητόν, πρόςεχε τῷ ῥητῷ. Saepe in posterioribus tituli cuiusdam fragmentis provocat ad ea, quae ad priora eiusdem tituli fragmenta docuerat. In universum index Digestorum erat commentarius latiorem singulorum fragmentorum interpretationem tam ratione verborum, quam ratione sententiarum his comprehensarum continens. Frequens in indice usus est interrogationum et responsionum (ἀπορίαι καὶ λύσεις, ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις) [5]). Auditores enim Stephano in scholis quaestiones proposuerunt, ad quas ille respondit. Eiusmodi quaestiones incipere solent verbo ἠρώτ. [6]) i. e. ἠρώτων, quaesiverunt, quas sequi solet responsio Stephani praemisso nomine Στεφάνου [7]). Nonnunquam initium quaestionum et responsionum aliud est [8]). Reperiuntur etiam responsiones ad quaestiones a singulis auditoribus propositas, veluti ad quaestiones Leonis Anazarbeos, Leontii et Iuliani [9]). Nec minus extant responsiones ad quaestiones ab auditoribus ex his, quae Stephanus ipse antea dixerat, dubitationem obiicientibus motas [10]). In indice elaborando Stephanus Theophilum videtur esse imitatus, cuius paraphrasi Institutionum tam quod ad orationem, quam ad formam externam index simillimus est. Ita usum protheoriarum et verborum, quibus hae indicantur, Stephanus a Theophilo est mutuatus, veluti verborum: ἔχε ταῦτα ὡς ἐν προθεωρίᾳ .... ἐπειδὴ ταῦτά σοι προτεθεώρηται, ὅρα λοιπὸν τὸ προκείμενον. Stephanus casus fingere solet eodem, quo Theophilus, modo. Stephanus ita, uti Theophilus, auditoribus in memoriam solet revocare ea, quae antea observaverat, verbo εἰρήκαμεν. Utrique communis est usus vocis ἆρα in quaerendo, et vocum καὶ λέγομεν· καὶ πάνυ, καὶ λέγομεν· οὐδαμῶς, vel vocum καὶ πάνυ, οὐδαμῶς, omissis verbis καὶ λέγομεν, in respondendo.

Indici accesserunt παραγραφαί, adnotationes ad textum Digestorum ipsum eiusque singula verba spectantes [11]). Verba textus, ad quae pertinent adnotationes, nonnunquam his praemittuntur [12]); regulariter autem in scholiis Basilicorum omissa sunt, quo casu videndum est, ad quaenam textus verba referendae sint. Cui labori ut supersedere possent alii, exemplum viri clarissimi Zachariae de L. in supplemento editionis Basilicorum propositum secutus in Manuali Basilicorum studui designare, ad quaenam textus Digestorum verba singula quaeque adnotatio pertineat. Varium est harum adnotationum argumentum. Modo attendere iubentur lectores ad principia iuris textu comprehensa, ad regulas iuris in textu propositas, ad textus verba notatu digna, quod fieri solet voce σημείωσαι, qua Stephanus in universum utitur, cum lectores ad aliquid notatu et quod memoria retineatur dignum vult attendere (σημειώσεις) [13]); modo animum advertere iubentur lectores ad ea, quae in indice vel in ipso Digestorum textu dicta sunt, quod fit verbis βλέπε, πῶς εἶπον, βλέπε, πῶς ἐθεμάτισα, βλέπε, τί φησιν; modo loci, qui contradicere videntur, indicantur et dubitationes inde oriundae removentur, quod fit verbis μὴ ἐναντιωθῇ σοι, βλέπε, μή σοι ἐναντιωθῇ, μὴ συναρπαγῇς, μὴ νομίσῃς ἐναντίον εἶναι et similibus; modo lectoribus in memoriam ea revocantur, quae alibi ad rem, qua de quaeritur, pertinentia dicta sunt, quod fit verbis ἔμαθες, οἶδας, οἶδας μαθών, ἔγνως, ἔγνωμεν, μέμνησο; modo loci similes vel in universum qui ad rem propositam facere viderentur, laudantur, quod fit voce ἀνάγνωθι; modo accuratius definitur id, quod in textu dictum est, quod fit verbis τοῦτο νόησον, τοῦτο ἐν ᾧ κ. τ. λ. τουτέστιν; modo casu proposito quod in textu dictum est, illustratur, quod fit verbis τί γὰρ ὅτι, θεμάτισον, ὑπόθου, θὲς γὰρ et similibus.

Ex tota indole tam indicis, quam adnotationum, qualem descripsimus, inprimis ex interrogationum et responsionum indole apparet, Stephani commentarium ad Digesta ex scholis ab eo de Digestis habitis prodiisse,

---

4) His verbis in laudandis Digestorum locis rarissime Stephanus utitur, veluti in Sch. Καλῶς III. 374. „ὡς πανταχοῦ μὲν ἀνήνεκται, μάλιστα δὲ ἐν τῷ δ΄. τῶν δὲ ῥέβους βιβ. τιτ. de peculio διγ. μα΄. 5) Eiusmodi interrogationes et responsiones reperiuntur in Basilicorum scholiis I. 367. 370. 378. 398. 575. 583. 607. 666. 735. 754. 762. II. 3. 15. 40. 80. 96. 113. 117. 180 sq. 337. 535. 542. 577. 583. 599 sq. 603. 614. 615. 620. 622. 628. 629. 635. 638. 641. 677. 711. 718. III. 53. 152. 153. 180. 203. 356. 380. 383. 386. 388. 402. 408. IV. 2. 3. 25. 193. 248. V. 429. 434. 439. Suppl. ed. Basil. p. 78. 105. 167. 168. 173. 179. 181. 198. 227. 6) In editionibus Basilicorum haec sigla non recte reddita est voce ἐρώτησις. Nonnunquam quaestio incipit verbo ἠρωτήθη, veluti Sch. I. 583. 7) Cf. Sch. I. 370. 398. 583. 607. II. 15. 40. 80. 96. 113. 17. Suppl. p. 78. 105. et passim. 8) Sic initium quaestionis est: Ἆρα, responsionis: Στεφάνου in Sch. II. 3.; initium quaestionis: Ἀπορία, responsionis: Λύσις Στεφάνου in Sch. I. 378. II. 542. vel Ἀπόκρισις in Sch. I. 666.; initium responsionis: Λύσις in Sch. II. 583. vel Ἀπόκρισις Στεφάνου in Sch. III. 386 sq. vel Καὶ πάνυ in Sch. II. 110. 9) Sch. 173. Suppl. p. 227. „Λεόντιος ἠρώτ." Sch. II. 451. „Λέοντος Ἀναζαρβέως ἐρώτησις." Sch. III. 402. „Λέων ἠρώτ." Sch. II. 180. „Ἰουλιανὸς ἠρώτησεν." 10) Initium eiusmodi quaestionum esse solet εἶπας vel πῶς εἶπας, veluti Sch. I. 367. 370. III. 152. 153. 11) Interdum his adnotationibus vox παραγραφή praemittitur, veluti in Sch. IV. 23. 29. 185. 186. 188. 192. 193. 195. 198. 202. 207. 216. 224. 230. 236. Plerumque tamen haec vox omittitur. 12) Sic Sch. Praeiudicium I. 372. Sch. Στεφ. Vel capitalium II. 105. Sch. Στεφ. Morte mandatoris II. 105. Sch. Sine culpa tua II. 108. Sch. Contra fore II. 109. Sch. Στεφ. Tradidero II. 110. Sch. Consistit obligatio II. 110. Sch. Στεφ. Morte quoque II. 111. Series adnotationum, quibus textus latini verba, ad quae pertinent, praemittuntur, extat in Sch. Στεφ. II. 113. 13) Sch. II. 8. „Καὶ τοῦτο δῆλον ἀπὸ τῆς τοῦ Κυρίλλου ἐκδόσεως καὶ τῆς τοῦ Στεφάνου σημειώσεως· ἔχει γὰρ ἡ Στεφάνου σημείωσις οὕτως· σημείωσαι κ. τ. λ." Pro voce σημείωσαι Stephanus nonnunquam utitur verbis ἰδοὺ ἐνταῦθα, ἰδοὺ ἐνταῦθα σημείωσαι, ἰδοὺ σημείωσαι, ἴσθι.

Utrum vero Stephanus hunc commentarium eadem, quam in scholis habuit, forma ediderit, an per auditores, qui praelectiones eius chartae mandarunt, fuerit propagatus, certo non ausim definire. Forma et indoles operis pro utroque loquitur. Pro ea, quam ultimo loco posuimus, sententia argumentum desumserit quis exinde, quod in Basilicorum scholiis nonnunquam praeter Stephani indicem alius indicis reperiuntur fragmenta, qui Cyrilli esse nequit, unde haud scio an derivare quis potuerit, indicis Stephani diversas fuisse editiones exinde ortas, quod ab auditoribus eius volumina in scholis ab eo habitis conscripta fuerint promulgata. Sed iam supra, cum de Dorotheo verba fecimus, pedibus ivimus in Zachariae de L. sententiam existimantis, indices ad Digestorum lib. II. tit. 14. 15. in scholiis ad Basil. lib. XI. tit. 1. 2. e Codice Paris. 1352. a Fabroto editos Dorotheo tribui oportere. Sic etiam index L. 34. D. I. 3.[14]), qui praeter indicem Stephani[15]) extat, Dorotheo est tribuendus. Idem sentio de indice L. 11. D. III. 1.[16]), quem Dorotheo tribuerim, cum alter eiusdem fragmenti index [17]) haud dubie sit Stephani. Indices diversi L. 49. D. XVII. 1. extant in scholiis ad Basil. lib. XIV. tit. 1. e Codice Coislin. 152. editis[18]), quorum alterum Stephano, alterum Theophilo tribuendum censeo.

Stephanus in indice saepe laudare solet Iureconsultos paulo ante defunctos, prae ceteris Theophilum[19]), nonnunquam Thalelaeum[20]) et Dorotheum[21]), quos omnes *μακαρίτας* appellat.

Quaeritur, utrum Stephani index totum Digestorum opus fuerit complexus, an nonnisi partem. Zachariae de L. indicem ad eas nonnisi Digestorum partes et libros singulares, qui quaeve ex iuris docendi ratione a Iustiniano sancita in scholis exponebantur, spectasse arbitratur, eiusque sententiae valde probabilia attulit argumenta, ita ut ei adstipulari nullus dubitem. Tam in scholiis Basilicorum, quam in Synopsi et in *Πεῖρα* index et adnotationes Stephani ad hos Digestorum libros et titulos exhibentur: Lib. I. tit. 3. 5. Lib. II. tit. 2. 14. 15. Lib. III. tit. 1—6. Lib. IV. tit. 5. Lib. V. tit. 2—6. Lib. VI. tit. 1—3. Lib. VII. tit. 1—9. Lib. IX. tit. 4.[22]) Lib. X. tit. 2. 3. 4. Lib. XI. tit. 1.[23]) Lib. XII. tit. 1—6. Lib. XIII. tit. 1. 6. 7. Lib. XIV. tit. 3—6. Lib. XV. tit. 1—4.[24]) Lib. XVI. tit. 3. Lib. XVII. tit. 1. 2. Lib. XVIII. tit. 1. 2. 3. 7.[25]) Lib. XIX. tit. 1. 2. 4.[26]) Lib. XX. tit. 1. 4. Lib. XXI. tit. 1—3.[27]) Lib. XXII. tit. 1.[28]) Lib. XXIII. tit. 1—5. Lib. XXVI. tit. 7.[29]) Ad Dig. lib. XXVIII., qui est primus liber libri singularis de testamentis, fragmenta indicis Stephani supersunt nulla. Imo ad Dig. lib. XXVIII. tit. 3., qui Basil. lib. XXXIX. tit. 3. continetur, in scholiis excerptus est index Cyrilli. Ad Dig. lib. XXX., primum libri singularis de legatis et fideicommissis, qui Basil. lib. XLIV. tit. 1. conti-

---

14) Sch. *Ἡνίκα* I. 39. 15) Sch. *Στεφ.* I. 39. 16) Sch. *Ἄλλη ἑρμηνεία* I. 333. 17) Sch. *Ἑρμηνεία. Ὁ ἡμέτερος* I. 333. 18) Sch. *Τινὸς δεσπόσαντος* II. 129. Sch. *Τίτιος* II. 130. 19) Sch. I. 399. II. 533. 534. 538. 553. 554. 555. 558. 579. 580. 595. 596. 621. 625. 626. 636. 642. IV. 236. V. 436. Suppl. p. 181. 20) Sch. I. 763. II. 489. V. 445. 21) Sch. I. 763. II. 579. 608. Suppl. p. 192. 193. 199. Etiam Sch. *Ὁ Ἰσίδωρος* huc videtur pertinere; nam pro *Ἰσίδωρος* legendum est *Δωρόθεος*, ut iam vidit Zachariae de L. in: Krit. Jahrb. 1844. p. 809. 22) Ad Dig. lib. IX. tit. 1. 2. 3. in Basilicorum scholiis excerptus est index Dorothei, quod tam patet ex eo, quod ad tit. 2. plura scholia ad Basil. lib. LX. tit. 3. extant Dorothei nomine insignita, quam ex eo, quod alia scholia versionem fragmentorum sub his Digestorum titulis repositorum fere *κατὰ πόδα* factam continent, cuiusmodi erat versio Dorothei. Stephanum tamen etiam ad Digestorum lib. IX. tit. 2. scripsisse, probant Sch. *Ἐπειδὴ* V. 279. et Sch. *Ἠλευθερώθη* ibid., ubi Stephanus ad L. 15. pr. et L. 16. D. IX. 2. ab Anonymo laudatur. Causas, cur scholiorum antiquorum compilatores ad Dig. lib. IX. tit. 1. 2. 3. Dorothei indicem potius excerpserint, quam Stephani, supra, cum de Dorotheo sermo esset, exposui. 23) Ad Dig. lib. XI. tit. 3. 4. 5. 6. dubium est, utrum in Basilicorum scholiis Stephani an Dorothei index excerptus sit. Equidem magis in Dorotheum inclino, tam ob indolem fragmentorum indicis, quae versionem fere *κατὰ πόδα* continent, quam ideo, quod in Sch. *Δωροθ.* V. 407. ex indice Dorothei laudantur verba *τοῖς τῆς πόλεως στρατηγοῖς*, quae reperiuntur in indice L. 1. §. 6. D. XI. 4. (Sch. *Ἐπειδὴ* V. 408.) 24) Ad Dig. lib. XII. XIII. XIV. XV. in scholiis Basilicorum nonnisi adnotationes Stephani reperiuntur; index autem regulariter praetermissus est, modo protheoriam ad L. 40. D. XII. 1. in Sch. *Στεφάνου* II. 633. exceperis. Index, qui regulariter ad hos libros exhibetur, est Cyrilli. Scholiorum compilatores ad hos Digestorum libros copiam indicis Stephani habuisse exinde sequitur, quod permultae adnotationes Stephani in scholiis supersunt, et adnotationes cum indice unum idemque opus effecerunt, uti colligi ex eo potest, quod Stephanus in adnotationibus nonnunquam ad dicta a se in indice provocat. Consulto scholiorum compilatores indicem Stephani non videntur omisisse, cum ad alios Digestorum libros regulariter tam indicem, quam adnotationes Stephani excerpserint, neque intelligatur, quid causae fuerit, cur ad dictos Digestorum libros idem non fecerint. Dixerit quispiam, librariorum incuriae et negligentiae, quos describere taedebat locos ex indice Stephani eo potissimum tempore, quo librorum iuris Iustinianei usus Basilicorum auctoritati in foro cesserat, id esse tribuendum. Ingenue tamen fateor, ne hanc quidem rationem sufficere videri ad explicandam indicis Stephani ad Digestorum libros XII—XV. in Basilicorum scholiis praetermissionem. Nam si causa indicis omittendi librariis fuisset auctoritas, quae Basilicis prae iure Iustinianeo tribuebatur, tam Stephani adnotationes, quam fragmenta ex aliis antiquorum Iureconsultorum libris, puta ex indice Cyrilli, debuissent praetermittere, quod tamen non fecerunt. Praeterea coniecturae antea propositae obstat, quod in iisdem Codicibus manuscriptis ad alios Digestorum libros index Stephani cum adnotationibus exhibetur, in quibus ad titulos ex Digestorum lib. XII—XV. desumtos Stephani index desideratur. Sic verbi causa in Codice Coislin. 152. index Stephani cum adnotationibus ad Dig. lib. II. tit. 14. 15. lib. X. tit. 3. lib. XV. tit. 3. lib. XVII. tit. 1. 2. exhibetur, ad Dig. lib. XIII. tit. 6. autem omittitur et solae adnotationes exhibentur. In Codice Constantinopolitano, ex quo Zachariae de L. Basilicorum lib. XV—XVIII. cum scholiis edidit, index Stephani cum adnotationibus ad Dig. lib. III. tit. 5. lib. VI. tit. 1. 2. lib. VII. tit. 1—9. extat, ad lib. XIV. tit. 3—6. lib. XV. tit. 1—4. omittitur et solae adnotationes exhibentur. Denique summa auctoritas, qua Stephanus prae reliquis suae aetatis Iureconsultis apud posteros fruebatur, in eo conspicua, quod tam a recentioribus Basilicorum scholiastis, quam ab aliis ad eius sententiam provocatur, non admittit coniecturam paulo ante propositam de indice ad dictos Digestorum libros librariorum negligentia et taedio scribendi praetermisso, qui profecto, etsi non Anonymi adnotationes ad summam Digestorum, quippe quae commentarii locum ad Basilicorum textum ipsum obtinerent, at tamen Cyrilli indicem potius, quam Stephani, praetermisissent. Quae cum ita sint, causa praetermissi indicis Stephani ad dictos Digestorum libros certe in neglegentia eorum librariorum, qui Codices Basilicorum hactenus superstites scripserunt, non est quaerenda, sed antiquiori tempori hoc debet vindicari. Uti enim inter Codices Basilicorum superstites reperiuntur, qui nonnisi textum Basilicorum continent, ita etiam potest cogitari, eos, qui Codices, quibus scholia continebantur, descripserunt, ex scholiis antiquis modo hoc, modo illud praetermisisse, maxime cum scholia a libris Iureconsultorum seculi sexti desumta non publica auctoritate fuerint Basilicis adiecta. 25) Quae ad Dig. lib. XVIII. extant indicis et adnotationum reliquiae, cum Basil. lib. XIX. perierit, ex aliis fontibus, maxime Synopsi et *Πεῖρα* supersunt. 26) Ad L. 24. pr. D. XIX. 1. adnotatio Stephani laudatur in Sch. *Ζήτει* V. 892. 27) Ad Dig. lib. XXI. tit. 1—3. fragmenta nonnulla indicis et adnotationum in Synopsi et *Πεῖρα* supersunt a Zachariae de L. in Suppl. edit. Basil. p. 274 sq. edita. 28) Ad Dig. lib. XXII. tit. 3—6. extant in Basilicorum scholiis fragmenta indicis, cuius indoles longe alia est, atque indicis Stephani. Quem indicem Dorotheo tribuendum censeo et causam, cur scholiorum antiquorum compilatores ad hos titulos usi non sint indice Stephani, video nullam. 29) Ad Dig. lib. XXVI. tit. 7. L. 57. pr. adnotationis Stephani verba laudantur in Sch. 15. II. 527. De reliquis iudicari nequit, cum Basil. lib. XXXVII. perierit.

nebatur, duo fragmenta indicis extant, quorum alterum Dorotheo, alterum Stephano tribuendum arbitror [30]). Quod ad lib. XXVIII. attinet, ex eo, quod indicis Stephani fragmentum extat nullum, derivari nequit, indicem ad eum librum non extitisse, cum Basil. liber XXXV., quo liber ille continebatur, perierit [31]), neque ex praetermissione indicis Stephani ad Dig. lib. XXVIII. tit. 3. sequitur, indicem ad hunc titulum non fuisse a Stephano scriptum, cum causa praetermittendi indicis alia esse possit. Ad Dig. lib. XXIV. tit. 2. 3. in Basilicorum scholiis excerptus est index Dorothei, et comparatio fragmentorum eius cum indicis fragmentis ad lib. XXV. tit. 1. 2. lib. XXVII. lib. XXIX. tit. 1. 5. in scholiis et in Synopsi conspicuis docet, ad hos Digestorum libros Dorothei indicem in scholiis esse excerptum. Quod argumento est, Stephani indice hos libros non fuisse comprehensos. Nam si Stephanus indicem ad hos libros scripsisset, haud dubie scholiorum antiquorum compilatores ipsius indice usi fuissent, quippe quem, ubi copia eius fuit, regulariter prae Dorothei indice adhibuerint. Ad reliquos Digestorum libros inde a libro XXXI., quotquot Basilicis continentur, scholiorum compilatores usi sunt indice Dorothei, uti supra, cum de Dorotheo egimus, probavimus. Ex quo sequitur, Stephanum in commentario hos Digestorum libros non fuisse complexum. Quae vestigia extant, Stephanum etiam ad hos libros scripsisse, aut nituntur interpolatione, aut alia ratione possunt explicari. Ita uno loco Stephanus Dig. lib. XLVIII. tit. 17. ut suas adnotationes laudare videtur [32]); sed verba *ἤγουν τὰς αὐτῶν παραγραφάς* argumento sunt, ea seriori tempore esse addita. Alio loco ad L. 134. §. 1. D. L. 17. Stephani adnotatio laudari videtur [33]). Sed scholiastes spectavit aut adnotationem Stephani ad L. 13. pr. D. XII. 1. (Sch. *Στεφάνου* II. 607.), ubi Stephanus L. 134. D. L. 17. laudat, aut Stephani adnotationem ad L. 55. D. XII. 6. (Basil. XXIV. 6. 55.), quem Basilicorum locum scholiastes simul cum Basil. II. 3. 134. th. 2. laudavit. Quibus ex omnibus argumentis cum Zachariae de L. persuasum mihi est, Stephani indicem libros Digestorum ex praeceptis Iustiniani in scholis exponendos nonnisi continuisse, scilicet lib. I—XXIII. XXVI. XXVIII. XXX., qui vocantur *τὰ πραττόμενα βιβλία*, quibus opponuntur libri in scholis non exponendi, *τὰ ἐξτραόρδινα βιβλία* [34]).

Praeterquam quod notavimus, scholiorum antiquorum compilatores in indice Stephani in scholiis reddendo non unam eandemque rationem tenuisse, cuius rei exemplum adduximus, quod in scholiis ad libros XII—XV. Basilicorum fragmenta indicis extent nulla, adnotationes autem Stephani satis multae exhibeantur, alia quaedam in Basilicorum scholiis, quod ad Stephani indicem attinet, occurrunt notatu digna. Ac primum quidem ad Basil. lib. XI. tit. 1. in Codice Coislin. 152. perpaucae exhibentur Stephani adnotationes; magnus autem earum numerus est ad Basil. lib. XI. tit. 2. lib. XII—XIV., sicuti et in Codice Constantinopolitano ad lib. XV—XVIII. Quod explicandum arbitror non ex eo, quod Stephanus ipse ad Dig. lib. II. tit. 14. pauciores adnotationes scripserit, vel ex eo, quod scholiorum antiquorum compilatores non omnes adnotationes in scholiis reddiderint, sed ex eo, quod qui antiquiores Codices descripserunt, multa omiserint. Deinde notandum est, indices locorum Digestorum e Stephani commentario in scholiis redditos perraro Stephani nomine designari, cum adnotationes Stephani nomen saepissime in fronte ferant. Ex quo derivaverit quispiam, recentiores scholiastas ignorasse, Stephanum esse indicis auctorem, ideoque nomen eius in indice designando omisisse. Quin etiam ex formula loquendi saepissime in scholiis obvia: „*πρόςκειται εἰς τὸ πλάτος* (cuius verba sequuntur) — *καὶ ἐξηγούμενος* vel *παραγραφόμενος ὁ Στέφανός φησιν*" colligendum quis existimaverit, auctores *τοῦ πλάτους* et adnotationum ad illud fuisse diversos. Nolim tamen ullam harum coniecturarum probare. Iam supra notavimus, Stephani indicem iam ab Enantiophane *τὸ πλάτος* appellari. Quae appellatio cum fuerit antiquissima, neque ignota esse poterat recentioribus scholiastis, atque ita, cum omnibus notum esset, voce *τοῦ πλάτους* Stephani indicem designari, factum est, ut in designandis indicis fragmentis Stephani nomen regulariter omitteretur, adnotationibus autem praeponeretur, quo ab aliorum, veluti Anonymi, adnotationibus discernerentur. Similiter in scholiis ex Dorothei indice haustis, modo ea, quae ad Digestorum lib. XXIV. tit. 2. 3. pertinent, exceperis, Dorothei nomen plerumque omissum est. Quod nulla alia causa arbitror explicandum, quam quod ad eos Digestorum libros, quos Stephani index non complectebatur, *τὸ πλάτος* esse Dorothei indicem omnibus notum erat, quippe qua appellatione iam Anonymus Dorothei indicem designasset. Tum notatu dignum est, indice Stephani nonnunquam plura contineri ad textum Digestorum pertinentia, quam quae Digestorum textu superstite exhibentur. Quod argumento est, Stephanum integriorem Digestorum textum habuisse. Ita inter L. 55. et 56. D. XIX. 2. in Basil. lib. XX. tit. 1. cap. 55. exhibetur versio graeca fragmenti, quod in textu Digestorum superstite desideratur [35]). Eiusmodi tamen fragmentum in dicto Digestorum titulo fuisse repositum patet ex eo, quod index eius a Stephano confectus in scholiis extat [36]).

Fragmenta indicis Stephani nonnunquam adeo in

---

30) Index L. 11. D. XXX. (Sch. *Ἐὰν ληγάτον* IV. 329.) et index L. 20. D. eod. cum adnotatione (Sch. *Ἐὰν πολλοὺς* IV. 331.) Primum scholium Dorotheum auctorem redolet, cum contineat versionem fere *κατὰ πόδα* conceptam; secundum Stephanum, quem praeterquam quod paraphrasis latior est nec *κατὰ πόδα* concepta, auctorem indicat formula loquendi ei consueta in adnotatione obvia *ταῦτα δὲ νόησον*. 31) Imo probabile est, Stephani indice etiam librum XXVIII. fuisse comprehensum, ex Sch. *Φησὶν* II. 397. Ibi dicitur, Inst. lib. II. tit. 10. et Basil. lib. XXXV. tit. 1. cap. 6. (lege 26.) dici, improbum nec testem esse in testamento, nec posse condere testamentum, et ad Inst. lib. II. tit. 10. provocatur, ubi disci possit, improbum ex Stephani interpretatione esse eum, qui ad subscribendum vocatus non venerit. Cum commentarii Stephani ad Institutiones scripti alias mentio non fiat, ex Basilicorum loco laudato colligo, scholiastam cogitasse de interpretatione Stephani ad L. 26. D. XXVIII. 1. sive Basil. XXXV. 1. 26., ubi, quis sit improbus et intestabilis, explicuit. 32) Stephanus in indice L. 33. §. 2. D. III. 3. T. I. p. 370. lin. 10. „*ἀνάγνωθι καὶ βιβ. μη΄. τιτ. α΄. διγ. γ΄. καὶ ι΄. καὶ ιγ΄. καὶ τιτ. ιζ΄. τὰ ὑποκείμενα τῷ τίτλῳ διγ. ἤγουν τὰς αὐτῶν παραγραφάς.*" 33) Sch. *Ζήτει* II. 607. „*Ζήτει βιβ. κδ΄. τιτ. ς΄. κεφ. νε΄. καὶ βιβ. β΄. τιτ. γ΄. κεφ. ρλδ΄. θεμ. β΄. καὶ τὴν ἐν αὐτῷ Στεφάνου παραγραφήν.*" 34) Cf. Zachariae de L. Prochir. p. 284. 35) Basil. XX. 1. 55. „*Ἐὰν ὁ δανειστὴς μισθώσῃ τῷ χρεώστῃ τὸ ἐνέχυρον, αὐτὸς μὲν ἔχει κατὰ τοῦ μισθωτοῦ ἀγωγήν, ὁ δὲ χρεώστης οὐκ ἔχει κατὰ τοῦ μισθώσαντος ἀγωγήν.*" 36) Sch. *Τοῦτο* II. 364. „*Τοῦτο λέγει, ὅτι ἐὰν ὁ δανεισάμενος παρὰ σοῦ ἐνεχυράσω σοι τὸν ἐμὸν ἀγρόν, καὶ τοῦτον μισθώσεις μοι, ἔῤῥωται ἡ μίσθωσις. ἀλλὰ σὺ μὲν ὁ δανειστὴς ἔχεις κατ' ἐμοῦ τὴν λοκάτη [ἢ τὴν ἐπὶ μισθώσεως ἀγωγήν], ἥτις ἔχει τὴν ἀπαίτησιν εἰς τὸ ἁπλοῦν καὶ μόνον· ἐγὼ δὲ ὁ χρεώστης δύναμαι κατὰ σοῦ τοῦ δανειστοῦ κινεῖν τὴν κονδούκτου. φησὶν οὖν ἐνταῦθα, ὅτι καλῶς ὁ δεβίτωρ [τουτέστιν ὁ χρεώστης] μισθοῦ-*

textu Basilicorum reposita reperiuntur, et quidem haec: 1) index L. 36. D. XXIII. 2. (Sch. *Οὔτε ὁ ἐπίτροπος* u. a. v. *ἡ κόρη* III. 207.) est Basil. XXVIII. 4. cap. 18.[37]); 2) index L. 37. D. XXIII. 2. est Basil. XXVIII. 4. cap. 19.[38]); 3) index L. 45. pr. §. 1—3. 5. 6. D. XXIII. 2. (Sch. *Τοῦτο τοῦ νόμου* III. 176.) est Basil. XXVIII. 4. cap. 21.[39]); 4) index L. 57. D. XXIII. 2. in *Πεῖρα* XLIX. 19. exhibetur ut *νόμος*[40]). Ante omnia notandum est, haec indicis Stephani fragmenta nonnisi ex titulo Digestorum de nuptiis in Basilicorum textum esse translata. Quam ob rem dubium est, utrum ab initio in Basilicorum textum fuerint recepta, an recentius in eum translata. Ac primum quidem nihil causae apparet, cur Basilicorum compilatores his in locis Stephani indicem Anonymi summae, quam regulariter in Basilicorum textum receperunt, praetulerint. Deinde, quamvis urgere nolim, compilatores fragmenta tituli Digestorum de nuptiis in Basil. lib. XXVIII. tit. 4. 5. sub duobus titulis, altero *περὶ γάμων καὶ διαθέσεως γάμων*, altero *περὶ κεκωλυμένων γάμων*, reposuisse, nonnulla tamen sunt, quae mira videntur, quaeque ex recentioribus interpolationibus et praetermissionibus malim explicare. Huc primum referendum est, quod sub Basil. lib. XXVIII. tit. 5. loci ex Codice desumti medios inter locos ex Digestis depromtos sunt collocati, quod alias compilatores perraro fecerunt[41]). Secundum est, quod series fragmentorum in Digestis, quam in Basilicis regulariter retinere solent compilatores, in dictis Basilicorum titulis turbata est, et leges, quae in Digestis antecedunt, in Basilicis postpositae sunt et vicissim. Dubito tamen, num huc etiam pertineat praetermissio plurium fragmentorum tituli de nuptiis in Basilicis. Omissae sunt L. 3. 8. 9. 11. §. 1—4. L. 17. 18. 21. 22. 23. 27. 30. 31. 39. §. 1. L. 43. §. 10—13. L. 44. pr. §. 1—7. L. 46. 47. 48. 49. 50. 51. pr. L. 53. 56. 58. 59. 61. 63. 65. §. 1. L. 67. §. 1. Quae fragmenta magis arbitror consulto a compilatoribus omissa, quam recentiori interpolationi eorum praetermissionem tribuendam. Ita videlicet L. 3., qua consobrinorum nuptiae permittuntur, omissa est, cum Basilicorum tempore, ut patet ex Basil. XXVIII. 5. 1. T. III. p. 198., probibitae fuerint hae nuptiae. Eandem ob causam omissa est L. 19. C. V. 4. L. 23. 27. 31. 43. §. 10—13. L. 44. pr. §. 1—7. L. 46—50. 58. omissae sunt ob ius novum, quod Iustiniani constitutionibus (L. 23. 28. C. V. 4.) continetur. L. 9. pr. omissa est ratione habita constitutionis Iustiniani (L. 25. C. V. 4.) Ut aperte dicam, quod sentio, loci ex indice Stephani in Basilicorum textum non ab ipsis horum compilatoribus translati, sed posteriori aetate ex scholiis antiquis in textu repositi videntur. Praeterquam enim quod vestigium indicis Stephani in Basilicorum textum translati aliud superest nullum, coniecturae propositae maximum ex eo derivo argumentum, quod textus Basil. XXVIII. 4. 18. convenit cum Sch. *Οὔτε ὁ ἐπίτροπος* III. 207.; summa autem L. 36. D. XXIII. 2. ab Anonymo confecta reperitur in Basil. XXVIII. 5. 22. Accedit, quod Stephani adnotatio ad L. 36. D. XXIII. 2. (Sch. *Σημείωσαι* III. 173.), quae in Sch. *Οὔτε ὁ ἐπίτροπος* III. 207. Stephani indici iuncta est, inter scholia reposita est T. III. p. 173., unde patet, etiam textum Basil. XXVIII. 4. 18. ab initio in scholiis fuisse repositum. Possit quis dicere, Anonymum fortasse in summam Digestorum hos locos ex indice Stephani recepisse ex eaque illos a Basilicorum compilatoribus in textum fuisse translatos. Cui tamen obstat tam consensus textus Basil. XXVIII. 4. 18. cum Stephani indice L. 36. D. XXIII. 2. in Sch. *Οὔτε ὁ ἐπίτροπος* III. 207. conspicuus, quam quod exemplum aliud indicis Stephani in summam Anonymi translati extat nullum.

Magna indicis Stephani pars ex Basilicorum scholiis restitui potest. Praeterea in Codice Paris. gr. 1351. fol. 250 b. et fol. 306 b. haec servata sunt fragmenta:

1) index L. 21. D. I. 3.

Στεφάνου. Διὰ τοῦτο οὐ χρὴ τῶν νομοθετουμένων ζητεῖν λογισμόν, ἐπειδὴ καὶ τὰ λίαν ὡμολογημένα διὰ τῆς τοιαύτης ἀμφιβολίας ἀνατρέπεται[42]).

2) adnotatio ad L. 17. D. XIV. 6.

Τοῦτο νόησον, φησὶ Στέφανος, φρονίμως, ἔνθα τοσαύτη ἐστὶν ἡ προίξ, ὅσην ἔδει ἐπιδοῦναι τὸν πατέρα[43]).

In indicis restitutione tentanda haec sunt observanda. Ac primum quidem singula indicis fragmenta in Basilicorum scholiis reposita non singulis Digestorum fragmentis respondent, sed unum indicis fragmentum saepe plura Digestorum fragmenta complectitur. Quod

---

ται τὸ οἰκεῖον παρὰ τοῦ κρεδίτωρος [τουτέστιν, παρὰ τοῦ δανειστοῦ]. Quae uncis inclusa sunt, Stephani non sunt, sed posteriori aetate addita. 37) Hunc indicem in Basil. XXVIII. 4. cap. 18. esse translatum docet comparatio dicti scholii cum hoc Basilicorum loco. Summa L. 36. D. XXVIII. 2. ab Anonymo confecta translata est in Basil. XXVIII. 5. cap. 22. 38) Loco Basilicorum laudato indicem L. 37. D. XXIII. 2. contineri, patet ex comparatione eius cum Basil. XXVIII. 5. cap. 23., ubi summa Anonymi longe brevior in Basilicorum textum recepta est. 39) Basil. XXVIII. 4. cap. 21. th. 4. 5. sive L. 45. §. 5. 6. D. XXIII. 2. ex indice Stephani haustam esse, sequitur ex Sch. *Τοῦτο τοῦ νόμου* III. 176., ubi Stephani index L. 45. §. 4. 5. init. exhibetur et in fine haec leguntur a recentiore quodam scholiasta addita: *ἄκοντα δὲ προσήκει νοεῖν τὸν μὴ ἰδικῶς συναινέσαντα ἐπὶ τῇ διαλύσει τοῦ πρὸς τὴν οἰκείαν ἀπελευθέραν καὶ τὰ ἑξῆς, ὡς ἐν τῷ Βασιλικῷ κεῖται.* Accedit, quod Basil. XXVIII. 5. cap. 25 longe brevior epitome L. 45. §. 6. D. XXIII. 2. exhibetur, quae ex Anonymi summa desumta est. Etiam themata 1. 2. cap. 2. Basil. XXVIII. 4. ex indice Stephani hausta esse, inde colligendum, quod eandem habent indolem, qualem themata 4. 5. ex eodem indice desumta, et a themate 3., quo summa §. 4. ab Anonymo confecta continetur, prorsus diversam. 40) Hic locus in *Πεῖρα* sic audit: „*Τερτοῦλλά τις τῷ πρὸς μητρὸς θείῳ συνήφθη συναινέσει τῆς οἰκείας μάμμης, μὴ νομίζουσα, παράνομον εἶναι τὸν γάμον. παίδων δὲ γενομένων καὶ μ΄. ἐνιαυτῶν παραδραμόντων ἡ γυνὴ μαθοῦσα τὴν πλάνην ἐδεήθη βασιλέως καὶ ἐδέξατο λόγον· Κινούμεθα καὶ τῷ μήκει τοῦ χρόνου, καθ᾿ ὃν τῷ πρὸς μητρὸς θείῳ συνήφθης, καὶ ὅτι συναινέσει τῆς μάμμης τὸν γάμον συνήλλαξας, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τῷ πλήθει τῶν ὑμετέρων παίδων τῶν ἐκ τοῦ τοιούτου συνοικεσίου. ὥστε ἐπειδὴ ταῦτα συνέδραμε, βέβαιον εἶναι τὴν κατάστασιν τῶν ὑμετέρων ψηφίζομεν παίδων τῶν ἐκ [τοῦ] τοιούτου συνελθόντων συνοικεσίου.*" Hunc indicem L. 57. §. 1. D. XXIII. 2. Stephano malim, quam Dorotheo tribuere. Nam Dorotheus more suo haud dubie nomina Imperatorum Divi Marci et Lucii, qui per Mensorem libertum Flaviae Tertullae rescripserunt, in versione sua reddidisset, nec casum, qui causam dedit rescripto, praetermisisset. In Basilicis quidem nostris hic locus non reperitur. Sed cum *Πεῖρα* hunc locum ut *νόμον* (*φησὶν ὁ νόμος· Τερτοῦλλά τις*), i. e. Basilicorum locum, designet, dubitari nequit, quin in Basilicorum textu fuerit repositus. Quod conditione hodierni libri XXVIII. Basilicorum non potest impugnari, cum tituli 4. et 5. illius libri videantur esse valde interpolati. 41) Sic indicem L. 5. 6. C. II. 1. inter summas L. 35. et 36. D. XII. 1. collocarunt Basil. XXIII. 1. cap. 36 37. 42) Versio haec est: *Stephani.* Ideo rationem eorum, quae constituta sunt, inquiri non oportet, quia etiam quae valde certa sunt, eiusmodi dubitatione subvertuntur. 43) Versio haec est: Hoc cum ratione intellige, ait *Stephanus*, cum dos tanta est, quantam dare patrem oportebat.

si est, cavendum est in restitutione, ne eiusmodi fragmentum in partes, quae singulis Digestorum fragmentis respondeant, dissecetur. Saepe etiam index unius Digestorum loci in plura fragmenta in scholiis est dissectus, quod in longioribus maxime Digestorum locis factum est, qui plures continent paragraphos. Quo casu haec fragmenta sunt coniungenda neque aliter separanda, quam cum Stephanum ipsum finem indicis alicuius loci fecisse aut adnotationes adiectae docent, aut initium indicis sequentis loci a verbis *εἰρήκαμεν, προθεώρησον, ἔχε ταῦτα ὡς ἐν προθεωρίᾳ* factum probat, Stephanum a novo quodam dicendi facere initium. Deinde quod ad *ἐρωταποκρίσεις* attinet, videndum est, ad quem Digestorum locum ad quamve eius partem pertineant, eaeque post indicem cuiusque loci, ad quem pertinent, sunt reponendae. Tum in adnotationibus quaeri oportet verba textus Digestorum, quae adnotatione illustrantur, eaque singulis adnotationibus praeponi, quod a Stephano ipso factum esse docent exempla adnotationum, quibus verba Digestorum, ad quae pertinent, in scholiis praefixa sunt. Ubi adnotatio quaedam non huic illive verbo textus, sed parti textus in universum illustrando inservit, indicari sufficit locum Digestorum vel eius paragraphum, cui adnotatio attribuenda est. Nomen Stephani in scholiis saepe praefixum in restitutione tentanda est omittendum.

Quodsi quaesiveris, quae in Manuali Basilicorum ipse praestiterim restitutioni indicis inservientia, haec respondeo. Quod ad indicem attinet, operam dedi, ut in fragmentis, quibus plures Digestorum loci continentur, indicaretur, quousque singuli Digestorum loci in indice tractarentur, id quod factum est ita, ut verba tam initialia, quam finalia indicarentur, veluti hoc modo:

L. 2. D. II. 14.
S t e p h. index L. 2. pr. §. 1. Sch. *Ἡ κομβεντίων* u. a. v. *πάκτου παραγραφῇ* I. 554.
L. 3.
S t e p h. index Sch. *Ἡ κομβεντίων* a v. *ἕτερόν ἐστιν* u. a. f. I. 554

Ubi index unius Digestorum loci in plura fragmenta reperitur in scholiis Basilicorum dissectus, haec fragmenta ad unum Digestorum locum spectantia coniungenda erant, ita tamen, ut indicaretur, quae paragraphi loci Digestorum singulo quoque fragmento continerentur. Quod factum est hac ratione:

L. 7. D. II. 14.
S t e p h. index L. 7. pr. §. 1 – 5. Sch. *Μαθὼν* I. 559 — 562.
§. 6. Sch. 13. init. a v. *εἰρήκαμεν* u. a. f. I. 566 — 568.
§. 7. 8. Sch. *Ἐντεῦθεν* I. 569.
§. 9 — 11. Sch. *Λέγει* I. 570 sq.
§. 12. Sch. *Ἔθος τοῖς ταβελλίωσιν* I. 571.
§. 13. Sch. *Ἐάν τις* I. 572.
§. 14. Sch. *Προθεώρησον* I. 572 sq.
§. 15. Sch. *Εἰ δὲ καὶ* I. 573.
§ 16. Sch. *Εἰρήκαμεν* I. 574.
§. 17. 18. Sch *Ἐὰν ὀκνοῦντι* I. 574. et Sch. *Ἐρώτησις* a v. *τὸ αὐτό φησιν* u. a. v. *πακτεύσασι* I. 675.

Quod ad adnotationes, in Manuali Basilicorum designavi tam Digestorum locos, ad quos singulae pertinent adnotationes, quam verba textus latina, quae adnotationibus illustrantur, hoc modo:

L. 7. D. III. 6.
S t e p h. adnot. ad L. 7. pr. v. e g o d e d i s s e i n t e l l i g o r Sch. *Καὶ ἐγὼ* V. 232.
ad v. t u n c e t i p s u m — p o s s e Sch. *Καὶ οὐκ* u. a. v. *τοῦ παρόντος τιν.* V. 232.
ad §. 1. v. e t p a t r i a c t i o d a n d a e s t Sch. *Κἀγὼ* V. 233.
ad v. i n i p s u m i u d i c i u m d a b i t u r Sch. *Τοῦτο νόησον* V. 233.
ad v. m e i n q u a d r u p l u m a g e r e p o s s e Sch. *Ἐξωτικὸν* V. 233.

Ubi ad eundem Digestorum titulum tam index, quam adnotationes in scholiis reperiuntur, fragmenta indicis ab adnotationibus ita distinxi, ut indicis fragmenta ad eundem Digestorum locum spectantia sub lit. a., adnotationes autem sub lit. b. reponerem, hoc modo:

L. 7. D. V. 3.
S t e p h. a) index L. 7. pr. §. 1. 2. Sch. *Ἐνεστήσατο* IV. 188 — 190.
b) adnot. ad L. 7. pr. v. p r a e i u d i c i u m Sch. *Κυρίλλ.* a v. *πρόκριμα νόησον* IV. 191.
ad §. 1. v. s i n o n c o n t e s t e t u r Sch. *Εἰ μήτε* IV. 191.
ad v. s i q u i d e m p o s s e s s o r, a u d i e n d u m. Sch. *Νῦν γὰρ* IV. 191.
ad v. p e r q u i n q u e n n i u m Sch. *Ἔγνως* IV. 191.
ad v. m o d i c u m t e m p u s Sch. *Μὴ πλέον* IV. 191.
ad v. i n t r a q u o d — f u n g i Sch. *Δηλονότι* IV. 191.
ad v. n e u l l u m a d m i n i c u l u m e t c. Sch. *Τοῦτο* IV. 192.

§. 5. A n o n y m i c o m m e n t a r i u s [1]).

Anonymus versionem Digestorum *κατ᾽ ἐπιτομὴν* cum adnotationibus edidit, cuius indoles ita potest describi, ut inter versiones Cyrilli et Dorothei medium quodammodo obtineat locum, cum longior sit versione Cyrilli, brevior versione Dorothei. Digestorum loci in collectione constitutionum ecclesiasticarum et in Nomocanone XIV titulis constante laudati inter se conveniunt, iidemque rursus cum Basilicorum textu conspirant, unde patet, eiusdem Digestorum versionis in his omnibus usum fuisse [2]). Atque haec versio est Anonymi. Eam enim in Basilicorum textum esse translatam haec sunt argumento. Ac primum quidem in scholiis Basilicorum recentioribus

1) Cf. Z a c h a r i a e d e L. in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 804. 805. M o r t r e u i l, Hist. du droit Byzant. T. I. p. 135 sq. 2) Optime hoc apparebit ex Manuali Basilicorum, in quo ad singulos Digestorum locos notatum invenies, Anonymi versionem in Basilicorum textum transiisse, et locos tam collectionis constitutionum ecclesiasticarum, quam Nomocanonis convenientes indicatos reperies.

verba versionis Anonymi nonnunquam laudantur, eademque in Basilicorum textu reperiuntur[3]). Deinde verba locorum ex Digestis ab Anonymo et Enantiophane laudatorum cum Basilicorum textu ad verbum conveniunt[4]). Tum loci Digestorum, qui versione Anonymi non continebantur, neque in Basilicorum textum translati sunt[5]), sicuti etiam verba nonnulla versionis Anonymi in uno Basilicorum Codice omissa, in altero reperiuntur[6]). Porro in adnotationibus Anonymi saepe verba versionis laudantur, quae eadem sunt cum Basilicorum textu[7]). Denique fragmenta versionum Dorothei, Stephani, Cyrilli in scholiis Basilicorum servata argumento sunt, nullam harum versionum, paucis locis exceptis, in Basilicorum textum esse translatam. Quibus ex omnibus licet appareat, Anonymi versionem in Basilicorum textum esse receptam, nonnunquam tamen Basilicorum compilatores etiam ex aliis Digestorum versionibus Basilicorum textum desumserunt. Ita nonnullos Basilicorum locos ex indice Cyrilli esse depromtos ipsa Basilicorum scholia docent[8]). Etiam ex indicibus Dorothei et Stephani loci in Basilicorum textum recepti sunt, uti, cum de horum commentariis sermo fuit, demonstravimus.

Versio Anonymi non pure in Basilica translata, sed saepius interpolata est. Nam verba artis, nomina actionum latina, regulae iuris in Basilicis graece redditae et transformatae sunt. Anonymum in versione verba artis, actionum nomina latina, regulasque iuris latinas retinuisse, patet tam ex fragmentis huius versionis in collectione constitutionum ecclesiasticarum lib. II. servatis, quam ex ipsius Anonymi adnotationibus[9]).

Adnotationes (*παραγραφαί*) ab Anonymo versioni Digestorum iunctae modo ad verba textus latina, modo ad versionis verba pertinent. Varium est earum argumentum. Aut enim loci similes laudantur, quod fieri solet verbis *ἀνάγνωθι*, *ὁμοίως*, *ὅμοιον*, *εἴρηται*; aut loci laudantur de eadem materia agentes, quod fit verbis *περί*, *οὕτως ἔγνως*; aut ratio redditur eorum, quae in textu dicta sunt, verbis *διὰ τὸν κείμενον λογισμόν*, *διὰ τὸν κανόνα τὸν λέγοντα*, *ἔγνως γάρ*, vel alio verbo sequente particula *γάρ*; aut loci notantur, qui obstare videntur, quod fit verbis *καίτοι*, *καὶ μήν*, *ἐν τῷ*, *εἴρηται δέ*, *φησὶ δέ*; aut locus designatur, ubi regula iuris in textu posita reperiatur, quod fit verbis *ἔχεις τὸν κανόνα*, *κεῖται ὁ κανών* et similibus. In adnotationibus Anonymus saepe rationem habet indicum Dorothei et Stephani; et quidem indicis Stephani ad eos Digestorum libros, ad quos Stephanus indicem ediderat, indicis autem Dorothei ad eos libros, qui Stephani indice non continebantur. Omnino Anonymus utriusque indicem, cum suam versionem cum adnotationibus conficeret, videtur ante oculos habuisse. Quod ad Stephani indicem attinet, colligi hoc potest ex eo, quod Anonymus quae Stephanus in adnotationibus fusius exposuerat, in suis adnotationibus brevibus complecti ac repetere solet, sicuti et locos a Stephano laudatos denuo repetit[10]). Ex ratione adnotationum Stephani ab Anonymo habita explicandum est, Anonymi

3) Exempla sunt haec: a) Sch. *Ὁ Ἀνώνυμος* IV. 126. „*Ὁ Ἀνώνυμος οὕτως ἔχει· κεχρεώστηται ἄλλα κε΄. καὶ τοὺς καρποὺς τῶν ν΄. τυχὸν ἄλλα πέντε νομίσματα· ἐκ τούτων τῶν λ΄. νομισμάτων οὐ μὲν δίδως δ΄. μέρη, ὁ δὲ Πέτρος τρία.*“ Verba Anonymi laudata reperiuntur in Basil. XLI. 1. 87. th. 4. b) Sch. *Ὁ Ἀνώνυμος* V. 226. „*Ὁ Ἀνώνυμος οὕτως ἔχει· ὑπόκειται δὲ καὶ τῷ Ἰουλίῳ ῥεπετουνδάρουμ, εἴτε πρὸ τοῦ συστῆναι τὴν δίκην, εἴτε μετὰ ταῦτα λάβῃ.*“ Basil. LX. 1. 1. th. 2. 3. „*ὑπόκειται δὲ καὶ τῷ νόμῳ κατὰ ἀρχόντων ἢ δικαστῶν ἢ συνέδρων ἐν δίκῃ κεκλοφότων, εἴτε πρὸ τοῦ συστῆναι τὴν δήκην, εἴτε μετὰ ταῦτα λάβῃ.*“ Facile quisque videt, verba Anonymi *τῷ Ἰουλίῳ* repetundarum a Basilicorum compilatoribus esse mutata in *τῷ νόμῳ κατὰ ἀρχόντων ἢ δικαστῶν ἢ συνέδρων ἐν δίκῃ κεκλοφότων*. c) Sch. *Ὁ Ἀνώνυμος* V. 234. „*Ὁ Ἀνώνυμος οὕτως ἔχει· καὶ τῇ ἰμφάκτουμ ὑπόκειται καὶ πρὸς τὸ ἁμάρτημα τιμωρεῖται.*“ Basil. LX. 1. 8. „*εἰς τὸ ἁπλοῦν ὑπόκειται καὶ πρὸς τὸ ἁμάρτημα τιμωρεῖται*“, ubi verba Anonymi *τῇ ἰμφάκτουμ* a Basilicorum compilatoribus mutata sunt in *εἰς τὸ ἁπλοῦν*. 4) Conferas hos Digestorum locos ab Anonymo et Enantiophane laudatos cum textu Basilicorum: L. 27. (§. 2.) D. II. 14. (Sch. I. 165.) — Basil. XI. 1. 27. th. 3. L. 3. D. III. 8. (Sch. III. 272.) — Basil. VIII. 2. 8. L. 57. D. V. 1. (Sch. III. 301.) — Basil. VII. 5. 56. L. 8. D. XII. 4. (Sch. III. 178.) — Basil. XXIV. 1. 8. L. 5. D. XII. 7. (Sch. III. 178.) — Basil. XXIV. 8. 5. L. 13. 30. 31. 40. D. XXIII. 3. (Sch. III. 400.) — Basil. XXIX. 1. cap. 9. 26. 27. 36. L. 9. pr. §. 1. D. XXIII. 5. (Sch. III. 384.) — Basil. XXIX. 6. 9. L. 14. (§. 3.) D. XXIII. 5. (Sch. III. 349.) — Basil. XXIX. 6. 14. th. 4. L. 19. D. XXIV. 3. (Sch. III. 399.) — Basil. XXVIII. 8. 19. L. 24. (§. 2.) D. XXIV. 3. (Sch. III. 390.) — Basil. XXVIII. 8. 63. th. 6. L. 27. D. XXIV. 3. (Sch. III. 492.) — Basil. XXVIII. 8. 27. L. 66. (§. 5.) D. XXIV. 3. (Sch. III. 400.) — Basil. XXVIII. 8. 63. th. 6. L. 5. (§. 4.) D. XXVII. 9. (Sch. III. 349.) — Basil. XXXVIII. 9. 5. L. 2. (§. 5.) D. XLIV. 4. (Sch. III. 258.) — Basil. LI. 4. 2. th. 6. L. 4. (§. 7.) D. XLIV. 4. (Sch. I. 688.) — Basil. LI. 4. 4. th. 8. L. 4. (§. 24.) D. XLIV. 4. (Sch. III. 732.) — Basil. LI. 4. 4. th. 28. L. 23. D. XLIV. 7. (Sch. II. 619.) — Basil. LII. 1. 22. L. 27. D. XLIV. 7. (Sch. III. 288.) — Basil. LII. 1. 26. L. 36. D. XLIV. 7. (Sch. III. 310.) — Basil. LII. 1. 35. L. 41. (pr.) D. XLIV. 7. (Sch. II. 677.) — Basil. LII. 40. th. 1. L. 42. (pr.) D. XLIV. 7. (Sch. IV. 167.) — Basil. LII. 1. 41. th. 1. L. 44. (§. 5. 6.) D. XLIV. 7. (Sch. IV. 90.) — Basil. LII. 1. 44. th. 2. 3. L. 61. (§. 1.) D. XLIV. 7. (Sch. IV. 577.) — Basil. LII. 1. 60. th. 1. L. 19. D. XLVI. 3. (Sch. I. 599.) — Basil. XXVI. 5. 19. L. 34. (pr.) D. XLVI. 3. (Sch. I. 599.) — Basil. XXVI. 5. 34. L. 78. D. XLVI. 3. (Sch. II. 628.) — Basil. XXVI. 5. 78. L. 86. D. XLVI. 3. (Sch. I. 366.) — Basil. XXVI. 5. 86. L. 11. (§. 2. 3.) D. XLVI. 4. (Sch. I. 611.) — Basil. XXVI. 6. 11. th. 2. L. 63. D. XLVII. 2. (Sch. II. 447.) — Basil. LX. 12. 63. L. 2. (§. 4.) D. XLVIII. 5. (Sch. III. 280.) — Basil. LX. 37. 4. th. 4. L. 13. (§. 5.) D. XLVIII. 5. (Sch. III. 280.) — Basil. LX. 37. 15. th. 4. L. 43. D. XLVIII. 5. (Sch. IV. 543.) — Basil. LX. 37. 44. L. 1. (§. 13.) D. XLVIII. 16. (Sch. II. 449 sq.) — Basil. LX. 1. 10. L. 43. D. XLVIII. 19. (Sch. I. 332.) — Basil. LX. 51. 39. L. 10. (§. 1.) D. XLVIII. 20. (Sch. III. 273.) — Basil. LX. 52. 10. th. 2. L. 1. D. XLIX. 5. (Sch. I. 381.) — Basil. IX. 1. 35. L. 57. D. L. 16. (Sch. I. 584.) — Basil. II. 2. 54. L. 68. D. L. 16. (Sch. I. 731.) — Basil. II. 2. 65. L. 75. D. L. 16. (Sch. II. 714.) — Basil. II. 2. 72. L. 226. D. L. 16. (Sch. II. 114.) — Basil. II. 2. 218. L. 244. D. L. 16. (Sch. II. 447.) — Basil. II. 2. 235. L. 91. D. L. 17. (Sch. IV. 85.) — Basil. II. 3. 91. L. 117. D. L. 17. (Sch. III. 414.) — Basil. II. 3. 117. L. 128. (§. 1.) D. L. 17. (Sch. III. 414.) — Basil. II. 3. 128. th. 1. L. 144. (pr.) D. L. 17. (Sch. II. 396.) — Basil. II. 3. 144. th. 1. L. 171. D. L. 17. (Sch. IV. 201.) — Basil. II. 3. 171. L. 197. D. L. 17. (Sch. II. 396.) — Basil. II. 3. 197. 5) Sic L. 27. §. 6. D IX. 2. dicitur deesse apud Anonymum in Sch. 25. V. 290. „*τοῦτο δὲ τὸ θέμα κεῖται ἐν τῇ τοῦ Κυρίλλου ἐκδόσει, οὐ μὴν δὲ καὶ ἐν τῷ Ἀνωνύμῳ*“, idemque Digestorum locus in Basil. LX. 3. 27. V. 290. desideratur. 6) In Codice Coislin. 152. Basil. XI. 1. 14. sic exhibetur: *τὸ σύμφωνον τῶν μαγίστρων καὶ ὠφελεῖ καὶ βλάπτει.* In Sch. *Πρόσκειται* I. 584. dicitur apud Anonymum additum esse *τῶν ἑταιρειῶν*, scilicet post vocem *μαγίστρων*, his verbis: *Πρόσκειται εἰς τὸν Ἀνώνυμον τῶν ἑταιρειῶν.* In Codice Paris. 1352. illud *τῶν ἑταιρειῶν* additum reperitur. 7) Sic in Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* I. 397. ex summa L. 72. D. III. 3. (Basil. VIII. 2. 68.) laudantur verba *οὐκ ἀεί*; in Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* I. 553. ex summa L. 1. §. 2. D. II. 14. (Basil. XI. 1. 2.) verba *εἰς ταὐτόν*. Cf. et Sch. 15. *Ἀνωνύμου* IV. 488. 8) Cf. Sch. 1. III. 719. Sch. *Τὸ παρὸν* IV. 120. 9) Cf. Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* II. 556. „*διὰ τὸν κανόνα τὸν λέγοντα*, noxa caput sequitur.“ Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* I. 376. „*ἐπὶ τῆς* rerum amotarum *εἴρηται.*“ Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* I. 381. „*καὶ* in rem suam *ἀλλοτρίαν κινεῖ ἀγωγήν.*“ Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* I. 382. „*τὴν* iniuriarum.“ 10) Veluti Sch. *Τοῦ Ἀνων.* II. 639. coll. Sch. 17. *Στεφάνου* ibid. Sch. *Τοῦ Ἀνων.* I. 553. coll. Sch. Steph. *Καλῶς* ibid. Sch. *Τοῦ Ἀνων.* III. 359. coll. Sch. *Παραγραφή* ibid. Sch. *Τοῦ Ἀνων.* III. 360.

adnotationes, quatenus Stephani adnotationes suppetebant, esse breviores, cum Anonymus Stephani adnotationes sufficere existimaret. In reliquis Digestorum libris, ad quos Stephani index non pertinebat, Anonymus Dorothei indicis rationem habuit[11]), ita ut adeo ad eius verba adnotationes faceret[12]). Unde etiam explicandum est, Anonymi adnotationes ad hos libros esse plures et uberiores, cum Dorothei adnotationes videantur rariores fuisse. Nec vero in scholiis Basilicorum antiquis ad omnes Digestorum libros adnotationes Anonymi extant[13]). Quod utrum scholiorum antiquorum compilatoribus ipsis, an librariorum incuriae et negligentiae, quippe qui adnotationes praetermiserint, tribuendum sit, in incerto est relinquendum. In adnotationibus Anonymus saepe ad ea provocat, quae alio loco adnotavit[14]).

Utrum versio Anonymi cum adnotationibus ex interpretatione Digestorum in scholis orta sit, dubito. Licet enim Anonymus in adnotationibus saepius utatur verbis *γινώσκεις, μανθάνεις, ἔγνως, μέμνησο, ἀνάγνωθι* et similibus, non tamen exinde sequitur, versionem cum adnotationibus interpretationi Digestorum in scholis originem referre acceptam, cum similibus verbis uti consueverint etiam alii, quos munere antecessoris functos non fuisse constat, veluti Theodorus[15]). Nec quod Anonymus, qui cum Iuliano Novellarum epitomatore idem est, antecessoris munus sustinuit, argumento est, eius commentarium ad Digesta ex scholis ab eo de Digestis habitis esse ortum. Quo enim tempore hunc commentarium scripsit, id est, post Iustiniani mortem, praecepta Iustiniani de commentariis ad Digesta non scribendis tam anxie amplius observata non sunt. Inprimis tota operis ratio atque indoles obstat, quominus eius originem ex scholis derivemus. Num usus interrogationum et responsionum apud Anonymum fuerit, dubito[16]), et si fuisset, pro origine commentarii ex scholis derivanda nihil exinde sequeretur, cum et Theodorus, qui antecessor non fuit, interrogationes et responsiones haud raro in Breviario Codicis habeat.

Ceterum notandum est, Anonymum Digestorum textum pleniorem atque integriorem habuisse, quam hodie superest[17]).

Quod ad tempus attinet, quo Anonymus commentarium edidit ad Digesta[18]), certi nihil potest proferri nisi hoc, Anonymum post medium seculum sextum scripsisse. Scripsit praeter commentarium ad Digesta etiam librum singularem de legatis et mortis causa donationibus (*μονόβιβλον περὶ ληγάτων καὶ μόρτις καῦσα δωρεῶν*) et librum singularem de locis Digestorum sibi contradicere visis (*μονόβιβλον περὶ ἐναντιοφανειῶν*), de quibus, cum de operibus minoribus Iurecpnsultorum huius aetatis sermo erit, exponetur. Utrumque librum Anonymus edidit ante versionem Digestorum et quidem librum singularem de legatis et mortis causa donationibus prius, quam librum *περὶ ἐναντιοφανειῶν* et versionem Digestorum, cum in utroque opere eius mentio facta sit. Librum *περὶ ἐναντιοφανειῶν* Anonymus conscripsit aetate Iustini II. Imperatoris, cuius Novella anno 566. promulgata in hoc libro ab eo laudatur[19]). Post hunc librum edita est versio Digestorum, quippe in qua Anonymus illius libri mentionem fecerit[20]).

Magna pars versionis Digestorum in Basilicis eorumque scholiis antiquis, minor in collectione constitutionum ecclesiasticarum lib. III. et in Nomocanone XIV titulis constante servata est, atque haec quidem integrior, quam illa, cum in Basilicis versio semper, in scholiis saepius interpolata sit. Atque hae interpolationes in Basilicorum textu in eo maxime consistunt, quod verba artis latina graecis permutata fuerint. Quod ad scholia attinet, praeter ea, quae Anonymi vel Enantiophanis nomen in fronte ferunt, haud exiguus est eorum numerus, quae Anonymo et Enantiophani sunt vindicanda. Cognoscuntur ex usu formularum loquendi utrique consuetarum et ex consuetudine iuris Iustinianei locos laudandi. Nec tamen discerni poterit, utrum scholium ex Anonymi commentario ad Digesta, an ex libro *περὶ ἐναντιοφανειῶν* haustum sit, cum in utroque opere eaedem loquendi formulae ab Anonymo usurpari solitae legantur, idemque mos in laudandis iuris Iustinianei locis observetur.

§. 6. Cyrilli commentarius[1]).

Cyrillus auctor est indicis Digestorum, cuius operis indoles a Matthaeo Blastare in praefatione ad Syntagma canonum breviter ita describitur, ut dicat, Cyrillum Digesta *κατ᾽ ἐπιτομὴν* edidisse. Atque hic quidem index erat epitome singulorum fragmentorum in titulis Digestorum repositorum valde brevis secundum seriem fragmen-

---

coll. Sch. *Ἐκβάλλεται* ibid. Sch. *Τοῦ Ἀνων.* III. 365. coll. Sch. *Εἰ γὰρ* ibid. Sch. *Τοῦ Ἀνων.* III. 366. coll. Sch. *Σημείωσαι* ibid. Sch. *Τοῦ Ἀνων.* III. 369. coll. Sch. *Εἰ δὲ* ibid. Sch. *Τοῦ Ἀνων.* III. 372. coll. Sch. *Οἶδας* ibid. Sch. *Τοῦ Ἀνων.* III. 379. coll. Sch. *Τὰ μὲν* ibid. et passim. 11) Sic laudantur verba in Sch. *Σεΐα* IV. 611. (Dorothei index L. 42. pr. D. XXXIX. 6.) posita: „*ἐπειδὴ πανταχοῦ ἀντιτιθεμένη ἡ τοῦ δόλου παραγραφὴ βόνα φίδε ποιεῖ τὸ δικαστήριον*" in Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου. Δωρόθεος* IV. 612. In Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* IV. 491. Dorothei sententia affertur et vituperatur. In Sch. *Ἀνώνυμος* IV. 471. laudatur vox *ἑπτά*, quam *τὸ πλάτος* habet, quo designatur Dorothei index L. 3. D. XXXVIII. 6. in Sch. *Ἐὰν πρόδηλον* IV. 471. 12) Sch. *Τὸ πλάτος* IV. 481. „*Τὸ πλάτος ἔχει τῷ Αἰλίῳ Σεντίῳ· πρὸς ὅ φησιν ὁ Ἀνώνυμος· τῷ λέγοντι τῶν πατρωνικῶν ἐκπίπτειν με κ. τ. λ.* Referenda sunt haec ad verba *τῷ Αἰλίῳ Σεντίῳ* in indice L. 3. §. 5. D. XXXVIII. 16. (Sch. *Ἐάν τις* IV. 481.) posita. 13) Sic desiderantur Anonymi adnotationes ad Dig. Lib. XL. tit. 1—9. 12—16. Lib. XLIII. tit. 16. 29. 31—33. Lib. XLVII. tit. 1—4. 6—23. Lib. XLVIII. tit. 1—22. 14) Facere id solet Anonymus hoc modo: *ὡς βιβ. . . . . . καὶ τὰ ἐν αὐτῷ παραγεγραμμένα* vel *τὰ ἐκεῖ παραγεγραμμένα*, veluti Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* I. 326. II. 251. 308. 309. 310. IV. 610. et passim. Nonnunquam Anonymus aliis verbis utitur, veluti in Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* IV. 471. „*τὸ δὲ σχεδὸν διὰ τί πρόσκειται, ἐκεῖ παρέγραψα.*" 15) Hoc recte monuit Heimbach iun. in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1845. p. 327. 16) Nam quae in Sch. *Ἐρώτησις* III. 255. extat interrogatio et responsio, licet Anonymi esse possit, cum iuris Iustinianei loci ita ibi laudentur, ut Anonymus facere solet, tamen etiam Dorotheo tribui potest, quem eadem in laudandis iuris Iustinianei locis consuetudine uti probat v. c. Sch. *Δωροθ.* IV. 51. ubi legitur: *ὡς βιβ. ια΄. τοῦ κώδικος τιτ. λ΄. διατάξει γ΄.* 17) Sic Anonymus in adnotatione ad L. 15. §. 2. D. VI. 1. (Sch. 48. Suppl. p. 10.) laudat Dig. lib. XIX. tit. 2. dig. 13. quasi locum de assignatione agrorum militibus ab Imperatore facta tractantem. Sed locus laudatus nihil eiusmodi continet, neque ullus alius eiusdem argumenti in titulo laudato reperitur. Cf. Zachariae de L. Suppl. edit. Basil. p. 10. not. z. Pertinet huc etiam Basil. LIX. 11. cap. 26., cui in nostris Digestorum Codicibus et editionibus fragmentum tituli ratam rem haberi (XLVI. 8.) respondet nullum, et quod haud dubie est epitome L. 26. D. XLVI. 8. 18) Cf. quae hac de re disseruit Zachariae de L. Anecd. p. 207. 19) In Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* III. 230. laudatur Novella 140., quae ab Enantiophane dicitur esse Novella secunda Iustini, anno 566. promulgata. 20) Cf. Sch. *Λέγει* IV. 280. Anonymo tribuendum.

1) Cf. Zachariae de L. in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 807. 808. Mortreuil, Hist. du droit Byzant. p. 137 sq. 301 sq.

torum in quovis titulo concinnata, et secundum seriem librorum et titulorum Digestorum composita. In scholiis ad librum VIII. Basilicorum nonnunquam appellatur index singulorum fragmentorum etiam ἑρμηνεία [2]). Cyrillus ab eo indice vocatur ὁ ἰνδικευτής perinde ac Stephanus [3]). Licet ex omnibus commentariis ad Digesta scriptis haec Cyrilli epitome indicis nomen maxime mereatur, utpote quae prae reliquis indolem habeat brevis expositionis, nunquam tamen in scholiis Basilicorum ὁ ἴνδιξ vocatur, qua appellatione nonnisi Dorothei et Stephani commentarii designantur. Cuius rei causa haec videtur fuisse, quod Stephanus ipse suum commentarium τὸν ἴνδικα appellaverit eamque appellationem recentiores scholiastae retinuerint, Dorothei commentarium paulo post eius mortem alii Iureconsulti τὸν ἴνδικα vocaverint [4]). Nonnunquam Cyrilli epitome et τὸ πλάτος, i. e. index Dorothei vel Stephani in Basilicorum scholiis recentioribus sibi opponuntur [5]), sicuti etiam ὁ ἴνδιξ et Cyrillus [6]). Epitome Cyrilli in Basilicorum scholiis vocatur ἡ τοῦ Κυρίλλου ἔκδοσις, tunc maxime, cum in scholiis notatur, textum Basilicorum non ex Anonymi versione, sed ex Cyrilli epitoma esse haustum [7]). Nonnunquam solius Cyrilli nomen additur, veluti: ὁ Κύριλλος (sc. ἔχει), πρόςκειται εἰς τὸν Κύριλλον [8]). Accesserunt interdum singulorum locorum epitomis adnotationes marginales [9]).

Cyrilli epitome totum Digestorum opus continuit. Nam quod in Basilicorum scholiis non ad omnes Digestorum libros fragmenta indicis Cyrilli supersunt, non obstat, cum non pauci Basilicorum libri scholiis sint destituti et magna Basilicorum pars perierit. Ingens numerus fragmentorum indicis in Basilicorum scholiis superest, ita ut magna pars indicis ex illis restitui possit. Fragmenta indicis supersunt ad hos Digestorum libros et titulos: Lib. I. tit. 9. Lib. II. tit. 14. 15. Lib. III. tit. 1—6. Lib. V. tit. 2. 3. 4. Lib. VI. tit. 1. Lib. VII. tit. 1. 2. 4. 6. Lib. IX. tit. 1—3. 5. Lib. X. tit. 2—4. Lib. XI. tit. 1. 3—5. Lib. XII. tit. 1—6. Lib. XIII. tit. 1. 6. 7. Lib. XIV. tit. 3—6. Lib. XV. tit. 1—4. Lib. XVI. tit. 3. Lib. XVII. tit. 1. 2. Lib. XIX. tit. 2. Lib. XX. tit. 4. Lib. XXII. tit. 1. 3—5. Lib. XXIII. tit. 1—5. Lib XXIV. tit. 2. 3. Lib. XXV. tit. 1. 2. Lib. XXVII. tit. 1—10. Lib. XXVIII. tit. 3. Lib. XXIX. tit. 3. Lib. XXXIV. tit. 9. Lib. XXXV. tit. 2. 3. Lib. XXXVII. tit. 6. 7. 9. 10. 12. Lib. XXXVIII. tit. 6. 17. Lib. XXXIX. tit. 5. Lib. XLVII. tit. 2. 10. Lib. XLVIII. tit. 6. 10. 16. 19. Ad nonnullos titulorum designatorum unicum nonnisi fragmentum indicis superest [10]).

Iungitur indici Cyrilli ad eos Digestorum libros, ad quos Stephanus indicem scripserat, plerumque index Stephani; in reliquis libris, quos index Stephani non complectebatur, index Dorothei. Persuasum mihi est, hoc a scholiorum antiquorum compilatoribus constanter fuisse observatum. Itaque sicubi in scholiis quae supersunt, fragmenta indicis Cyrilli ad nonnullos titulos desiderantur, id non consilio compilatorum, sed librariorum incuriae et negligentiae tribuendum arbitror, quos describere taedebat scholia antiqua eo potissimum tempore, quo Basilica prae iuris Iustinianei libris auctoritatem obtinuerant. Accedit, quod librarii labore Cyrilli epitomas describendi eo facilius se supersedere posse existimabant, quo uberiores erant Stephani adnotationes. Ad libros XII. XIII. XIV. XV. Digestorum in Basilicorum scholiis unice ratio habetur indicis Cyrilli, fragmenta indicis Stephani exhibentur nulla, quamvis magnus adnotationum Stephani numerus supersit. Quae causa fuerit hos ad Digestorum libros indicis Stephani praetermissi, antea, cum de Stephani indice sermo fuit, exposuimus.

Fragmenta indicis Cyrilli in Basilicorum scholiis reposita, ubi nomine Cyrilli non sunt insignita, facile discerni ab aliis possunt, a quibus summa brevitate discernuntur.

Nonnunquam index Cyrilli in Basilicorum textum translatus est, quod ubi factum est, in Basilicorum scholiis indicari solet [11]). Etiam auctor libri, cui titulus est

---

2) Sic Cyrilli index L. 28. D. III. 3. inscribitur ἑρμηνεία I. 365. 3) Sch. Ἐὰν II. 558. „Ἐπὶ τούτου τοῦ ῥήματος ἡ ἐναντιοφάνεια τῶν ἰνδικευτῶν δηλοῦται, τοῦ τε Κυρίλλου καὶ τοῦ Στεφάνου." 4) Sch. 47. Suppl. p. 185. „καὶ ἴσθι, ὅτι Δωρόθεος μὲν ὁ μακαρίτης τὴν τοιαύτην σημείωσιν ἰνδίκευσε ἀκολουθήσας τῷ ῥητῷ." 5) Sch. Τοῦτο III. 290. „Τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ ῥητοῦ τοῦ πλάτους, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Κυρίλλου μᾶλλον ἐκδόσεως εἴληπται κ. τ. λ." 6) Cf. Sch. Δύναται I. 804. Sch. Τουτέστιν II. 94. Sch. Ὁ Ἀνώνυμος V. 226. Sch. Ὁ ἴνδιξ fin. V. 345. Sch. Μᾶλλον V. 735. Sch. Ὁ ἴνδιξ V. 774. Sch. Ὁ Κύριλλος V. 815. 7) Sch. Δύναται I. 804. Sch. Καλῶς II. 8. Sch. Τοῦτο III. 290. Sch. Τὸ παρὸν IV. 120. Sch. Πρόςκειται V. 290. 8) Sch. Πρόςκειται V. 344. Sch. Ὁ Κύριλλος V. 815. 9) Veluti adnot. ad L. 8. §. 7. D. II. 15. (Sch. Κυρίλλου I. 676.) adnot. ad L. 8. §. 10. D. II. 15. (Sch. Τοῦ αὐτοῦ I. 676.) adnot. ad L. 8. §. 1. D. V. 2. (Sch. Κύριλλος IV. 10.) Dubitari posset de duabus prioribus adnotationibus, nisi Cyrilli nomen in fronte haberent; valde enim similes sunt Anonymi adnotationes. 10) Veluti: Lib. I. tit. 9. L. 2. Lib. III. tit. 2. L. 7. pr. Lib. XX. tit. 4. L. 21. Lib. XLVII. tit. 2. L. 75. — Tit. 10. L. 5. §. 1. Lib. XLVIII. tit. 6. L. 10. §. 2. — Tit. 10. L. 29. — Tit. 19. L. 16. pr. §. 1. 11) Basil. XXI. 2. cap. 15—19. desumta sunt ex Cyrilli indice L. 15—19. D. III. 2., qui extat in Sch. Ἡ πλασαμένη II. 449. Basil. XXXVIII. 3. cap. 13. sumtum est ex indice Cyrilli, non ex Anonymo, ut dicitur Sch. 1. III. 719. „δεῖ δὲ γινώσκειν, ὅτι τὸ ἐν τῷ Βασιλικῷ κείμενον ἐκ τοῦ Κυρίλλου εἴληπται· ὁ δὲ Ἀνώνυμος οὕτως ἔχει κ. τ. λ." Basil. XLI. 1. cap. 74. 75. hausta sunt ex indice Cyrilli, ut dicit Sch. Τὸ παρὸν IV. 120. „Τὸ παρὸν θέμα ἐκ τῆς τοῦ Κυρίλλου ἐλήφθη ἐκδόσεως" et docet comparatio dicti Basilicorum loci cum Cyrilli indice L. 74. 75. D. XXXV. 2., qui continetur Sch. Κυρίλλου. Τὸ ληγατευθὲν IV. 120. Nec vero huc pertinent loci a Mortreuil l. l. p. 138. inter eos, qui ex Cyrilli indice in Basilicorum textum translati sint, relati. Nam si Sch. Τοῦτο III. 290. ad Basil. XXVIII. 8. cap. 63. th. 4. verba: μένει ὁ τοκετὸς παρὰ τῷ ἀνδρὶ ἀντὶ τοῦ κινδύνου τῶν ἀνδραπόδων, dicit, haec non esse ex textu τοῦ πλάτους (indicis Dorothei), sed desumta ex Cyrilli editione „Τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ ῥητοῦ τοῦ πλάτους, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Κυρίλλου μᾶλλον ἐκδόσεως εἴληπται," scholiastes non dixit, textum huius Basilicorum loci ex Cyrillo esse desumtum, cum Cyrilli index L. 66. §. 3. D. XXIV. 3. in eodem scholio exhibitus a Basilicorum textu differat, sed potius voluit significare, Anonymum, cuius versio in Basilica translata est, indicem Cyrilli, non indicem Dorothei, esse secutum. Calocyrus in Sch. 4. III. 696. tradit quidem, Cyrilli indicem L. 36. §. 1. D. XXVII. 1. in Basil. XXXVIII. 1. 35. esse translatum ex eoque indice errorem in Basilica transiisse, quippe qui dixerit, patrem tres filios Romae habentem, si ad curationem unius horum filiorum emancipati vocatus fuerit, uti posse excusatione: sed Calocyrus errat, uti iam vidit Zachariae de L. in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 805. not. *. Nam licet Cyrilli index in eodem scholio exhibitus a v. Κυρίλλου u. a. f. dicat, patrem tres filios habentem et curationem unius eorum emancipat. vocatum uti posse excusatione, in Basilica tamen haec non sunt translata, in quibus potius dicitur, patrem his tribus filiis uti posse ad excusationem a cura alterius, nec vero ipsius emancipati. Denique si in Sch. 25. V. 290. dicitur: „τοῦτο δὲ τὸ θέμα κεῖται ἐν τῇ τοῦ Κυρίλλου ἐκδόσει, οὐ μὴν καὶ ἐν τῷ Ἀνωνύμῳ," designare scholiastes voluit, L. 27. §. 6. D. IX. 2. in Basilicis omissam extare quidem in indice Cyrilli, nec vero in Anonymi versione. Quod ex eo apparet, quod scholiastes in eodem scholio paulo ante verba τοῦ πλάτους (indicis Dorothei) laudat, quae loci Digestorum laudati versionem continent.

αἱ ῥοπαὶ, uno certe loco indicem Cyrilli videtur esse secutus [12]).

Codex Vindob. iur. gr. VI. 3., de quo iam sermo fuit, cum de Dorothei indice egimus, continet Syntagma quoddam iuridicum in capita 194 divisum, quorum index fol. 1. a. b. exhibetur. Ex schedis a b. fratre, qui cum Vindobonae commoraretur, nonnulla ex hoc Codice descripsit, mihi communicatis, subiicio haec indicis Digestorum Cyrilli fragmenta.

Τϊ. [13]) *ή. περὶ προικὸς βιβλ. μα΄. ἔκδοσις Κυρίλλου κεφ. ρλδ΄. Τῷ χρόνῳ τοῦ ἀγοραστοῦ καὶ ὡς ἀπὸ προικὸς διὰ τῆς χρονίας νομῆς δεσπόζει, κἂν ἐν ὁμάδι, κἂν καθέκαστον δοθείη ἡ προῖξ. εἰ δὲ πρὸ τῶν γάμων δοθῇ, εἰ μὲν ἐπὶ τῷ [μὴ] δεσπόσαι πρὸ τοῦ γάμου δοθῇ, οἱ δεσπόζει διὰ το χρᾶσθαι· εἰ δὲ οὐδὲν ἔδοξε, προλήψει μὲν εὐθὺς δεσπόζει ὁ μνηστὴρ διὰ τῆς χρονίας νομῆς. δεσπόζει δὲ τὰ ἀλλότρια ὡς ἴδια, μετὰ δὲ τοὺς γάμους ὡς ἀπὸ προικὸς δεσπόζει, εἰ μὴ ἀνίσχυρος ὁ γάμος· τότε γὰρ οὐδὲ προῖξ ἐστιν* [14]). [index L. 1. pr. §. 1—3. D. XLI. 9.]

Εἰ δὲ διατιμηθὲν παραδοθῇ, οὐδὲ ὅλως πρὸ τῶν γάμων δια τῆς χρονίας νομῆς δεσπόζεται [15]). [index L. 2. D. XLI. 9.]

Δύο γυναῖκες ἀνδράποδα ἐν προικὶ δεδώκασιν. εἰ καὶ μετὰ ταῦτα ἐμερίσαντο, ὅμως ἑκάτερος ἀνὴρ διὰ τῆς χρονίας νομῆς δεσπόζει [16]). [index L. 3. D. XLI. 9.]

Βιβλίον [17]) *να΄.* [18]) *τϊ. α΄ βιβλίον μδ΄. τίτλος ζ΄.* [19]) *ἔκδοσις Κυρίλλου κεφ. ρμδ΄. περὶ συναλλαγμάτων καὶ ἐνοχῶν καὶ ἀγωγῶν κεφ. ρμε΄.* Inc. *Αἱ ἐνοχαὶ ἡ ἀπὸ συναλλάγματος κ. τ. λ.* [20])

Τϊ. [21]) *ή. περὶ τόπων καὶ παρόδων δημοσίων καὶ ἀπολαύσεως αὐτῶν καὶ ἀνανεώσεως βϊ. μγ΄. τϊ. ζ΄. κεφ. α΄. ἔκδοσις Κυρίλλου κεφ. ρξδ΄. Τὸ εἰς δημόσιον ὁρῶν χρῆσιν, οἷον δημοσίας ὁδοῦ, παρόδου, ἕκαστος* [22]) *ἀπαιτεῖ. διὰ τούτου τοῦ νομίμου παραγγέλματος ἕκαστος ἀπαιτεῖν δύναται καὶ κωλύειν, μὴ γίνεσθαι ἀνανέωσιν* [23]). [index L. 1. D. XLIII. 7.]

Ἐν δημοσίᾳ ὁδῷ μνῆμα μὴ γινέσθω [24]). [index L. 2. D. XLIII. 7.]

Αἱ κωμητικαὶ ὁδοὶ αἱ ἐκ τῶν ἀγρῶν παρὰ τῶν ἰδιωτῶν ἐκ παλαιοῦ γινόμεναι ὡς δημόσιαί εἰσιν [25]). [index L. 3. pr. D. XLIII. 7.]

Τὰς δημοσίας ὁδοὺς οἱ παρακεκτημένοι καθαίρουσιν, ὥςτε ἅμαξαν παριέναι [26]). [index L. 1. §. 3. D. XLIII. 10.]

Δημοσία ὁδὸς τῇ ἀχρησίᾳ οὐκ ἀπόλλυται [27]). [index L. 2. D. XLIII. 11.]

Ὁ τὴν δημοσίαν ὁδὸν ἀροτριώσας ἀνανεοῦται αὐτήν [28]). [index L. 3. §. 1. D. XLIII. 11.]

Τϊ [29]) *λγ΄. ἔκδοσις Κυρίλλου. βϊ. μή. τῶν διγέστων τίτλος α΄. κεφ. α΄. κεφ. ρπδ΄. Οὐ πάντα τὰ ἐγκληματικὰ δικαστήρια δημόσιά εἰσιν, ἀλλὰ μόνα τὰ ἀπὸ νόμων [μὴ] δημοσίων καταγόμενα, ὡς τὸ περὶ καθοσιώσεως, τὸ περὶ μοιχείας, τὸ περὶ ἀνδροφόνων καὶ φαρμακῶν, τὸ περὶ πατροκτονίας, τὸ περὶ κλοπῆς ἱερῶν καὶ δημοσίων, τὸ περὶ πλαστογραφίας, τὸ περὶ βίας δημοσίας, τὸ περὶ δωροδοκίας, τὸ περὶ ἀρχόντων ἢ δικαστῶν ἢ καὶ συνέδρων ἐν δίκῃ κεκλοφότων, τὸ περὶ ἀννόνας* [30]). [index L. 1. D. XLVIII. 1.]

Τῶν ἐγκληματικῶν δικαστηρίων τὰ μὲν κεφαλικὰ, ὡς τὰ θάνατον ἐπιφέροντα ἢ περιορισμόν, δι᾽ ὧν ἡ κεφαλὴ ...... καὶ περιορισμὸς κεφαλικῆς τιμωρίας ἐστὶ οὐ περιορισμός, ἀλλ᾽ ἐξορίαι κυρίως λέγεται. τὰ δὲ οὐ κεφαλικά, ὡς τὰ ἔχοντα χρηματικὴν ποινὴν ἢ σωματικὸν σωφρονισμόν [31]). [index L. 2. D. XLVIII. 1.]

Ἡ δημοσία κατηγορία ἀναιρεῖται προτελευτώντων τῶν ἐναγομένων [32]). [index L. 3. D. XLVIII. 1.]

Ἔσθ᾽ ὅτε πρόκριμα γίνεται τῷ ἐγκληματικῷ δικαστηρίῳ διὰ τοῦ χρηματικοῦ, ὡς ἐπὶ τοῦ ἀκουιλίου καὶ τῆς περὶ κλοπῆς ἀγωγῆς, καὶ τῆς περὶ βιαίας τῶν ὑπαρ-

---

12) *Αἱ ῥοπαί* cap. XXIV. §. 4., qui locus valde similis est Cyrilli indici L. 1. pr. §. 1—4. D. XV. 2., qui continetur Sch. 1. Suppl. p. 236. 13) Fol. 62 a. Designatur titulus Digestorum pro dote (XLI. 9.) 14) Conveniunt haec ad verbum cum textu Basil. L. 8. cap. 1. th. 1—4. 15) Eadem leguntur in textu Basil. L. 8. cap. 1. th. 4. 16) Eadem leguntur in textu Basil. L. 8. cap. 2. In Codice Vindobonensi statim haec subiiciuntur: *Ἐὰν ἀπὸ προικὸς λάβῃ τις ἀλλότριον πρᾶγμα, δύναται αὐτὸ διὰ τῆς χρήσεως δεσπόζειν* [Thalelaei index L. 1. C. VII. 28. in Basil. L. 8. cap. 3. translatus]. *Κινητὸν δηλοῖ, ὅτι ἐπειδήπερ ἐπὶ τῷ ἀκινήτῳ ἐλαττώματα προβαίνει, διὰ τὸ μὴ γίνεσθαι ἐν αὐτοῖς κλοπὴν, εἰκότως εἶπεν τὰ κινηθέντα* (lege *κινητὰ*) *πράγματα. ταῦτα νόησον, ἐὰν καὶ συνίστῃ γάμος· ἐὰν γὰρ μὴ συνίσταται γάμος, οὐ προβαίνει ἐπὶ τῆς χρήσεως δεσποτεία ὡς ἀπὸ προικὸς, ὡς εἴρηται ἐν τῷ κβ΄. βιβλίῳ τιτλ. γ΄. διατάξ. ξη΄.* Haec esse crediderim Thalelaei adnotationem ad L. 1. C. VII. 28. v. res mobiles. 17) Fol. 63 b. 18) Lege *νβ΄.*, cum haud dubie designetur Basilicorum lib. LII., in quo titulus Digestorum de obligationibus et actionibus repositus est. 19) Indicatur Dig. lib. XLIV. tit. 7. 20) Convenit initium cum epitome L. 1. pr. D. XLIV. 7., quae extat in Basil. LII. 1. cap. 1. th. 1. Plura frater non descripsit. Quamvis initium huius loci in Codice Vindob. exhibiti cum Basilicorum textu conveniat, et *ἔκδοσις Κυρίλλου*, Cyrilli index Digestorum, ut fons laudatus sit, derivari tamen exinde nequit, Dig. lib. XLIV. tit. 7. totum ex Cyrilli indice in Basilica esse translatum, maxime cum nonnulli loci ex hoc titulo ab Anonymo et Enantiophane in scholiis laudati cum Basilicorum textu conveniant, veluti L. 23. D. XLIV. 7. (Sch. II. 619.) cum Basil. LII. 1. 22.; L. 27. D. XLIV. 7. (Sch. III. 288.) cum Basil. LII. 1. 26.; L. 36. D. XLIV. 7. (Sch. III. 310.) cum Basil. LII. 1. 35.; L. 41. pr. D. XLIV. 7. (Sch. II. 677.) cum Basil. LII. 1. cap. 40. th. 1.; L. 42. pr. D. XLIV. 7. (Sch. IV. 167.) cum Basil. LII. 1. cap. 41. th. 1.; L. 44. §. 5. 6. D. XLIV. 7. (Sch. IV. 90.) cum Basil. LII. 1. cap. 44. th. 2. 3.; L. 61. §. 1. D. XLIV. 7. (Sch. IV. 577.) cum Basil. LII. 1. cap. 60. th. 1. Itaque nonnulla nonnisi huius Basilicorum tituli capita ex Cyrilli indice hausta esse crediderim, quae tamen sigillatim designare non audeo. 21) Fol. 65 b. 22) Fol. 66 a. 23) Conveniunt cum his, quae habet Syn. p. 487. ut Basil. LVIII. 8. cap. 1. Ceterum hunc locum ita censeo constituendum, ut illud prius *ἕκαστος ἀπαιτεῖ* omittatur, et quae sequuntur a verbis *διὰ τούτου* statim cum praecedentibus iungantur signo interpunctionis deleto. Versio haec est: Quod ad publicum usum spectat, veluti viae publicae, itineris, hoc interdicto quilibet petere potest et prohibere, ne opus novum fiat. 24) Inter Basilicorum libri LVIII. deperditi fragmenta hic locus hactenus desiderabatur, donec eum Witte ediderit. Cf. Basil. Heimb. T. V. p. 201. not. u. Versio haec est: In via publica monumentum ne extruatur. 25) In Basil. hic locus desideratur. Versio haec est: Viae vicinales ex agris a privatis olim factae quasi publicae sunt. Etiam hunc locum iam prius Witte edidit. Cf. Basil. Heimb. T. V. p. 201. not. v. 26) In Basil. hic locus desideratur. Versio haec est: Vias publicas, qui adiacent, purgant, ita ut vehiculum transire possit. 27) Conveniunt haec cum iis, quae Syn. p. 480. exhibet ut Basil. LVIII. 8. cap. 13. 28) Inter fragmenta libri LVIII. Basilicorum deperditi hic locus hactenus desiderabatur. Versio haec est: Qui viam publicam aravit, eam reficit. 29) Fol. 68 b. 30) Conveniunt haec ad verbum cum textu Basil. LX. 33. cap. 1. Ceterum illud *μὴ* post *νόμων*, quod Codex Vindob. habet, delendum est, quapropter illud uncis inclusi. Deinde post vocem *πλαστογραφίας* inserenda sunt verba *τὸ περὶ βίας ἰδιωτικῆς*. 31) Simillima haec sunt textui Basil. LX. 33. cap. 2. Locus in Codice Vindob. corruptus est. Post *κεφαλὴ* est sigla quaedam, cuius sensum non potui elicere. Locus secundum Basilica ita est constituendus: *κεφαλὴ ἀπὸ τῆς πολιτείας ἐξαιρεῖται. καὶ περιορισμὸς κεφαλικὴ τιμωρία ἐστί· τὰ γὰρ ἄλλα οὐ περιορισμὸς, ἀλλὰ ἐξορίαι κυρίως λέγεται.* 32) Eadem leguntur in textu Basil. LX. 33. cap. 3.

χόντων ἀγωγῆς, καὶ τοῦ ὅθεν ἡ βία, καὶ τοῦ περὶ διαθήκης παραστατέον[33]). [index L. 4. D. XLVIII. 1.]

Tī[34]) *λε'. περὶ παραφυλακῆς καὶ παραστάσεως καὶ ὑπευθύνων βῑ. μη'. τῶν διγ. τιτ. γ'. ἔκδοσις Κυρίλλου. κεφ. ρπζ'. Ὁ ἄρχων διασκοπείτω, πότερον ὁ κατηγορούμενος ὀφείλει φυλακῇ ἐμβάλλεσθαι, ἢ στρατιώταις παραδίδοσθαι, ἢ ἐγγυηταῖς, ἢ ἑαυτῷ καταπιστεύεσθαι. τοῦτο δὲ γίνεται ἐκ τῆς ποιότητος τοῦ ἐγκλήματος, ἢ διὰ τὴν τιμὴν ἢ τὴν εὐπορίαν τοῦ ἐναγομένου, ἢ τὴν ἀξίαν αὐτοῦ, ἢ διὰ τὸ μηδὲν αὐτὸν ἡμαρτηκέναι*[35]). [index L. 1. D. XLVIII. 3.]

Ἐὰν ὁ προεστὼς τῆς φυλακῆς χρήμασιν ὑποφθαρεὶς δίχα δεσμῶν τοὺς φυλασσομένους ἐάσῃ, ἢ ἀνάσχηται σίδηρον ἢ φάρμακα εἰσαχθῆναι, τιμωρεῖται. εἰ μέντοι ἠγνόησεν, ἀποκινεῖται ὡς ῥᾴθυμος[36]). [index L. 8. D. XLVIII. 3.]

His fragmentis magnam vim quispiam tribuerit in definiendo fonte, ex quo textus Basilicorum, qui Digestorum libros XLI—L. continet, haustus sit. Nam cum in Codice Vindobonensi dicto fragmentorum, quae Digestorum lib. XLI. tit. 9. lib. XLIII. tit. 7. 10. 11. lib. XLIV. tit. 7. lib. XLVIII. tit. 3. epitomas continent, fons *ἔκδοσις Κυρίλλου*, i. e. Cyrilli index Digestorum esse dicatur, eaque fragmenta cum Basilicorum textu ad verbum conveniant, facile quis acceperit, omnia fragmenta ex dictis Digestorum titulis in Basilica translata ex indice Cyrilli esse desumta. Quod enim cum Basilicorum locis conveniunt, causa esse non potest, cur existimemus, Syntagmatis illius, quod Codice Vindobonensi dicto continetur, auctorem ex Basilicis haec fragmenta hausisse. Otiosa enim fuisset mentio *τῆς ἐκδόσεως Κυρίλλου*, si ex Basilicis haec fragmenta auctor Syntagmatis desumsisset. Imo mentio facta *τῆς ἐκδόσεως Κυρίλλου*, quam ut fontem horum fragmentorum designat auctor, argumento est, Syntagma illud eo tempore esse compositum, quo ius Iustinianeum cum Basilicis adhuc parem obtinebat auctoritatem; nam ea aetate, qua Basilicis prae iure Iustinianeo tribuebatur auctoritas, eiusmodi mentio facta non fuisset. Neque alia testimonia desunt, fragmenta ex posterioribus Digestorum libris in Basilicorum textum translata ex indice Cyrilli esse depromta. Nam in indice titulorum totius Basilicorum operis Codici Coisliniano 151. praefixo ad Basil. lib. XXXVIII. tit. 11. inscriptionem *τὸ πρᾶγμα τοῦ ἀνήβου σῶον ἔστω* additur: *ἔκδοσις Κυρίλλ. βῑ. μς'. τῶν διγ. τῑ. ια'.* (lege *ς'.*)[37]). Idem index Basil. lib. XXXV. tit. 5., quo continetur Dig. lib. XLIII. tit. 5., hanc exhibet inscriptionem: *περὶ διαθηκῶν παραστάσεως ἔκδοσις Κυρίλλου*[38]). Quo significari videtur, fragmenta ex dictis Digestorum titulis in Basilica translata ex indice Cyrilli esse hausta.

Quae cum ita sint, facile quis persuadere sibi potuerit, Cyrilli indicem magnam partem in Basilicorum textum esse translatum, idque potissimum in Digestorum libris XLI—L. factum, etsi non quoad omnes, at certe multos horum librorum titulos. Quam opinionem ut quis foveat, haec praeterea eum movere poterunt. In scholiis Basilicorum antiquis regulariter praeter Stephani indicem ad *τὰ πραττόμενα βιβλία* et Dorothei indicem ad *τὰ ἐξτραόρδινα βιβλία* exhibentur epitomae ex indice Cyrilli desumtae. Inde a Digestorum libro XXXVII. indicis Cyrilli fragmenta in Basilicorum scholiis aut rarius exhibentur, aut prorsus desunt[39]). Quod fortasse quis ex eo studuerit explicare, quod in postremis Digestorum libris, maxime inde a libro XLI. Cyrilli index in Basilicorum textum transierit. Ad eandem rem facere videri possit, quod Anonymi adnotationes, quae ad *τὰ πραττόμενα βιβλία* Digestorum sunt frequentissimae et in Basilicorum scholia translatae, ad *τὰ ἐξτραόρδινα βιβλία* pauciores et inde a libro XL. Digestorum in Basilicorum scholiis rarissimae sunt[40]).

Nihilosecius hoc sentio, mentione facta *τῆς ἐκδόσεως Κυρίλλου* ad dictos Digestorum titulos, quorum epitomae ex Codice Vindobonensi dicto supra exhibentur, probari quidem, has epitomas ex indice Cyrilli esse sumtas ideoque dubitari non posse, quin loci Basilicorum congrui ex Cyrilli indice desumti sint. Nego vero, ex consensu horum Basilicorum locorum cum fragmentis indicis Cyrilli in Codice Vindobonensi conspicuis posse derivari, totum quendam Digestorum titulum ex indice Cyrilli in Basilica esse translatum. Ita etiam sentio de mentione *τῆς ἐκδόσεως Κυρίλλου* in indice titulorum Coisliniano facta, neque aliud quid ex ea arbitror derivandum, quam Digestorum lib. XLIII. tit. 5. et lib. XLVI. tit. 6. ex Cyrilli indice in Basilicis esse desumtos, quod utrum de omnibus horum titulorum fragmentis, an de nonnullis duntaxat intelligendum sit, definire non audeo. Nam quod his unice titulis in indice Coisliniano adiecta fuit mentio *τῆς ἐκδόσεως Κυρίλλου*, iam argumento est, hoc indicari peculiare quoddam, exceptionem a regula; alioquin eiusmodi additamentum etiam in aliis Digestorum titulis conspicuum foret. A regula autem, quam Basilicorum compilatores in textu componendo secuti sunt, ut Digestorum locos ex Anonymi versione desumerent, tunc discesserunt, cum peculiari causa moverentur. Eiusmodi causae verbi causa esse poterant, si Digestorum loci apud Anonymum deerant[41]), vel si versio Anonymi sensum loci Digestorum non bene reddere videbatur. Tunc Basilicorum compilatores Digestorum locos ex Cyrilli indice hauserunt, qui ob summam brevitatem prae uberioribus Dorothei et Stephani commentariis aptior erat ad textum legis efformandum.

---

33) Eadem ad verbum extant in textu Basil. LX. 33. cap. 4. Sequuntur in Codice Vindob. haec: *Τὰ διὰ τῆς τάξεως παραγγελθέντα χωρὶς ἐγγράφων δύναται ἐξετασθῆναι, τοῦ δικαστοῦ ἐξετάζοντος* (Thalelaei index L. 7. Cap. IX. 2.) Eadem leguntur in textu Basil. LX. 33. cap. 20. 34) Fol. 69 b. In margine legitur *κεφ. ρπς'.* 35) Convenit textus Basil. LX. 35. cap. 1. 36) Convenit textus Basil. LX. 35. cap. 8. 37) Vide Basil. Heimb. T. III p. VIII. not. e. 38) Vide Basil. Heimb. T. III. p. 544. not. c. 39) Sic index Cyrilli in scholiis Basilicorum omittitur ad Digestorum lib. XXXVII. tit. 1—5. lib. XXXVIII. tit. 7—16. lib. XXXIX. tit. 7. lib. XL. tit. 1—9. 12—16. lib. XLIII. tit. 16. 29. 31—33. lib. XLVII. tit. 1—23. lib. XLVIII. tit. 1—24. Mentio Cyrilli, quae nonnunquam facta est, veluti in Sch. *Ὁ Κύριλλος* V. 241. Sch *Κυρίλλου* V. 600., non indicat diversum Basilicorum a Cyrilli indice textum, sed ex eo potest explicari, quod recentior scholiasta indicare voluit, quomodo L. 10. §. 2. D. XLVIII. 6. et L. 3. D. XLVIII. 16. in Cyrilli indice fuerit reddita et quomodo in Basilicorum textu mutata. Nonnulla quidem scholia Basilicorum extant, quae Cyrilli indicem redolent, veluti Sch. *Ὅτι* V. 790. (epitome L. 29. D. XLVIII. 10.) Sch. *Ὁ τὸν* V. 250. et Sch. *Ἡνίκα* V. 251. (epitome L. 18. pr. §. 1. 2. D. XLVIII. 16.) Sch. *Καλῶς* V. 861. (epitome L. 16. pr. §. 1. D. XLVIII. 19.) Sed cum haec scholia Cyrilli nomen in fronte non ferant, difficilius est ea Cyrillo tribui, maxime cum tam raro eius mentio facta sit. 40) Anonymi adnotationes omittuntur ad Dig. lib. XL. tit. 1—9. 12—16. lib. XLIII. tit. 16. 29. 31—33. lib. XLVII. tit. 1—4. 6—23. lib. XLVIII. tit. 1—22. 41) Cuius rei exemplum legitur in Sch. 25. V. 290.

§. 7. De commentariis Cobidae et Anastasii.

Ad eos, qui Digesta interpretati sunt, referendi etiam sunt **Cobidas**[1]) et **Anastasius**[2]).

I. **Cobidam** ad Digesta scripsisse, docent adnotationes eius ad nonnullos Digestorum locos in Basilicorum scholiis obviae. Balsamon loquitur de Cobidae *ἑρμηνεία πρὸς τὰ δίγεστα συγγραφεῖσα* [3]), nec vero hac appellatione designat commentarium a Cobida ad Digesta scriptum, sed Cobidae interpretationem L. 31. D. XII. 2. sive Basil. XXII. 5. 31., cuius paulo ante fecerat mentionem[4]). In scholio quodam Basilicorum adnotatio Cobidae cum Enantiophanis adnotatione iuncta est, vel Cobidae adnotatio ab Enantiophane sive Anonymo laudari videtur[5]). Num autem Cobidas commentarium ad Digesta scripserit, dubitari potest. Licet enim adnotationes Cobidae ad Digesta haud paucae supersint, tamen versionis vel summae, quae adnotationibus regulariter praemitti solebat, vestigium extat nullum. Ex eo, quod Matthaeus Blastares in praefatione ad Syntagma canonum Cobidae inter Digestorum commentatores mentionem fecit nullam, derivari nihil potest, cum ille adeo Anonymi versionem Digestorum silentio praetermiserit. Quae Cobidae supersunt *παραγραφαί*, modo controversias iuris spectant, modo breves adnotationes, modo longiores interpretationes continent. Singulas adnotationes, quae supersunt, designavit **Zachariae de L.**[6]), nec tamen omnes. Itaque Cobidae adnotationes ab illo designatas, paucis a me additis, subiiciam, ita tamen, ut duas classes faciam, alteram earum, quae ab ipso Cobida profectae sunt, alteram earum, quae ab aliis laudantur.

Ad primam classem hae pertinent adnotationes:

1) ad L. 1. pr. D. III. 3.[7])

Κωβίδου. *Ὅτι προκουράτωρ μετὰ προκάταρξιν κύριος γίνεται τῆς δίκης, εἴρηται βιβ. β΄. τοῦ κώδικος τιτ. ιβ΄.*[8]) *διατ. κβ΄.*

2) ad L. 39. §. 3. D. III. 3.[9])

Κωβίδου. *Ἀκούσῃς γὰρ αὐτῆς οὐ κινεῖ, ὡς βιβ. ε΄. τιτ. β΄. διγ. η΄. θεμ. α΄.*

3) ad L. 11. D. VI. 1.[10])

Κωβίδ. *Εἴγε τυχὸν ἐν ἄλλῳ μὲν τόπῳ ἡ δίκη ἐνήχθη, ἐν ἄλλῳ δὲ ψηφίζεται.*

4) ad L. 9. §. 4. D. VI. 2.[11])

Κωβίδ. *Κατὰ ἐξωτικοῦ ὁ προλαμβάνων κινεῖ καὶ ἐπὶ ὑποθέσει βιβ. κ΄. τιτ. α΄. διγ. ι΄. ἀνάγνωθι τοῦ αὐτοῦ βιβ. τι. δ΄. διγ. ιδ΄. [εἰ] δὲ ὁ πρώτως λαβὼν ἐκπέσῃ καὶ ὁ δεύτερος ἐπιλάβηται, κινεῖ ὁ πρῶτος, ὃς καὶ ἀρξάμενος οὐσουκαπιτεύει, κατὰ τοῦ δευτέρου τὴν πουβλικιανήν, ἤ, ἐπειδὴ [οἱ] δύο οὐσουκαπιτεύουσι, κρείττων ὁ νεμόμενος.*

5) ad L. 33. §. 1. D. VII. 1.[12])

Κωβίδ. *Ἐπειδὴ μὲν οὐσουφρουκτος προςώπῳ προςαύξεται ὅλον μοι τὸ δίκαιον ἐξ ἀρχῆς ἔχοντι, τῇ δὲ συνδρομῇ μείωσιν παθόντι τῆς λήψεως τῶν καρπῶν. ἡ μέντοι δεσποτεία, ὥςπερ ἡ ἀλουβίων, τῷ μέρει τοῦ ἀγροῦ προςτίθεται. πλὴν ἴσθι, ὅτι καὶ ἐπὶ τῆς δεσποτείας χώρα τῇ ἰμφάκτουμ ῥεπλικατίονι. πρὸς ἀρχαιότητα μόνον ὁρᾷ. ὡ τῷδε κείμενον. ὡς βιβ. μδ΄.*

6) ad L. 31. D. XII. 2.[13])

Γοβίδας. *Ἰουδικιάλιον λέγει ὁ Κύριλλος ἀπὸ καινῶν ἰνστρουμέντων ἀναψηλαφᾶσθαι, οὐ μὴν τὸν ἀπὸ τοῦ ἀντιδίκου ἐπενεχθέντα εἴτε ἐν δικαστηρίῳ, εἴτε καὶ τούτου χωρίς. ὁ Στέφανος δέ φησι, καὶ τὸν ἐν δικαστηρίῳ*[14]) *καὶ ὃν ἂν ὁ ἀντίδικος ἐν δικαστηρίῳ ἐπαγάγῃ, ἀπὸ καινῶν ἰνστρουμέντων ἀνατρέπεσθαι· μόνον δὲ τὸν βολουντάριον τέως μὴ ἀνατρέπεσθαι.*

7) ad L. 5. §. 19. D. XIV. 4.[15])

Κωβίδ. *Ἐὰν εὑρεθῇ εἶναι φορτία ϛ΄., ἐγὼ μὲν λαμβάνω β΄. σὺ δὲ δ΄. καὶ ἀσφαλιζόμεθα ἀλλήλους, ἵνα, ἐὰν εὑρεθῇ καὶ ἄλλος χρεωστούμενος, πρὸς ἀναλογίαν αὐτῷ δώσομεν τέως, ἵνα καὶ αὐτὸς εἰ κεχρεώστηται ι΄. νομίσματα*[16]), *σὺ μὲν δώσῃς αὐτῷ α΄. νόμισμα, ἐγὼ δὲ ἥμισυ.*

8) ad L. 32. §. 2. D. XV. 1. v. **convenietur**[17]).

Κωβίδ. *Εἰ μὴ δοῦλον ἐποίησε, ὡς διγ. ιβ΄.*

9) ad L. 34. D. XV. 1.[18])

Κωβίδ. *Ὅσον πρὸς τὸν πράτην ἔχει ἐ ..... πρὸς τοὺς δανειστάς, καὶ αὐτὸς ἔχειν δοκεῖ.*

10) ad L. 12. pr. D. XXVIII. 3.[19])

Κοβ. *Ἐπὶ τὸν ἰούστας, οἷον [εἰ] ὁ ἐν φύσει υἱὸς πραετεριτευθεὶς καὶ ἐπὶ ζωῆς τοῦ τεστάτορος ἀπέθανεν. ἐπὶ δὲ τῆς ἰῤῥίτου, οἷον εἰ ὁ γραφεὶς κληρονόμος καὶ δυνάμενος ἐλθεῖν ἐξ ἀδιαθέτου, τὴν μὲν διαθήκην ἐάσει καὶ κατὰ τοῦτο δείξει αὐτὴν ἰῤῥιτον, ἔλθῃ δὲ ἐξ ἀδιαθέτου, ἢ ἐὰν ὁ τεστάτωρ παθὼν κάπιτις δεμινουτίονα εὑρεθῇ ἐν τῷ τελευτᾶν ἔχων τεσταμέντι φακτίονα, καὶ σώζονται αἱ ἑπτὰ σφραγῖδες, ὡς ἰνστιτ. β΄. τιτ. ιζ΄. ἀνάγνωθι καὶ βιβ. λζ΄. τιτ. ια΄. διγ. ια΄. θέμα γ΄.*

11) ad L. 1. §. 3. D. XXXV. 3. v. **ut non soli committatur stipulatio**[20]).

Κωβίδου. *Ἀλλὰ χρὴ Παῦλον ἐπιγινώσκειν τὰ ληγάτα. ὥςτε οὖν οὐ μόνον ὁ Πέτρος, ἀλλὰ καὶ ὁ Παῦλος τὴν τοιαύτην λήψονται καὶ κομμιττευθήσεται ἑκατέρῳ.*

Secundae classis hae sunt adnotationes:

1) ad L. 6. §. 6. D. III. 5.[21])

Ὁ μὲν **Κωβίδας** *φησὶ μηδὲν γίνεσθαι διὰ τὴν ῥατοναβιτίονα εἰς τὸ ἐνεχέσθαι τὸν υἱόν, ἐπεὶ ὁ πατὴρ ἐνέχεται.*

---

1) De Cobida cf. **Zachariae de L.** in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 806. 807. **Mortreuil**, Hist. du droit Byzant. T. I. p. 314—316. 2) De Anastasio cf. **Zachariae de L.** l. l. p. 802. **Mortreuil** l. l. p. 139. 3) **Voelli** et **Iustelli** bibl. iur. canon T. II. p. 1118. „*ἀλλὰ καὶ οὐ τῇ τοιούτῃ ἑρμηνείᾳ μὴ προςοχῇς πρὸς τὰ δίγεστα γεγραμμένῃ*" et paulo post: „*ἀνεῖλε τὴν ἑρμηνείαν τοῦ Κωβίδου καὶ τοῦ Στεφάνου πρὸς τὰ δίγεστα συγγραφεῖσαν.*" 4) Apud **Voellum** l. l. „*Κἂν γὰρ ὁ Κωβίδης καὶ ὁ Στέφανος ἑρμηνεύοντες τὸ λα΄. κεφ. τοῦ πέμπτου τιτ. τοῦ κβ΄. βιβ. φασὶ κ. τ. λ.* 5) Sch. *Ἀνάγνωθι τὸν Ἐναντιοφανῆ* II. 718. Nec tamen crediderim, Cobidam ab Enantiophane laudari, aetate quippe posteriorem, sed hoc scholium scholiastae alii antiquiori malim vindicare, qui Enantiophanis adnotationem suam fecit et Cobidae adnotationem ipse addidit. Ita etiam sentio de Sch. 6. IV. 136., ubi inde a *ἐ. οὐκ οἶδα* adnotatio Cobidae vituperatur, quam partem scholii Anonymo ob eandem causam censeo non tribuendam, licet antiquiorem esse scholii auctorem ex loco Digestorum laudato appareat. 6) Krit. Jahrb. 1844. p. 807. 7) Sch. *Κωβίδου* I. 359. 8) Rhunkenius male emendavit *ιγ΄*. Nam titulus Codicis de **procuratoribus** apud Graecos est tit. 12. lib. II. Codicis. 9) Sch. *Κωβίδου* I. 376. Cobidas eodem modo, quo Anonymus, Digesta solet laudare. 10) Sch. 35. Suppl. p. 8. 11) Sch. 3. Suppl p. 43. 12) Sch. 83. Suppl. p. 82. 13) Sch. *Γοβίδας* II. 557. Huius Cobidae adnotationis mentionem etiam fecit Balsamon ad Phot. (in **Voelli** bibl. iur. canon. T. II. p. 1118.) 14) Lege cum Fabroto *Ἔξω δικαστηρίου*. 15) Sch. 43. Suppl. p. 164. 16) Zachariae de L. recte vidit, post verba *εὑρεθῇ εἶναι φορτία ϛ΄*. deesse nonnulla, quae latine sic explet: „et mihi X. tibi XX. debeantur." 17) Sch. 129. Suppl. p. 222. 18) Sch. 132. Suppl. p. 223. 19) Sch. *Κοβ.* u. a. v. *θέμα γ΄*. IV. 48. 20) Sch. *Κωβίδου* u. a. v. *ἑκατέρῳ* IV. 136. 21) Sch. 16. Suppl. p. 134.

2) ad L. 4. §. 3. 4. D. X. 3.[22])

Τούτων γὰρ ἡ διὰ τοῦ οὐτιλίου κομμοῦνι διβιδοῦνδο γίνεται λόγος κατὰ τὸν Γοβίδαν κ. τ. λ.

3) ad L. 5. §. 10. D. XIII. 6. v. **Praetori commendavit**[23]).

Κουβίδης δέ φησιν, ἡνίκα τις παράσχῃ τῷ ἄρχοντι ἐπὶ τῷ δοῦναι τοῖς σκηνικοῖς.

4) ad L. 13. pr. D. XIV. 3. v. **utilem actionem**[24]).

Κωβίδας δὲ λέγει οὐτιλίαν ἰνστιτουτορίαν.

5) ad L. 7. §. 1. D. XIV. 4.[25])

Καὶ ἴσθι, ὅτι Δωρόθεος μὲν ὁ μακαρίτης τὴν τοιαύτην σημείωσιν συμφώνως ἰνδέκευσε ἀκολουθήσας τῷ ῥητῷ, ὥςπερ καὶ Ἰωάννης ὁ σοφώτατος ἀντικήνσωρ.

6) ad L. 45. D. XXII. 1.[26])

... ὅπερ ὁ Κοβίδας ἐπιλυόμενος ὑπέθετο τὸν δοῦλον εἰδέναι τὸ ἀληθές.

Inter adnotationes Cobidae referendum non est Sch. *Ἰωάννου* III. 385. Licet enim in Codice Paris. 1348. ibi legatur *διγ. ι'.*, Codex tamen Laurent. LXXX. 11. habet *κεφ. ι'.* Quamobrem quamvis Cobidas praenomen Ioannis habuerit, malim tamen hoc scholium Ioanni Nomophylaci tribuere.

II. **Anastasius** Digesta interpretatus est, ut nonnullae adnotationes eius in Basilicorum scholiis servatae docent. Num commentarium ad Digesta scripserit, dubitari potest, cum quae supersunt eius adnotationes, ex scholis ab eo de Digestis habitis oriundae per auditores eius propagari potuerint. Quae supersunt adnotationes, hae sunt:

1) ad L. 7. §. 2. D. XIII. 1. v. **sed etsi — durare**[27]).

Ἀναστασίου. Τὸ αὐτό ἐστι, κἂν ζῶντος τοῦ κλέπτου ἐτελεύτησε. Στέφανος μέντοι τὸ ἐναντίον φησίν[28])· *ἐὰν τοῦ κλέπτου ζῶντος ὁ κλαπεὶς ἐτελεύτησεν, οὐκ ἐνέχεται ὁ κληρονόμος. ἀνάγνωθι διγ. θ'.*

2) ad L. 5. §. 10. D. XII. 6.[29])

Ἀναστασίου. Ἡνίκα τις χρήσει τῷ ἄρχοντι, ἵνα ἔχῃ αὐτὸν εὔνουν. Κουβίδης δέ φησιν, ἡνίκα τις παράσχῃ τῷ ἄρχοντι ἐπὶ τῷ δοῦναι τοῖς σκηνικοῖς.

3) Laudatur adnotatio ad L. 26. §. 3. D. XXIII. 4.[30])

Ἐκ τοῦ συμφώνου δηλαδὴ ἰμφάκτουμ οὔτιλεμ ἤτοι πραεσκρίπτοις βέρβοις, ὥς φησιν Ἀναστάσιος.

§. 8. De commentario, qui falso tribuitur Isidoro.

Isidoro tribui solet commentarius ad Digesta[1]). Reperiuntur enim in Basilicorum scholiis tam versiones nonnullorum locorum ex Digestis, quam adnotationes ad Digestorum locos Isidori nomine inscriptae. Nonnunquam etiam ad Isidori adnotationes Basilicorum scholiis provocatur. Loci hi sunt:

1) index L. 1. pr. §. 1. D. XXII. 5.[2])

Ἰσιδώρου. Περὶ μαρτύρων ἐντεῦθεν ποιεῖται τὸν λόγον ὁ νομοθέτης. τῶν μαρτύρων ἡ χρῆσις συνεχής τε καὶ ἀναγκαία ἦν, ἐξ Ἑλλήνων μάλιστα. χρὴ δὲ προςλαμβάνεσθαι καὶ ἀπαιτεῖν μάρτυρας, ὧν οὐκ ἔστι σκάζουσαν τὴν πίστιν εὑρεῖν ἤτοι τὴν μαρτυρίαν. προςλαμβάνονται δὲ μάρτυρες οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ἐγκληματικῶν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ χρηματικῶν ὑποθέσεων. πρὸς τούτοις ἀπαιτεῖσθαι χρὴ τοὺς μάρτυρας ἀπὸ τῶν μὴ κεκωλυμένων μαρτυρεῖν, μήτε ἐξκουσατίονα πρὸς ἀποφυγὴν μαρτυρίας ἐχόντων. τινὲς δὲ κωλύονται μαρτυρεῖν ἢ τινες ἔχουσιν ἐξκουσατίονα, ὡς μὴ ἀναγκάζεθαι μαρτυρεῖν, περὶ ὧν ὁ λόγος διδάξει σε.

2) adnotatio (*σημείωσις*) ad L. 14. D. XXII. 5. v. **testimonii officio**[3]).

Ἰσιδώρου. Σημείωσαι τὸ τεστιμόνιι ὀφφικίῳ γενικῶς εἰρημένον. ἐκ τούτου γὰρ δῆλον, ὅτι οὔτε ἐν διαθήκῃ, οὔτε ἐν δικαστηρίοις δύναται μαρτυρεῖν ὁ ἐπὶ μοιχείᾳ καταδικασθείς. τοσοῦτον δέ, ὅτι καὶ ἐν δικαστηρίοις μαρτυρεῖν οὗτος κεκώλυται καὶ μὴ ἐν διαθήκῃ οὐ μαρτυρεῖν καταδικασθεῖσα ἐπὶ μοιχείᾳ, οὔτε ἐν δικαστηρίῳ δύναται μαρτυρεῖν[4]). *καὶ τοῦτο μανθάνεις ἐν τῷ παρόντι τιτ. διγ. ιη'. Παύλου ῥητῷ καὶ ἐν τῷ πραττομένῳ δὲ τεσταμέντις βιβ. τιτ. α'. διγ. κα'. ἁρμόζει.*

3) adnotatio (*σημείωσις*) ad L. 17. D. XXII. 5.[5])

Ἰσιδώρου. Σημείωσαι οὖν, ὅτι τὰς οἰκειακὰς οὐ δέχονται μαρτυρίας οἱ νόμοι. σημείωσαι αὐτὸ γενικῶς εἰρημένον ἐνταῦθα, τουτέστι καὶ ἐπὶ ῥέου καὶ ἄκτωρος, διὰ τὸ κείμενον ἐν τῷ παρόντι τιτ. διγ. κδ'. Παύλου ῥητῷ.

4) adnotatio ad L. 20. D. XXII. 5.[6])

Ἰσίδωρος. Ὡς εἴγε ῥέος ἦν [ὁ] ἐπικαλεσάμενος τούτους, δύνανται μαρτυρεῖν καὶ ὁ δημοσίως κατηγορούμενος καὶ ὁ ἥττων κ'. ἐτῶν διὰ τὸ μάλιστα μὴ [τὸν] ἐναγόμενον βλάπτεσθαι.

5) adnotatio ad L. 5. D. XXII. 4.[7])

Ἰσιδώρου. Τὸ ἀγράφως γινόμενον ἔῤῥωται καὶ οὐ προκριματίζει τὸ μὴ χάρτην γενέσθαι περὶ τούτου, μόνον εἰ δύναται ἑτέρωθεν ἀποδειχθῆναι τὸ τῆς ἀληθείας.

6) adnotatio ad L. 26. §. 3. D. XXIII. 4. v. **nulla directa actio**[8]).

Ἰσιδώρου. Οὔτε ἡ πραεσκρίπτοις βέρβοις ἐκ τοῦ feci ut des. *οὔτε γὰρ εἶπεν· ἄπελθε καὶ δίδωμι, ἀλλ' ὁπουδήποτε εἰ ἀπελεύσῃ, ἐμοῦ ἀπελεύσῃ δαπανήμασιν.*

Laudatur Isidorus ad hos locos:

1) ad L. 57. D. V. 3. a Stephano[9]).

Ὁ Ἰσίδωρός φησιν ἅμα τοὺς δύο προκατάρξασθαι καὶ τὸν ἕνα ἀμελῆσαι. Θεόφιλος δὲ κατὰ διαφόρους καιροὺς αὐτοὺς λέγει προκατάρξασθαι.

2) ad L. 3. §. 3. D. XXII. 5.[10])

Ζήτει ..... βιβ. κα'. τιτ. α'. κεφ. γ'. θεμ. γ'. καὶ τὴν ἐν αὐτῷ τοῦ Ἰσιδώρου παραγραφήν.

Καὶ ὁ μὲν ἰδίῳ ὀνόματι κινήσας ἔγκλημα χωρὶς ἐγγρά-

---

22) Sch. *Τούτων* I. 794. 23) Sch. *Ἀναστασίου* II. 10. 24) Sch. 45. Suppl. p. 172. 25) Sch. 47. Suppl. p. 185. 26) Sch. *Ἀνάγνωθι τὸν Ἐναντιοφανῆ* II. 718. Ceterum potest etiam esse adnotatio Cobidae ad L. 57. D. XLI. 1., quae in hoc scholio laudatur. 27) Sch. *Ἀναστασίου* V. 433. Dubito tamen de Anastasio auctore; verba enim in fine scholii posita *ἀνάγνωθι διγ. θ'.* magis Anonymum auctorem indicant, et potuit utrumque nomen facile confundi. 28) Spectatur Stephani adnotatio (Sch. *Τουτέστιν* V. 433.) 29) Sch. *Ἀναστασιου* II. 10. Nomen *Ἀναστασίου* in Codice Coislin. 152. nec vero in Codice Paris. 1352. huic scholio praefixum est. 30) Sch. *Ἐκ τοῦ* III. 473.

1) Reitz, Exc. XX. ad Theoph. p. 1237. Heimbach, de Basilicorum origine p. 41. Vide quae contra disputavit Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. I. p. 131 sq. et inprimis Zachariae, in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 811. 2) Sch. *Ἰσιδώρου* II. 384. 3) Sch. *Ἰσιδώρου* II. 396. 4) Lege *καὶ ἐν διαθήκῃ οὐ μαρτυρεῖ ἡ καταδικασθεῖσα κ. τ. λ.* 5) Sch. *Ἰσιδώρου* II. 398. 6) Sch. *Ἰσίδωρος* II. 399 7) Sch. *Ἰσιδώρου* II. 483. 8) Sch. *Ἰσιδώρου* III. 473. 9) Sch. Steph. *Ὁ Ἰσίδωρος* IV. 236. 10) Sch. 2. et 3. V. 235. Spectari videtur aut Sch. *Χρὴ* II. 387 sq., aut, ut existimare malim, Sch. 17. *Σημείωσαι* II. 390.

φων καὶ μὴ ἀποδείξας τοῦτο ἐξορίζεται, ὥς φησι τὸ γ'. θεμ. τοῦ γ'. κεφ. τοῦ α'. τιτ. τοῦ κα'. βιβ. καὶ ὁ ἐκεῖσε Ἰσίδωρος κ. τ. λ.

3) ad tit. ad legem Iuliam de vi publica[11]).

. . . . ῥητῶς δὲ κεκώλυται ὁ ἄνηβος περὶ βίας μαρτυρεῖν. ὅπερ παραγραφόμενος ὁ Ἰσίδωρος τῷ Ἰουλίῳ νόμῳ φησὶ περὶ βίας πουβλίκης[12]).

De ultimo loco dubitari potest, Isidori adnotatio utrum ad tit. Dig. ad legem Iuliam de vi publica (XLVIII. 6.) ad L. 3. §. 3. vel L. 6., an ad tit. Cod. ad legem Iuliam de vi publica vel privata (IX. 12.) ad L. 3. pertineat. Malim ad dictum Codicis titulum eam referre.

Si genuinum esset Isidori nomen locis sub num. 1—4. laudatis praefixum, necessario etiam alia scholia ad Digestorum lib. XXII. tit. 5. Isidoro essent vindicanda, et quidem haec:

index L. 1. §. 2. D. XXII. 5.	Sch. Ἔνθα II. 385.
index L. 2.	Sch. Ἐπὶ II. 386.
index L. 3. pr. §. 1—4.	Sch. Χρὴ II. 387 sq.
index L. 3. §. 5.	Sch. Τῷ περὶ II. 390.
index L. 3. §. 6.	Sch. Οὐ χρὴ II. 391.
index L. 4.	Sch. Τῷ περὶ II. 391 sq.
index L. 6.	Sch. Κανονικῶς II. 393.
index L. 8. 9. 10. 11.	Sch. Οὔτε γέρων II. 393.
index L. 12. et adnotatio	Sch. Ἔνθα II. 394.
index L. 13.	Sch. Οἶδα II. 395.
index L. 14.	Sch. Ἐζητήθη II. 396.
index L. 15. pr.	Sch. Ὁ τῷ II. 397.
index L. 15. §. 1.	Sch. Ἄρα II. 397.
index L. 16.	Sch. Ἐπιτέτραπται u. a. v. σημειῶσαι αὐτὸ II. 398.
index L. 17.	Sch. Δυνάται u. a. v. μαρτυρεῖν II. 398.
index L. 18.	Sch. Ἐπὶ τῶν II. 398.
index L. 19.	Sch. Οὔτε u. a. v. διγ. ι'. καὶ ιε'. II. 399.
index L. 20.	Sch. Οὔτε u. a. v. παραγενέσθαι II. 399.
adnot. ad L. 21. pr.	Sch. Τοῦτ' αὐτὸ II. 400.
index L. 21. §. 1.	Sch. Ὁ ἄρχων II. 400.
index L. 21. §. 2.	Sch. Ἐὰν δεήσει u. a. v. τόποις II. 400.
index L. 21. §. 3.	Sch. Ἐὰν ἐν τοῖς II. 400.
index L. 22.	Sch. Χρὴ u. a. v. μαρτυρεῖν II. 400.
index L. 23. 24.	Sch. Δὶς II. 401.
index L. 25.	Sch. Ὁ συνήγορος II. 401.

Sic etiam ex adnotatione Isidori nomine insignita ad L. 5. D. XXII. 4. (cf. supra num. 5.) derivandum quis existimaverit, etiam indicem fragmentorum eiusdem tituli, qui sine auctoris nomine in Basilicorum scholiis exhibetur, Isidoro esse vindicandum[13]). Sed per omnia Zachariae de L. assentior, qui, ubi nomen Isidori in scholiis Basilicorum praefixum est, Dorothei nomen censet substituendum. Quod ad indices et adnotationes sub Isidori nomine ad Dig. lib. XXII. tit. 4. et 5. laudatas attinet, ex indole indicis ad utrumque titulum exhibiti apparet, eo regulariter versionem Digestorum textum ad verbum reddentem contineri. Quod cum ita sit et eiusmodi versionem Dorothei index soleat exhibere, vix dubito, quin Dorotheo tribuenda sint tam scholia Isidori nomine insignita, quam omnia fragmenta indicis ad utrumque titulum eadem indole conspicua. Nec me movet auctoritas scholiorum 2. et 3. V. 235., in quibus Isidoro adnotatio ad Basil. XXI. 1. 3. th. 3. disertis verbis tribuitur. Hic enim nihil aliud probatur, quam nomina Isidori et Dorothei iam mature fuisse confusa. Sch. Ἰσιδώρου III. 473. Dorotheo tribuendum est, cuius index librum singularem de dote complectebatur, uti apparet ex fragmentis eius ad Dig. lib. XXIV. tit. 2. 3. in Basilicorum scholiis conspicuis. Denique in Sch. Ὁ Ἰσίδωρος IV. 236. Dorothei nomen substituendum censeo, cum Dorothei index etiam partem Digestorum de iudiciis continuerit. Obiecerit quis, me ipsum Stephanum huius scholii posuisse auctorem, nec fieri potuisse, ut iam Stephani aetate nomina Isidori et Dorothei fuerint confusa. Quod licet concesserim, tamen hoc scholium non ea forma, quam ab initio habuit, redditum esse arbitror, sed posteriori aetate interpolatum. Stephanus enim haud dubie verbi causa nomini Theophili addidisset ὁ μακαρίτης, quod alias regulariter facere solet. Ita etiam nomina Isidori et Dorothei posteriori aetate confusa sunt. In universum si Isidorus commentarium ad Digesta edidisset, plura eius fragmenta essent superfutura. Obiicere quis potuerit, etiam Cobidae et Anastasii adnotationes ad Digestorum locos in Basilicorum scholiis exhiberi, quas qui spurias existimet, esse neminem. Quod quamvis concedendum sit, in Isidoro tamen res aliter se habet, cum accedat indoles et natura indicis, quae pro Dorotheo auctore loquitur. Negari tamen nequit, fieri potuisse, ut Isidorus, qui antecessoris munere functus est, Digesta in scholis interpretaretur eiusque interpretationes ab auditoribus propagarentur.

§. 9. De commentariis, qui falso tribuuntur Anatolio et Theodoro.

Anatolium Digesta esse interpretatum quidam existimarunt[1]). Quae in Basilicorum scholiis Anatolii nomine fertur adnotatio ad L. 6. pr. D. XIII. 7.[2]), ea non ex eius commentario ad Codicem hausta est[3]). Nomen Anatolii, quod in fronte scholii legitur, ortum esse coniicere quis potuerit ex confusione cum Anonymo. Sed illa adnotatio neque Anatolium, neque Anonymum habet auctorem, sed potius Stephanum, uti colligitur ex usu formulae loquendi huic Iureconsulto consuetae: ὡς ἀνήνεκται πανταχοῦ μέν, μάλιστα δέ[4]).

Maiore veritatis specie Theodoro commentarium ad Digesta quidam tribuerunt[5]). Causam primum dederunt nonnulla scholia Theodori nomine insignita, quae indices

11) Sch. Ἄλλος II. 399. 12) Verba παραγραφόμενος — πουβλίκης vertenda sunt: quod Isidorus dicit adnotans ad Legem Iuliam de vi publica. 13) Loci hi sunt: Index L. 1. D. XXII. 4. — Sch. Τὸ ἐνστρούμεντον II. 481.; index L. 2. — Sch. Οὐ καλῶς II. 482.; index L. 3. — Sch. Δανεισάμενος u. a. v. τὸ γραμματεῖον II. 483.; index L. 4. — Sch. Ὥσπερ II. 483.; adnotatio ad L. 6. — Sch. Τοῦτο νόησον II. 484.

1) Reitz, Exc. XX. ad Theoph. p. 1234. Heimbach, de Basilicorum origine p. 40. 2) Sch. Ἀνατολίου III. 54. 3) Hanc sententiam proposuit Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. I. p. 283. 4) Zachariae de L. in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 803. 5) Reitz, Exc. XX. ad Theoph. p. 1243. aliique, quos recenset Zachariae de L. Anecd. p. XXIV.; novissime Mortreuil l. l. p. 138. 310. Refutavit autem eorum sententiam idem Zachariae de L. l. l. p. XL. sq. et in: Krit. Jahrb. 1844. p. 816.

et adnotationes ad Digestorum locos continent. Verum ea ex causis supra, cum de Dorothei commentario age remus, relatis potius Dorotheo vindicanda esse videntur. Deinde ut demonstretur, Theodorum Digesta esse interpretatum ad eaque scripsisse, nonnulla Basilicorum scholia adducuntur, quae ex Theodori Breviario Codicis desumta videntur. Sed in his scholiis aut depravata lectio est et pro *διγ.* emendandum *διατ.*, ut potius Codicis locus designetur, aut coniunctae sunt adnotationes Thalelaei cum Theodori summis, quae a Basilicorum editoribus fuissent separandae. Ac separatio quidem necessaria est in Sch. *Θεοδώρου* I. 647. 657. 696. 700 sq. 701 sq. 702 sq. 704. 710. Sch. *Τοῦ αὐτοῦ* I. 711 sq. Sch. *Θεοδώρου* I. 819. II. 59. Sch. *Θεοδώρου. Ὀφείλει* III. 757 Sch. *Θεοδώρου. Ὁ κελευσθεὶς* III. 769. Sch. V. 795 *Ὁ συλληφθεὶς* V. 871.[6]) Lectio autem depravata est in aliis scholiis[7]). Tria nonnisi supersunt scholia, quae Theodori sunt et Digestorum locos laudatos continent, ita tamen, ut depravata lectio non sit, quamobrem Zachariae de L.[8]) ea interpolata esse arbitratur[9]).

CAPUT VI.

Codicis commentarii.

§. 1. Fragmenta Veronensia[1]).

In Codice ecclesiae cathedralis Veronensis LX. signato, membranaceo, quo epitomae canonum conciliorum continentur, folia rescripta LXXI extant, quae Co**dicis Iustinianei particulam cum scholiis graecis exhibent.** Fragmenta constitutionum hoc Codice servata in novissimis Codicis Iustinianei editionibus exhibita sunt; particula constitutionis primae C. de monopoliis (IV. 59.) graeca lingua scriptae hoc Codice primum innotuit. Scholia graeca integra hoc Codice comprehensa Zachariae de L. princeps divulgavit[2]). Scholia pertinent ad constitutiones librorum IV. V. VI. VII. VIII. XI. Codicis: ad quasnam constitutiones et ad quaenam earum verba, vir ille indicavit. Scholia in Codice partim inter lineas, partim inter columnas, partim in margine conspicua sunt. Quae inter lineas scripta sunt scholia, regulariter glossae sunt proprie sic dictae, i. e. versiones graecae glossarum latinarum. Scholia marginalia duplicis sunt generis; aut enim continent breves adnotationes dogmaticas et exegeticas, additis interdum locis similibus, aut animum lectoris advertunt ad singulos locos textus, eorumque argumentum, quod plerumque fit verbis *σημείωσαι ὅτι* addito loci argumento, nonnunquam verbis *σημείωσαι ὡραῖον* vel simpliciter *σημείωσαι*. Loci, qui regulam iuris continent, insigniti sunt positis in margine literis $\overline{\text{REG}}$, i. e. regula[3]). Zachariae de L. haec scholia commentario Thalelaei ad Codicem simillima esse probavit. Quodsi enim haec scholia cum indice, versione *κατὰ πόδα* et adnotationibus Thalelaei in Basilicis eorumque scholiis antiquis obviis conferre volueris, invenies primum, versiones, quae scholiis interlinearibus continentur, cum Thalelaei versione *κατὰ πόδα* convenire[4]); ac deinde, reliqua scholia magnam quidem partem, ratione certe argumenti, adnotationibus Thalelaei contineri, licet verba alia sint. Quam horum scholiorum cum adnotationibus Thalelaei similitudinem Zachariae de L. tantam esse arbitratur, ut hae

---

6) Sch. *Θεοδώρου* I. 647. u. a. v. *διατ. θ'.* est Theodori summa L. 6. C. II. 3.; inde a v. *σημείωσαι* u. a. f. continet Thalelaei adnotationem ad L. 6. dictam. Sch. *Θεοδώρου* I. 657. u. a. v. *διατ. β'.* est Theodori summa L. 13 C. II. 3., inde a v. *ὅπερ κεκανόνισται* u. a. f. est Thalelaei adnotatio ad l. l., quae seorsim extat in Sch. *Ὅπερ* I. 656. Sch. *Θεοδώρου* I. 696. u. a. v. *περὶ δὲ μελλόντων οὐ διαλυόμεθα* continet Theodori summam L. 8. C. II. 4., reliqua a v. *ἡνίκα τις ἀλίμεντον* u. a. f. Thalelaei indicem eiusdem loci. In Sch. *Θεοδώρου* I. 700 sq. Theodori summa L. 14. C. II. 4. vergit u. a. v. *ἀγωγὸς ὑποδέχεται*; reliqua continent Thalelaei adnotationem ad eundem locum. Sch. *Θεοδώρου* I. 701. u. a. v. *τοῦ α'. βιβ.* exhibet Theodori summam L. 16. C. II. 4., inde a v. *Σαφεστάτη* adnotationem Thalelaei ad l. l. Sch. *Θεοδώρου* I. 702. u. a. v. *τοῦ παρόντος τιτ.* est Theodori summa L. 17. C. II. 4., inde a v. *σημείωσαι* adnotatio Thalelaei ad l. l. Sch. *Θεοδώρου* I. 704. u. a. v. *τὰ ἐνταῦθα εἰρημένα* continet Theodori summam L. 18. C. II. 4., inde a v. *ἄκουε* u. a. f. Thalelaei adnotationem ad l. l. Sch. *Θεοδώρου* I. 708. u. a. v. *τοῦ παρόντος τιτ.* est Theodori summa L. 23. C. II. 4., inde a v. *ἰδοὺ* u. a. f. exhibet Thalelaei adnotationem ad eundem Codicis locum. In Sch. *Θεοδώρου* I. 710. Theodori summa L. 25. C. II. 4. desinit in verbis *τοῦ παρόντος τιτ.*, reliqua continent Thalelaei adnotationem ad l. l. In Sch. *Τοῦ αὐτοῦ* I. 711. adnotatio Thalelaei ad L. 28 C. II. 4 incipit a verbis *τὸ τῆς ἀγράφου διαλύσεως*. In Sch *Θεοδώρου* I. 712. inde a verbo *Ἐρώτ.* (*Ἠρώτ.*) incipit *ἐρωταπόκρισις* Thalelaei. In duobus scholiis *Θεοδώρου* I. 819. inde a verbis *τὸ κατὰ πόδας* incipit Thalelai versio *κατὰ πόδα*. In Sch. *Θεοδώρου* III. 757. a verbis *τὸν ἄνδρα* orditur adnotatio Thalelaei; in Sch. *Θεοδώρου* III. 769. inde a verbis *τοῦτο δὲ νόησον*; in Sch *Θεοδώρου* V. 795. inde a verbis *ἔγνως ἤδη*; in Sch. *Θεοδώρου* V. 871. inde a verbis *τοῦτο εἴρηται*. 7) In Sch. *Θεοδώρου* I. 658. pro *διγ. γ'.* lege *διατ. γ'.*, cum designetur L. 3. C VI. 20. In Sch. *Θεοδώρου. Γενικῶς* I. 660. pro *Θεοδώρου* repone *Θαλελαίου*, cum scholium a consueta Theodori oratione longe abhorreat In Sch. *Τοῦ αὐτοῦ* I. 790., quod est Theodori summa L. 5. C. IV. 37., pro *διγ. κβ'.* lege *διατ. κβ'.*, cum designetur L 22. C. II. 11. In Sch. *Θεοδώρου* II. 59 pro *ἐν τῷ α'. διγ. τοῦ κς'. τιτ. τοῦ παρόντος βιβ.* reponendum est *ἐν τῇ α'. διατ. τοῦ κγ'. τιτ.*; nam designatur L. 1. C. IV. 23. In Sch. *Θεοδώρου* II. 60 pro *ἐπολεῖ κδ'. διγ. τοῦ παρόντος τιτ.* legendum: *ἐπάγει ἡ δ'. διατ. τοῦ παρ. τιτ.*, cum designetur L. 4 C. IV. 34. In Sch. *Θεοδώρου* II. 62. pro *διγ. ς'.* repone *διατ. ς'.*, cum designetur L. 6. C. III. 32. In Sch. *Θεοδώρου. Σιωπηρὸν* III. 759. pro *διγ. ιη'.* legendum est *διατ. ιη'.*, cum designetur L. 18. C. VIII. 13. Haec sunt exempla scholiorum Theodori nomine insignitorum, in quibus summis Theodori annexae sunt Thalelaei adnotationes, ita ut unum idque Theodori scholium efficere videantur. Si praeter ea leguntur scholia, in quibus Theodori summis male iunctae sunt Thalelaei adnotationes, eas in Manuali Basilicorum separatas reperies. 8) Anecd. p. XXXVI. 9) In Sch. *Θεοδώρου* II. 373 inde a v. *καὶ σημείωσαι κ. τ. λ.* plures Digestorum loci laudantur, ita tamen, ut Thalelaeo haec adnotatio tribui nequeat, quippe qui alio modo Digesta laudare consueverit Ratio laudandi Digesta eadem est, quae Anonymi, quem tamen ad Codicem non scripsisse certum est. Itaque incerti antiqui auctoris adnotationem esse crediderim. Scholio *Θεοδώρου* II. 484 sq. inde a verbis *ἕκαστος γὰρ* u. a. f. adnotationem Thalelaei ad L. 1. C. IV. 19. contineri arbitror. Ita etiam ultima verba *ὅτι γὰρ ὁ διαβεβαιούμενος κ. τ. λ.* in Sch. *Θεοδώρου Καλῶς* II. 567. adnotationem Thalelaei vel alius cuiusdam antiqui Iureconsulti ad L. 5. C. IV. 1. continere existimo.

1) Cf. Gaii Comment. Instit. ed. Goeschen. Berol. 1820. Praef. in fin. Blume, Iter Italicum T. I. p. 262. Biener, Gesch. der Novellen p. 121 sq. et Beiträge zur Revision des Justin. Codex p. 49. 51. Herrmann, Praef. ad edit. Codicis p. XIV. sq. Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. I. p. 141 sq., prae ceteris autem Zachariae de L. in: Zeitschr. f. gesch. RW. T. XV. p. 90—132. 2) L. l. p. 102—132. Iam ante in editione Gaii p. LXXIII. LXXIV. fragmenta nonnulla horum scholiorum ediderat Goeschen. 3) Constitutiones, in quibus hoc factum est, sunt: Lib. IV. tit. 48. const. 3. tit. 49. const. 12. Lib. V. tit. 17. const. 11. tit. 31. const. 9. tit. 27. const. 4. tit. 29. const. 2. tit. 34. const. 2. 7. 9. tit. 37. const. 12. 14. tit. 43. const. 4. tit. 51. const. 5. 12. tit. 59. const. 1. 2. Lib. VI. tit. 2. const. 20. tit. 59. const. 1. 2. Lib. VII. tit. 4. const. 14. tit. 40. const. 3. Lib. VIII. tit. 16. const. 9. tit. 17. const. 2. 4. 7. tit. 38. const. 4. tit. 46. const. 3. tit. 47. const. 8. 4) Cf. Sch. 42. 158. 257. 258. 274.

et illa vicissim notis criticis possint inservire[5]). Quae scholia quomodo orta sint, diversae proponi possunt coniecturae. Ac primum quidem accipi potest, possessorem libri manuscripti Codicis Iustinianei Veronensis ex Thalelaeo notas in suum librum transscripsisse. Zachariae de L. tamen hanc coniecturam non putat probabilem. Dubitat, num hae adnotationes Thalelaeum ipsum habeant auctorem, quippe Thalelaeo non semper dignae. Ipse putat, haec scholia esse adnotationes ab auditore quodam Thalelaei[6]) vel alius cuiusdam antecessoris in scholis ab eo habitis exemplo Codicis Thalelaei adscriptas. Quamvis haec scholia simillima esse Thalelaei adnotationibus concedendum sit, ac praeterea Digesta in scholiis eadem, qua Thalelaeus uti solet, ratione laudentur[7]), coniecturae tamen a Zachariae de L. de origine horum scholiorum propositae adstipulari non possum. Thalelaeus in commentario ad Codicem perraro Novellarum habet rationem easque longe aliter laudare solet, atque id in scholiis Veronensibus factum est. Thalelaeus enim Novellas ita laudat: „*τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν βασιλέως νομοθεσία μετὰ τοῦτον ἐξενεχθεῖσα τὸν κώδικα*" vel „*ἡ διάταξις μετὰ τοῦτον τὸν εὐσεβῆ κώδικα ἐξενεχθεῖσα*"[8]). Ubi simpliciter *νεαρὰν διάταξιν* laudat, non designat novellam constitutionem post Codicem promulgatam, sed constitutionem ipso Codice comprehensam, qua ius antiquum fuit mutatum. In scholiis Veronensibus autem Novellae simpliciter vocantur *νεαραὶ* vel *νεαραὶ διατάξεις*, et uno loco addito numero, aliis locis cum inscriptione ex argumento desumta laudantur[9]). Novissima, quae in scholiis Veronensibus laudatur, est Novella 134. anno 556. promulgata. Scholia Veronensia ergo post hunc annum orta sunt. Etiamsi concesserimus, Thalelaeum ultra annum 556. vixisse et docuisse, vix tamen poterit explicari, quomodo Thalelaeus, si scholia Veronensia adnotationes eius ad Codicem ab auditore quodam conscriptas continent, a sua aliorumque Iureconsultorum aequalium in Novellis laudandis consuetudine in his scholiis adeo recesserit, ut eas simpliciter *νεαρὰς* vel *νεαρὰς διατάξεις* appellaverit. Verum enimvero nec probabile est, nec concedi potest, Thalelaeum ultra annum 556. vixisse. Novella enim 134. novissima quoque est earum Novellarum, quae Iuliani epitome Novellarum continentur, ubi est const. 125. Iulianus fuit auditor Stephani, cuius in indice Digestorum interrogatio a Iuliano proposita et responsio Stephani ad illam data reperitur[10]). Stephanus in indice Digestorum Thalelaeum *μακαρίτην* appellat[11]), i. e. paulo ante vita defunctum. Itaque cum index Stephani eo tempore scriptus sit, quo Iulianus auditor fuit Stephani et quo iam vita decesserat Thalelaeus, vita Thalelaei annum 556. attingere minime potuit. Quae cum ita sint, coniectura a Zachariae de L. de origine scholiorum Veronensium e scholis a Thalelaeo habitis derivanda proposita probari nequit. Multa ex scholiis Veronensibus, ea dico, quae singula verba latina textus graece reddunt, ratione formae, nec vero ratione argumenti aut verborum, persimilia sunt brevibus glossis Isidori, quarum nonnullae in Basilicorum scholiis extant[12]). Nec tamen ideo crediderim, scholia Veronensia esse adnotationes Isidori ad Codicem ab auditore quodam eius in scholis chartae mandatas. Nam similitudo scholiorum Veronensium cum adnotationibus Thalelaei in Basilicorum scholiis extantibus me movet, ut potius eam coniecturam, quam Zachariae de L. ut minus probabilem reiecit, amplectar et credam, possessorem quendam Codicis manuscripti Veronensis Thalelaei commentarium ad Codicem excerpsisse ex eoque in libro suo manuscripto notas transscripsisse additis quoque nonnullis, veluti locis Novellarum. Atque hac quidem ratione satis explicatur, quae intercedit inter haec scholia et Thalelaei adnotationes similitudo, nec non ratio Digesta laudandi consuetudini Thalelaei in Digestis laudandis consentanea; explicatur denique ratio, qua Novellae in scholiis Veronensibus laudantur, a Thalelaeo consueta diversa. In Manuali Basilicorum scholia Veronensia non indicavi sub Thalelaei nomine, sed auctorem in incerto relinquendum putavi.

§. 2. Isidori commentarius[1]).

Matthaeus Blastares in praefatione ad Syntagma canonum auctor est, Codicem ab Isidoro editum fuisse arctius, quam a Thalelaeo, latius vero, quam ab Anatolio et Theodoro. In Basilicorum scholiis hoc Isidori opus appellatur *ἡ τοῦ Ἰσιδώρου ἔκδοσις*[2]). Plura eius fragmenta in Basilicorum scholiis supersunt. Ita tituli 53—56. lib. VIII. huius commentarii in Basilicorum scholiis integri servati sunt[3]). Scholiorum enim compilatores ad

---

5) Cf. Sch. 41. 55. 57. 58. 115. 117. 120. 125. 140. 142—145. 150. 152. 153. 156. 159. 161. 165. 167. 176. 178. 179. 181. 183. 185. 193. 216. 253. 255. et inprimis Sch. 131. 155. 177. 197. Adnotationes Thalelaei congruas ad singula haec scholia Zachariae de L. e Basilicorum scholiis adnotavit. 6) Magis tamen probabile Zachariae de L. existimat, Thalelaeum fuisse eum antecessorem, cuius in scholis hae adnotationes exemplo Codicis eius adscriptae fuerint, cum Thalelaeus praeceptorem suum Patricium *τὸν ἥρωα* laudare soleat, qui et in Sch. 155. laudatur. 7) Sch. 116. 117. „*ἐν τῷ* de tutelis *μονοβίβλῳ.*" Sch. 198. „*ἐν τῷ κβ'. διγ. τῆς* pigneratiκίας *τῶν* de rebus." Sch. 199. „*ἐν τῇ* commodati *τῶν* de rebus" et „*ἐν τῇ* mandati *τῶν* de rebus." Sch. 201. „*ὡς βι. β'. τῶν πρώτων τι. δ'. διγ. η'.*" Sch. 278. „*βι. α'. τῶν πρώτων τι. ιη'. διγ. ιγ'.*" Sch. 319. „*βι. α'. τῶν πρώτων τι. ιδ'. διγ. ιδ'.*" Digesta tamen etiam numeris librorum laudantur, veluti Sch. 54. „*βι. ιθ'. τι. β'. διγ. ιγ'.*" Sch. 59. „*βι. ιθ'. τι. θ'. διγ. νε'.*" Sch. 310. „*βι. κ'. τι. ια'.* (lege *α'.*) *διγ. ις'.*" 8) Cf. Sch. *Αὕτη* Basil. Heimb. I. 337. Sch. *Θαλελαίου* IV. 775. 9) Sch. Veron. 60. „*ὡς ἡ νεαρὰ ἡ περὶ τρόπων γνησιότητος ἐπιγεγραμμένη*" (Nov. 74. cap. 5.) „*ἡ περὶ διαφόρων κεφαλαίων καὶ* repudίου *καὶ ἡ περὶ ὑρχόντων καὶ μοιχείας καὶ τιμωριῶν ἀμφότεραι νεαραί*" (Nov. 117. et 134.) Sch. 68. „*ἡ κβ'. τῶν νεαρῶν διατάξεων*" Sch. 88. „*ἀνάγνωθι καὶ τὰς περὶ βουλευτῶν β'. νεαράς*" (Nov. 38. et 101.) Sch. 103. „*ἡ περὶ τῶν πρὸ τῶν προικῴων τεχθέντων νεαρά*" (Nov. 19.) „*ἀνάγνωθι τὴν περὶ τῶν νόθων*" (Nov. 89.) Sch. 105. „*τῇ περὶ νόθων νεαρᾷ*" (Nov. 89.) Sch. 141. „*ἡ νεαρὰ ἡ περὶ τοῦ ὅρκου τοῦ* testatoros" (Nov. 48.) Sch. 277. „*ἀνάγνωθι τὴν νεαρὰν λέγουσαν μηδένα ἀναγκάζεσθαι ἐξίστασθαι*" (Nov. 135.) Sch. 309. „*ἀνάγνωθι τὴν περὶ ἀργυροπρατῶν νεαράν*" (Nov. 136.) Sch. 325. „*ἀνάγνωθι τὴν περὶ ἀλληλεγγύων νεαράν*" (Nov. 99.) 10) Sch. *Ἰουλιανὸς* Basil. Heimb. II. 180 sq. 11) Sch. *Τοῦ αὐτοῦ* I. 763. Sch. *Τὴν* III. 489. Sch. *Σημείωσαι* V. 445. 12) Exempla glossarum Isidori sunt: 1) ad L. 17. C. VIII. 53. Basil. Heimb IV. 583. „blandiri tibi *Ἀπατᾶν ἑαυτόν.*" 2) ad L. 33. C. VIII. 53. Basil. IV. 587. „Indignatione, *ἀγανακτήσει*". 3) ad L 3. C. VIII. 54. Basil. IV. 593. „admiserint, *ἐδέξαντο.*"

1) Cf. Zachariae de L. in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 811—813. Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. I. p. 142. 2) Sch. *Πρόσκειται* IV. 88. „*Πρόσκειται ἐν τῇ τοῦ Ἰσιδώρου ἐκδόσει κ. τ. λ.*" 3) Ad Basil. lib. XLVII. tit. 1—3. T. IV. p. 580—594. 595—598. 613. 614. Epitomae singularum constitutionum et scholia, quibus continentur, in Manuali Basilicorum designantur.

librum VIII. Codicis copiam non habuerunt commentarii Thalelaei, ex quo regulariter scholia, quantum ad Codicem attinet, componere solebant. Praeterea nonnulla fragmenta commentarii Isidori in Basilicorum scholiis servantur, aut laudantur in scholiis Isidori epitomae vel adnotationes.

Fragmenta Isidori praeter iam dicta haec supersunt:

1) summa L. 2. C. III. 29.[4])

Εἰ ὑπεξούσιος ἦν ὁ σὸς ἀδελφὸς, καὶ ἐξ ῥὲ τοῦ πατρὸς οὖσα δωρεὰ πάλιν αὐτῷ προσεπορίσθη, καὶ ἐδεῖτο καὶ τοῦ ἐφησυχάσαι αὐτὸν ἕως τελευτήσει[5]).

2) summa L. 29. C. V. 12.[6])

Δύναται καὶ συνεστῶτος τοῦ γάμου ἡ γυνὴ, εἰς ἀπορίαν τοῦ ἀνδρὸς ἐλθόντος, τὰ ὑποκείμενα αὐτῇ ἐκδικεῖν πράγματα παρ' οἱουδήποτε μεταγενεστέρου δανειστοῦ. μὴ ἐκποιείτω δὲ αὐτά, ἐν ὅσῳ συνίσταται ὁ γάμος, ἀλλ' ἐχέτω πρὸς ἀποτροφὴν ἑαυτῆς καὶ τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῶν παίδων αὐτῆς· μηδὲν βλαπτομένων ἐντεῦθεν τῶν δανειστῶν, ἀλλ' ἐχόντων, εἰ εὐπορήσει, κατ' αὐτοῦ τὰς οἰκείας ἀγωγάς· ἀκεραίων φυλαττομένων τῶν συμφώνων τῶν μεταξὺ τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς γενομένων ἕνεκεν τῆς προικὸς καὶ τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς.

3) summa L. 1. C. VIII. 2.[7])

Ἰσιδώρου. Ὁ παῖς ἐαθεὶς πραετέριτος παρὰ τοῦ οἰκείου πατρὸς καὶ αἰτήσας τὴν κόντρα τάβουλας διακατοχὴν οὐκ ἄλλως δύναται τῷ ἰντερδίκτῳ χρήσασθαι, εἰ μὴ καὶ παῖδα ἑαυτὸν ἀποδείξει τοῦ τελευτήσαντος καὶ κατὰ τὸ ἔδικτον ᾐτηκέναι τὴν διακατοχήν.

4) pars summae L. 3. C. VIII. 2. et adnotatio[8]).

Πρόσκειται ἐν τῇ τοῦ Ἰσιδώρου ἐκδόσει· καὶ γὰρ ὁ νόμος καὶ ἡ φυσικὴ δικαιοσύνη δυνατωτέρους τῆς γυναικὸς τίθεται τοὺς ἀδελφούς· τότε γὰρ μόνος ἀνὴρ ἢ γυνὴ κληρονομοῦσιν ἀλλήλους, ὅταν πᾶσα ἡ συγγενῶν ἀπορία.

Ἰσιδώρου. Τοῦ κονόρουμ βονόρουμ ἰντερδίκτου.

5) summa L. 1. C. VIII. 3.[9])

Ὁ Φαλκίδιος νόμος παρακατάσχεσιν μόνον δίδωσι τοῦ δ'., οὐκέτι δὲ καὶ ἀγωγήν. ὁ δὲ ληγατάριος κἂν[10]) *ἐπιβῇ τοῦ ληγατευθέντος παρὰ γνώμην τοῦ κληρονόμου, δύναται ὁ κληρονόμος ὡς σκρίπτος ἀδιτεύσας ἢ διακατοχὴν αἰτήσας κινεῖν τὸ κουὸδ ληγατόρουμ ἰντέρδικτον, καὶ οὕτω λοιπὸν λαμβάνειν μὲν τὸ πρᾶγμα, ἀντιτιθέναι δὲ ἐν τῇ τῶν ληγάτων ἀπαιτήσει ἢ τῇ τῶν φιδεϊκομίσσων φαλκίδιον. οὐκ ἄλλως δὲ ἀναλήψεται διὰ τοῦ ἰντερδίκτου τὴν νομήν, εἰ μὴ παράσχῃ τὴν ληγατόρουμ ἱκανοδοσίαν.*

6) summa L. un. C. VIII. 6.[11])

Ἰσιδώρου. Ἡνίκα περὶ τοῦ οὔτι ποσσιδέτις ἰντερδίκτου γίνεται λόγος, ἐκεῖνος νικᾷ τὸν ἀγῶνα ὁ μὴ κατὰ βίαν ἢ χάριν ἢ λάθρα τοῦ ἀντιδίκου νεμόμενος· ὁ δὲ περὶ τούτου νικήσας τὸν ἀγῶνα λήψεται τὴν νομήν, ἀπαιτηθεὶς ἱκανὰ τὴν ἰν ῥέμ ὑποδέχεσθαι. εἰ δὲ μὴ δίδωσι τὰ ἱκανά, μετατίθεται ἡ νομὴ ἐπὶ τὸν ἕτερον κατὰ τὴν τοῦ ἐδίκτου νομοθεσίαν. καὶ οὕτως ἡ δίκη λύεται περὶ τῆς δεσποτείας.

7) summa L. 3. C. quae sit longa consuetudo VIII. 52. (53.)[12])

Ἰσιδώρου. Τὰ διδόμενα ὀφφικίοις ἢ βουλευτηρίοις ἢ πόλεσιν ἢ πρίγκιψιν ἢ συστήμασι προνόμια κρατεῖ ἐπὶ τῶν αὐτῶν καὶ βέβαιά ἐστιν, οὐ μὴν γενικά εἰσιν.

Laudatur Isidori:

1) adnotatio ad L. 1. C. VIII. 9.[13])

Θεμάτισον εἶναι ἀγρὸν ὑποτεθέντα ἀδιαιρέτως καὶ διὰ τοῦτο κινεῖ οὐτιλίως ἑκάτερον. ζήτει βιβ. κε'. τιτ. β'. κεφ. λς'. καὶ τὴν τοῦ Ἰσιδώρου παραγραφήν.

2) adnotatio ad L. 5. C. de emancipationibus liberorum VIII. 48. (49.)[14])

..... *ζήτει* ...... *καὶ βιβ. λα'. τιτ. γ'. κεφ. ε'. ὁ* (lege *τὸ*) *διοριζόμενον, τὸν ἀπολυόμενον ἀπὸ ὑπεξουσιότητος συναινεῖν τῇ ἀπολύσει, οὔ φησιν ἔχειν χώραν τὴν συναίνεσιν ἐπὶ τοῦ ἑπταετοῦς· οὗτος γὰρ οὐ δύναται συναινεῖν, ὥς φησιν ἡ ἐκεῖσε παραγραφὴ τοῦ Ἰσιδώρου, ἀλλὰ καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἀπεντεῦθεν αὐτεξούσιος γίνεται.*

3) adnotatio ad tit. C. ad legem Iuliam de vi publica vel privata IX. 12. (?)[15])

Fragmenta commentarii Isidori ad Codicem etiam Nomocanone L. titulorum Zachariae de L.[16]) putat contineri. Cuius coniecturae argumenta ita comparata proponit, ut ei adstipulari nullus dubitem. Nam epitomae constitutionum in hoc Nomocanone exhibitae neque Anatolium, nec Thalelaeum, nec Stephanum habere possunt auctorem. Differunt enim epitomae constitutionum ex libro I. Codicis in Nomocanone exhibitae tam ab epitomis Thalelaei, quae in Basilicis, quam ab epitomis Stephani, quae in collectione constitutionum ecclesiasticarum exhibentur. Item epitome L. 9. §. 1. C. IV. 20. in

4) Sch. *Θεοδώρου* IV. 156. Pro *Θεοδώρου* haud dubie reponendum est *Ἰσιδώρου*. Nam ut silentio praetermittam, utrumque nomen facile potuisse commutari, summa L. 2. C. III. 29. a Theodoro confecta extat in Sch. *Τὰ δωρηθέντα* IV. 156., ut apparet ex adnotationibus ei additis ac prae ceteris ex Novella 92. laudata, quae hoc numero in collectione CXXVIII Novellarum, qua Theodorus in Breviario Novellarum componendo usus est, laudatur. Cum Thalelaei versio *κατὰ πόδα* textum Basil. XLI. 4. 3. efficiat, Thalelaeus in indice constitutionis uti non soleat secunda persona, quasi alloquatur eum, ad quem constitutio directa est, Anatolius denique brevior esse soleat, praeter Isidorum nemo superest, cui scholium illud vindicari queat. Nam Stephani commentario ad Codicem scholiorum antiquorum compilatores nunquam usi sunt. 5) Malim *ἕως τοῦ τελευτῆσαι*. 6) Sch. *Δύναται* III. 444. Haec epitome aut Isidorum aut Anatolium habet auctorem. Nam Thalelaei index continetur textu Basil. XXIX. 1. 116., Theodori summa extat in Sch. *Θεοδώρου* III. 444. Magis tamen in Isidorum inclino. 7) Sch. *Ἰσιδώρου* IV. 88. 8) Sch. *Ἰσιδώρου* et *πρόσκειται* IV. 88. 9) Sch. *Θεοδώρου* IV. 140. Zachariae de L. l. l. p. 811. pro *Θεοδώρου* legendum esse *Ἰσιδώρου* merito coniecit. Nam Theodori summa L. 1. C. VIII. 3. exhibetur in Sch. 1. *Θεοδώρου* IV. 140., nec de Theodoro auctore dubium esse potest, cum eandem habeat indolem, cuius sunt huius epitomae, et addita sit adnotatio, in qua mentio fit Novellae 1., Novellarum autem Isidorus mentionem facere non soleat. 10) Lege *ἐάν*. 11) Sch. *Ἰσιδώρου* V. 591. 12) Sch. *Ἰσιδώρου* ad Synopsin Basilicorum, quod e Codice Paris. gr. 1351. fol. 250 b. primus edidit Zachariae de L. l. l. p. 811. Versio haec est: Privilegia officiis, vel curiis, vel civitatibus, vel Principibus, vel collegiis data in eisdem (casibus) obtinent et sunt valida, nec vero generalia sunt. Observanda ex hac Isidori epitome est constitutionis interpretatio. Nam cum constitutio intelligi queat de praestationibus, quae officiis, curiis etc. per longum tempus praestitae fuerint, Isidorus constitutionem accipit de privilegiis eis concessis, eaque rata quidem esse, nec vero generalis legis vim dicit obtinere. Quae Isidori interpretatio unice vera esse videtur, quippe qui consultationem, ad quam rescriptum illud datum est, ante oculos habuisse videatur. 13) Sch. *Θεμάτισον* V. 594. Laudatur in hoc scholio Basil. XXV. 2. cap. 36., quod respondet L. 1. C. de precario et Salviano interdicto VIII. 9. 14) Sch. V. 474. Laudatur ibi Basil. XXXI. 3. 5. Licet Basil. liber XXXI. perierit, ex argumento tamen huius Basilicorum loci in scholio tradito patet, indicari L. 5. C. de emancipationibus liberorum, ad eamque Isidori adnotationem. 15) Hic locus redditus est supra Cap. V. §. 8. inter locos, ubi Isidorus ad Digesta laudatur. Cf. ibid. not. 11. 16) Cf. Zachariae de L. l. l. p. 811. 812.

Nomocanone exhibita differt ab epitome eiusdem constitutionis ab Anatolio confecta, quae extat in Sch. *Νομίζω* II. 405. Nec Theodoro tribui possunt epitomae constitutionum in Nomocanone conspicuae, uti comparatio earum cum summis Theodori nobis servatis docet. Nec probabile est, Nomocanonis auctorem has epitomas ipsum confecisse. Nam cum totum opus suum aliis ex fontibus hauserit, veluti Novellas ex collectione LXXXVII capitulorum et Athanasii Breviario Novellarum, Digestorum locos ex indice Dorothei, dubium esse vix potest, quin etiam Codicis locos ex commentario quodam ad Codicem scripto desumserit. Ex eiusmodi autem commentariis nullus nisi Isidori superest, ex quo Nomocanonis compilator haurire potuerit. Locos ex hoc commentario in Nomocanone L. titulorum exhibitos iam indicavit Zachariae de L.[17]); sed cum nonnulli loci diligentiam eius evaserint, non abs re duxi, eos denuo hic recensere.

Loci hi sunt:

1) summa L. 1. C. I. 1.[18])

Πάντας οὕτω πιστεύειν βούλεται ἡ διάταξις, ὡς ὁ ἅγιος Πέτρος ἀπόστολος παραδέδωκε τοῖς Ῥωμαίοις, ᾧτινι καὶ Δάμασος ὁ Ῥώμης ἐπίσκοπος ἐπηκολούθησεν, ἵνα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος μίαν θεότητα, μίαν οὐσίαν, μίαν δύναμιν εἶναι πιστεύωμεν. καὶ οἱ μὲν οὕτω πιστεύοντες Χριστιανοὶ καλοῦνται, οἱ δὲ λοιποὶ ὡς αἱρετικοὶ ἀτιμοῦνται, ὑποκείμενοι καὶ τῇ ἐκ θεοῦ τιμωρίᾳ καὶ βασιλικῇ κινήσει.

2) summa L. 4. C. I. 1.[19])

Μήτε στρατευόμενός τις, μήτε οἱασδήποτε τύχης ὑπάρχων περὶ πίστεως ἐν ἀγορᾷ φιλονεικείτω· μήτε τὰ κεκρυμμένα[20]) *ὑπὸ τῆς ἐν Χαλκηδόνι προσκυνητῆς συνόδου ἀνατρεπέσθω. ἐβεβαιώσαμεν γὰρ καὶ ὅσα οἱ τιη΄. ἐν Νικαίᾳ, καὶ ὅσα ἐν Κωνσταντινουπόλει οἱ ρν΄., καὶ ὅσα οἱ τῆς ἐν Ἐφέσῳ α΄., ἐν ᾗ Νεστόριος κατεκρίθη· οἱ γὰρ περὶ πίστεως φιλονεικοῦντες οὐ μόνον ἐναντιοῦσθαι ταῖς συνόδοις δοκοῦσιν, ἀλλὰ καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι δημοσιεύειν τὰ προσκυνητὰ μυστήρια. ὅθεν κληρικὸς μὲν περὶ πίστεως φιλονεικῶν ἐκβαλλέσθω τοῦ κλήρου, καὶ ὁ στρατευόμενος ἐκβαλλέσθω τῆς στρατείας αὐτοῦ· οἱ δὲ λοιποὶ ἐλεύθεροι μὲν ὄντες ἐκβαλλέσθωσαν τῆς βασιλίδος πόλεως· δοῦλοι δὲ ὄντες πικρῶς μαστιγούσθωσαν.*

3) summa L. 6. C. I. 2.[21])

Ὁμοίως κρατείτωσαν οἱ ἐκκλησιαστικοὶ κανόνες κατὰ τὴν παλαιὰν συνήθειαν καὶ ἐν ὅλῳ τῷ Ἰλλυρικῷ. εἰ δὲ περί τινος ἀμφιβάλλουσιν ἐν ἐκείνῳ τῷ κλίματι[22]), *μηδὲν δίχα τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου τῆς ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως διατυπούτωσαν· ἐπειδὴ τοῖς τῆς παλαιᾶς Ῥώμης δικαίοις καὶ ἡ Κωνσταντινούπολις ὀχυροῦται.*

Εἰ δὲ περί τινος ἀμφιβάλλουσιν οἱ ἐν τῷ κλίματι τοῦ Ἰλλυρικοῦ, μηδὲν δίχα τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου τῆς ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως διατυπούτωσαν· ἐπειδὴ τοῖς τῆς παλαιᾶς Ῥώμης καὶ ἡ Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησία ὀχυροῦται δικαίοις.

4) summa L. 16. C. I. 2.[23])

Ἐκδημήσαντος τοῦ τῆς θείας λήξεως Ζήνωνος ἐν τῷ καιρῷ τῆς βασιλείας ἐκ τῆς βασιλίδος πόλεως, ἐπεὶ Βασιλίσκου τυραννικῷ τρόπῳ τῆς βασιλείας ἐπιλαβομένου καί τινα διατυπώσαντος κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν ὁσιωτάτων ἐπισκόπων, ἡ διάταξις αὕτη[24]) *πάντα τὰ παρ᾽ αὐτοῦ καινισθέντα καθάπαξ ἀνατρέπει, τὴν παλαιὰν δὲ μεῖναι κατάστασιν παρακελεύεται καὶ τοῖς κινηθεῖσιν*[25]) *ἐπισκόποις ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ χαρίζεται τὴν ἐπάνοδον.*

5) summa L. 14. C. I. 3.[26])

Ὁ κατὰ κρίσιν ἱερέων ἀποκινηθεὶς ἐπίσκοπος καὶ ἐπιχειρῶν ταραχήν τινα ποιεῖν καὶ τὴν ἱερωσύνην ἄνωθεν ἐξαιτῶν, ἧς ἐξέπεσεν, ἐξελαυνέσθω τῆς πόλεως, ἣν ἐπεχείρησε ταράξαι, καὶ ὑπὲρ ἑκατὸν μίλια αὐτῆς διαγέτω, καὶ μὴ προσίτω βασιλεῖ, μηδὲ ἀντιγραφὴν ἐλπιζέτω. εἰ δὲ ἐπιτύχῃ ἀντιγραφῆς, μηδὲν ὠφελείσθω. ἀλλὰ καὶ οἱ δεφενδεύοντες αὐτὸν ὑποπιπτέτωσαν τῇ ἀγανακτήσει.

6) summa L. 19. C. I. 3.[27])

Ἐπειδή τινες κληρικοὶ συνοικοῦντες γυναιξὶν ἀδελφὰς αὐτὰς ἐκάλουν, οὐ μικρὰν δὲ ὕβριν αὐτοῖς ἐποίει τὸ πρᾶγμα· νομοθετεῖ ἡ διάταξις, κληρικὸν ὄντα μὴ δύνασθαι ἐπ᾽ ὀνόματι ἀδελφῆς οἱασδήποτε συνοικεῖν γυναικί, ἀλλὰ νομίμους ἔχειν γαμετὰς ἢ ταῖς ἀληθῶς ἀδελφαῖς ὁμοπατρίαις συνοικεῖν, ἐν αἷς οὐδὲν ὑποπτεύεσθαι δύναται διὰ τὴν ἐγγυτάτην συγγένειαν. οὐδὲ γὰρ τὰς γαμετὰς αὐτῶν καταλιμπάνειν ὀφείλουσιν, ἃς πρὸ τῆς χειροτονίας ἐσχήκασιν· ἐπειδὴ οὕτω πρεπόντως αὐτοῖς συνῴκησαν, ὥστε ἀξίους ἱερωσύνης διὰ τῆς συνδιαγωγῆς αὐτῶν φανῆναι αὐτούς.

7) summa L. 23. C. I. 3.[28])

Φλαβιανὸς ὁ Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος φιλονεικήσας περὶ πίστεως μετὰ Εὐτυχέος τοῦ αἱρετικοῦ καθῃρέθη κατὰ συναρπαγὴν ἐν τῇ δευτέρᾳ κατὰ Ἔφεσον συνόδῳ. ἀλλὰ μετὰ ταῦτα τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου γενομένης, ἀπεδείχθη αἱρετικὸς ὢν ὁ Εὐτυχής, Φλαβιανὸς δὲ μάτην καθῃρημένος. ὅθεν ἡ διάταξις Εὐτυχέα μὲν καὶ τὰ παρ᾽ αὐτοῦ εἰρημένα ὡς ὑπὸ τῆς συνόδου κατακριθέντα οὐδὲ μνημονεύεσθαι βούλεται· Φλαβιανὸν δὲ ἤδη τετελευτηκότα ἀνακαλεῖται καὶ μνημονεύεσθαι ἐν τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις νομοθετεῖ.

8) summa L. 30. C. I. 3.[29])

Ἡ διάταξις ὡς ἐν συντόμῳ παντὸς ἐπισκόπου χειροτονίαν μετὰ ἀκριβοῦς δοκιμασίας βούλεται γίνεσθαι καὶ μηδὲ ἐπὶ χρήμασι χειροτονεῖσθαί τινα, ἀλλὰ τοιοῦτον αὐτὸν εἶναι, ὥστε πάντα τόπον ἁγιάζεσθαι διὰ τῆς ἐπιστασίας αὐτοῦ, καὶ ὥστε μὴ τὸν ἐπιτηδεύοντα χειροτονεῖσθαι, ἀλλὰ τὸν ἀναγκάζοντα[30])

9) summa L. 32. §. 4. C. I. 3.[31])

Ἐκείνου δήλου ὄντος, ὅτι ὑπὲρ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ὑποθέσεων μόνον τὸν οἰκονόμον ἐνάγεσθαι[32]) *χρὴ ὃν ἂν ὁ ἐπίσκοπος ἐπιλέξηται.*

10) summa L. 41. §. 2. 4. 5. 10. C. I. 3.

[§. 2.] *Ἐπίσκοποι*[33]) *μὴ διατιθέσθωσαν ἢ κατὰ δωρεὰν ἢ καθ᾽ ἕτερον οἱονδήποτε τρόπον ἀπαλλοτριούτωσαν ἐκεῖνα, ὅσα ἂν μετὰ τὴν ἐπισκοπὴν ἐπικτήσονται*

---

Quaeritur, utrum Thalelaei commentarius ab ipso in lucem editus, an ab auditoribus, qui praelectiones eius chartae mandaverant, promulgatus fuerit. Commentarium ex scholis, in quibus Thalelaeus Codicem interpretatus est, ortum esse, plura sunt argumenta. Ac primum quidem, si fines spectaveris, quibus Iustinianus librorum de collectionibus legum a se promulgatis componendorum facultatem circumscripsit, negari non potest, Thalelaeum eos in commentario suo esse egressum. Argumentum *τῆς ἑρμηνείας* consistit modo in factis, quae singulis constitutionibus, maxime rescriptis, causam dederint proponendis; modo in observationibus de iure, quod ante constitutionem quandam obtinuit eaque immutatum est; modo in indicandis interpolationibus textus constitutionis a Codicis compilatoribus factis; modo in laudandis interpretationibus constitutionum ab aliis Iureconsultis, maxime antecessoribus Berutiensibus, factis. Quae omnia longe excedunt fines a Iustiniano positos, quos Thalelaeus tam paulo post Codicem promulgatum vix fuisset egressurus; bene autem conveniunt interpretationi Codicis in scholis, quibus Iustinianus eiusmodi fines non constituerat. Interrogationes et responsiones, quae in commentario frequenter obveniunt, ita sunt comparatae, ut nisi ex scholis, quas Thalelaeus de Codice habuit, non possint explicari. Verum quidem est, ex solo usu *ἐρωταποκρίσεων* originem libri cuiusdam ex scholis non esse repetendam, cum verbi causa etiam Theodorus in Breviario Codicis interrogationes et responsiones frequenter habeat, qui quidem iuri docendo nunquam vacavit. Sed *ἐρωταποκρίσεις* in Thalelaei commentario obvenientes eam habent indolem, ut manifestum sit, eas continere responsiones Thalelaei ad quaestiones ab auditoribus in scholis propositas. Docet hoc initium quaestionis, quod fit voce *ἠρώτων*, quaesiverunt, et initium responsionis, quod fit voce *μάθε*, disce. Dubitationem de eo, utrum *ἐρωταποκρίσεις* a Thalelaeo ipso profectae an ab ignoto quodam auctore ad Codicem additae fuerint, movit Zachariae de L., quam tamen ipse sedavit [23]). Ea autem commentarii Thalelaei pars, quae in adnotationibus consistit, unice ex scholis, quas Thalelaeus habuit, potest explicari. Nam eiusmodi adnotationes suis legum collectionibus adiici Iustinianus vetuerat; itaque origo earum nonnisi ex interpretatione Codicis in scholis, quam Iustinianus nec prohibuerat nec prohibere potuit, repeti potest. Quod probabile fit etiam ex adnotationum indole, quae maximam partem verbis textus latini Codicis vel versionis *κατὰ πόδα* illustrandis inserviunt, quae Thalelaeus vix alias, quam in scholis, explicuerit. Deinde oratio, qua Thalelaeus tam in indice, quam in adnotationibus utitur, ea est, qua magister cum discipulis vel auditoribus loquens uti solet. Plerumque enim Thalelaeus utitur secunda persona, quasi alloquatur auditorem [24]), aut prima persona numeri pluralis, ita ut cum auditoribus se quoque complectatur [25]). Nonnunquam auditores attendere iubet ad ea, quae alio loco dixerat [26]), vel eos ablegat ad alios titulos Codicis de hac vel illa materia agentes [27]). Quae cum ita sint, persuasum mihi est, originem commentarii Thalelaei, cuius magna pars in Basilicis eorumque scholiis antiquis superest, ex interpretatione Codicis in scholis esse repetendam. Nec puto eum ab ipso Thalelaeo in lucem fuisse editum, cum versione *κατὰ πόδα* excepta praeceptis Iustiniani de indole librorum ad collectiones legum a se editas componendorum adversaretur, quae tam paulo post Digestorum et Codicis promulgationem negligere Thalelaeus vix fuisset ausurus. Nihil ergo restat, nisi ut interpretationem Codicis a Thalelaeo in scholis factam ab eius auditoribus promulgatam fuisse arbitremur. Quod si verum est, necesse est etiam accipiamus, diversa harum praelectionum exempla ab auditoribus fuisse propagata.

Thalelaei commentarius in Basilica eorumque scholia, quae vocantur antiqua, translatus est. In Basilicorum textum eum translatum esse docent multa scholia aut Thalelaei nomine insignita, aut ab eo, uti ex dilucidis argumentis, veluti genere dicendi, apparet, profecta, quae indicem constitutionis cuiusdam aut initium indicis exhibent, et priore casu *τὸ κατὰ πόδας* in Basilicorum textu repositam esse dicunt his verbis: *ἔχει δὲ τὸ κατὰ πόδας τῆς διατάξεως, ὡς ἐν τῷ Βασιλικῷ κεῖται*; posteriore casu verba initialia indicis continent et reliqua in textu Basilicorum posita esse dicunt his verbis: *καὶ τὰ ἑξῆς, ὡς ἐν τῷ Βασιλικῷ κεῖται*, vel similibus [28]). Haec et

---

23) Nam in Sch. 26. Suppl. p. 159. responsio ad interrogationem haec reperitur: *μάθε, ὅτι ἐζητεῖτο περὶ τῆς προσηγορίας τῶν ἀλιμέντων ἐν τῷ β'. βι. τῶν α'. αὐτοῦ, κἀκεῖ ἔλεγε, ὅτι περιέχονται τῇ τῶν ἀλιμέντων προσηγορίᾳ.* Si illud *αὐτοῦ* et *κἀκεῖ ἔλεγε* genuina est lectio, intelligendus est commentarius Thalelaei ad lib. II. *τῶν πρώτων* (Dig. lib. II. tit. 15.), in quo sermonem fecit de iis, quae alimentorum nomine continerentur, ad cumque commentarium auctor huius scholii provocavit, unde sequeretur, hanc *ἐρωταπόκρισιν* ab ignoto quodam auctore fuisse adiectam. Sed cum reliquae omnes *ἐρωταποκρίσεις* ita sint comparatae, ut dubitationem de Thalelaeo auctore excitent nullam, ac praeterea Thalelaeus in adnotationibus et indice saepius ad exposita a se ad Digesta provocaverit, cum Zachariae de L. in Suppl. p. 159. not. m. lectionem in isto scholio corruptam existimaverim eamque corruptelam ita sanandam, ut ante vocem *αὐτοῦ* aliquid exciderit, puta *τι. ιε'.*, quo suppleto *αὐτοῦ* referendum est ad *βι. β'.*, et ut pro *ἔλεγε* legendum sit *ἐλέγετο*, quod praecedenti *ἐζητεῖτο* optime convenit. 24) Sic loqui solet Thalelaeus: *ἔγνως, ἔμαθες, ἔπραξας, ἀνάγνωθι, σημείωσαι, οἶδας, μάθε, βλέπε.* 25) Huc referendus est usus formularum loquendi harum: *ἔγνωμεν, εἴπομεν, ἐμάθομεν, μεμαθήκαμεν, εὑρήκαμεν, ἔλθωμεν ἐπὶ τὸ προκείμενον, ἴσμεν μαθόντες, εὕρομεν.* 26) Hoc facere Thalelaeus solet verbis: *εἶπόν σοι, εἴρηταί σοι, μέμνησο, ὧν εἶπον.* 27) Thalelaeus cum hoc facit, his utitur verbis: *ὡς ἔχομεν εὑρεῖν* (Sch. *Θαλελαίου* I. 404.), *ἀνάμεινον μαθεῖν* (Sch. *Σημείωσαι* I. 409. Sch. *Θαλελαίου* IV. 646.), *ἔχομεν εὑρεῖν σὺν θεῷ προϊόντες* (Sch. *Θαλελαίου* I. 410.), *ἔχομεν σὺν θεῷ μαθεῖν προϊόντες* (Sch. *Θαλελαίου* I. 418. Sch. 2. I. 646.), *εὑρήσομεν σὺν θεῷ* (Sch. *Τὰ γὰρ* IV. 242.) 28) Sch. *Θαλελαίου* I. 400. u. a. v. *τῷ κειμένῳ* coll. Basil. VIII. 2. 75. Sch. *Θαλελαίου* I. 409. coll. Basil. VIII. 2. 78. Sch. *Θαλελαίου* I. 418. coll. Basil. VIII. 2. 100. Sch. 1. I. 696. coll. Basil. XI. 2. 25. Sch. 1. I. 700. coll. Basil. XI. 2. 30. Sch. *Θαυμαστὸν* I. 715. coll. Basil. XI. 2. 48. Sch. *Θαλελαίου* II. 63. coll. Basil. XIII. 2. 45. Sch. *Θαλελαίου* II. 452. coll. Basil. XXI. 3. 2. Sch. *Θαλελαίου* II. 453. coll. Basil. XXI. 3. 3. Sch. *Θαλελαίου* II. 461. coll. Basil. XXI. 3. 18. Sch. *Θαλελ.* II. 462. coll. Basil. XXI. 3. 21. Sch. *Θαλελαίου* II. 565. coll. Basil. XXII. 5. 43. Sch. *Θαλελαίου* II. 567. coll. Basil. XXII. 5. 46. Sch. *Θαλελαίου* III. 9. coll. Basil. XXIV. 1. 18. Sch. *Θαλελαίου* III. 164. coll. Basil. XXVIII. 3. 14. Sch. *Θαλελαίου* III. 165. coll. Basil. XXVIII. 3. 16. Sch. *Ὡς ἂν* III. 185. coll. Basil. XXVIII. 4. 35. Sch. *Θαλελαίου* III. 186. coll. Basil. XXVIII. 4. 37. Sch. *Πολλάκις* III. 236. coll. Basil. XXVIII. 7. 20. Sch. *Θαλελαίου*, *Ἤδη* III. 428. coll. Basil. XXIX. 1. 83. Sch. *Θαλελαίου* III. 430 sq. coll. Basil. XXIX. 1. 87. Sch. *Θαλελαίου* III. 438. coll. Basil. XXIX. 1. 105. Sch. *Θαλελαίου* III. 447. coll. Basil XXIX. 1. 118. Sch. *Θαλελαίου* III. 449. coll Basil. XXIX. 1. 119. Sch. *Πρόσκειται* III. 452. coll. Basil. XXIX. 1. 119. init. *Οὐδεμία*. Sch. *Καὶ κατὰ* IV. 31. coll. Basil. XXXIX. 1. 34. Sch. *Θαλελαίου* IV. 31. coll. Basil. XXXIX. 1. 35. Sch. *Ἔγνως* IV. 38. coll. Basil. XXXIX. 1. 54. Sch. *Θαλελαίου* IV. 58. coll. Basil. XL.

alia eiusmodi verba, quibus designatur, vel indicem vel τὸ κατὰ πόδας Basilicorum textu contineri, a compilatoribus scholiorum antiquorum profecta sunt, qui repetere ea, quae Basilicorum textu continebantur, noluerunt ideoque lectores ad Basilicorum textum ablegarunt[29]). Ceterum Basilicorum compilatores in Thalelaei commentario in Basilicorum textum transferendo certum sibi non videntur proposuisse consilium. Modo enim nil nisi indicem sive epitomen constitutionis in textu reposuerunt, modo introductionem cum indice, modo omisso indice τὸ κατὰ πόδας in textum transtulerunt, modo indicem et τὸ κατὰ πόδας. Quod ad rescripta maxime Imperatorum ante Constantinum Magnum attinet, in libro potissimum X. Basilicorum saepius indicem, quo plerumque casus fingitur, qui causam dedit rescripto, cum versione κατὰ πόδα coniungere solent. Graecarum constitutionum index duntaxat in Basilicorum textum translatus est, cum illas versione κατὰ πόδα non opus habere ipse Thalelaeus auctor sit[30]). Adnotationes Thalelaei in Basilicorum textum raro sunt translatae[31]). Quae utrum ab initio statim in textu fuerint repositae, an ex scholiis antiquis, quorum partem regulariter efficiunt, in textum irrepserint, definire non audeo, quamvis in id, ut hoc existimem, magis inclinaverim. Maxima pars commentarii Thalelaei in scholiis Basilicorum antiquis reperitur. Sed ne ex his quidem integer commentarius potest restitui. Praeterquam enim quod tam complures Basilicorum libri perierunt, quam scholia ad alios libros, qui aetatem tulerunt, non extant, ipsi Basilicorum compilatores in libro VIII. Codicis inde a titulo 4. Thalelaei commentario caruerunt, ideoque Basilicorum textum inde a titulo 4. huius libri ex Anatolii commentario hauserunt, uti supra, cum de eo fecimus sermonem, probavimus. Eadem causa fuit scholiorum antiquorum compilatoribus, ut in scholiis Isidori commentarium excerpserint, cuius haud pauca fragmenta ad titulos 53—56. libri VIII. Codicis supersunt. Sed etiam praeter librum VIII. Codicis potest dubitari, num Basilicorum compilatores semper Thalelaei commentarium in textum transtulerint. Non loquor de Theodori summis, quae ex scholiis nonnunquam in textum irrepserunt[32]). Sed verbi causa epitome L. 1. C. I. 7., quae Isidori est et haec continet: 'Ὁ ἀπὸ Χριστιανῶν Ἰουδαῖος γενόμενος, ἐὰν περὶ τούτου κατηγορηθεὶς διελεγχθείη, δημευέσθω"[33]), cum textu Basil. LX. 54. 22. convenit, modo exceperis verba ἐὰν περὶ τούτου κατηγορηθεὶς διελεγχθείη, quae in Basilicis sunt omissa. Item initium epitomes L. 45 pr. C. I. 3., quae Isidori est „Ἐξέστω ἑκάστῳ τελευτῶντι τὰ οἰκεῖα πράγματα καταλιμπάνειν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις"[34]) convenit cum textu Basil. V. 1. 1. Utrum in quinque prioribus Basilicorum libris plures constitutionum epitomae Isidoro sint tribuendae, necne, in incerto tamen puto relinquendum, cum, quae Thalelaei, quae Isidori sint, equidem discernere non ausim. Regula tamen a Basilicorum compilatoribus constanter observata etiam, quod ad hos attinet libros, probabile reddit, Basilicorum textum ex Thalelaei commentario esse desumtum. In libris Basilicorum, ad quos scholia extant, scholiorum tanta est diversitas, ut integer Thalelaei commentarius ex his restitui non possit. Quod inprimis valet de scholiis ad Basilicorum librum LX. servatis, quae innumeris interpolationibus sunt foedata.

Praeterquam in Basilicis eorumque scholiis antiquis fragmenta commentarii Thalelaei etiam in aliis iuris graeci monumentis servata sunt, verbi causa in libro, cui titulus est αἱ ῥοπαί, in Codice Paris. gr. 1367.[35]), in Synopsi glossata, in tractatu de peculiis aliisque.

Codex Paris. gr. 1351., quo Synopsis Basilicorum continetur, haec Thalelaei fragmenta hactenus ignota exhibet:

1) adnot. ad L. 2. C. II. 52. v. **nondum exacto tempore praestituto**[36]).

Οἱ μὲν ἀρχαῖοι πάντες μετὰ τοὺς κε'. ἐνιαυτοὺς ἕτερον ἐνιαυτὸν ὡρισμένον παρεῖχον εἰς τὸ τὰ πραχθέντα εἴσω τῶν κε'. ἐνιαυτῶν δύνασθαι ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ ἀνατραπῆναι. αἱ δὲ διατάξεις ἐκέλευον, τοῖς μὲν ἐν Ῥώμῃ διάγουσι ε'. ἐνιαυτοὺς συναπτοὺς δίδοσθαι, τοῖς δὲ ἐν Ἰταλίᾳ δ'., τοῖς δὲ ἐν ἐπαρχίᾳ γ'. διάταξις δὲ μεταγενεστέρα κελεύει, πάντας, μὴ μόνον τοὺς ἐλάττονας, ἀλλὰ καὶ τοὺς μείζονας, ὅταν διὰ πρᾶγμα δημόσιον ἢ ἄλλας αἰτίας,

---

1. 24. Sch. Θαλελαίου. Τί ἐστι IV. 130. coll. Basil. XLI. 1. 97. Sch. Τὸ δὲ IV. 157. coll. Basil. XLI. 4. 6. Sch. Θεοδώρου (lege Θαλελαίου) IV. 242. coll. Basil. XLII. 1. 70. Sch. Θαλελαίου IV. 284. coll. Basil. XLII. 3. 71. Sch. 1. a v. εἰ τοίνυν IV. 287. coll. Basil. XLII. 3. 75. Sch. Θαλελαίου V. 376. coll. Basil. LX. 5. 44. Sch. Θαλελαίου V. 399. coll. Basil. LX. 6. 34. Sch. Θαλελαίου V. 402. coll. Basil. LX. 6. 38. Sch. Θαλελαίου V. 404. coll. Basil. LX. 6. 39. Sch. Θαλελαίου V. 602. coll. Basil. LX. 18. 20. Sch. Θαλελαίου V. 603. coll. Basil. LX. 18. 21. Sch. Θαλελαίου V. 607. coll. Basil. LX. 18. 30. Sch. Θαλελαίου V. 703. coll. Basil. LX. 35. 20. Sch. Ἔλεγον V. 753. coll. Basil. LX. 37. 71. Maxime insigne est Sch. Θαλελαίου V. 603., ubi indicis L. 2. C. IX. 12. verba eadem laudantur, quae in textu Basil. LX. 18. 21. reposita sunt, et additur: οὕτως κεῖται ἐν τῷ Βασιλικῷ. 29) Diversis uti solent verbis scholiastae, cum hoc volunt significare, veluti his: „ἡ προκειμένη διάταξις λέγει οὕτως· ἀσφάλεια, ut in κειμένῳ" Sch. Θαλελαίου I. 400. „ὁ δὲ βασιλεὺς ἀντέγραψε πρὸς αὐτὰ τὰ ἐν τῷ Βασιλικῷ κείμενα" Sch. Θαλελαίου I. 409. „νομοθετεῖ ἡ διάταξις, μὴ τὸν ἀρχόμενον τῆς δίκης ἐντολέα παρὰ τῷ διαιτητῇ αὐτὸν περαιοῦν τὴν δίκην παρὰ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἄρχοντι καὶ τὰ ἑξῆς, ὡς ἐν τῷ Βασιλικῷ κεῖται" Sch. Θαλελαίου I. 418. Sch. Θαλελαίου II. 452. 453. 461. 462. 565. 567. III. 9. Sch. Πολλάκις III. 236. Sch. Θαλελαίου. Ἤδη III. 428. Sch. Θαλελαίου III. 430 sq. 447. 449. „Ἔχει δὲ τὸ κατὰ πόδας, ὡς ἐν τῷ Βασιλικῷ κεῖται" Sch. 1. I. 696. Sch. 1. I. 700. „Ἔχει δὲ τὸ κατὰ πόδας τὴν διάταξιν, ὡς ἐν τῷ κειμένῳ κεῖται" Sch. Θαλελαίου II. 63. „ἡ τοίνυν διάταξις — ἀντιγράφει οὕτως, ὡς ἐν τῷ Βασιλικῷ κεῖται" Sch. Θαλελαίου III. 164. „αὕτη φησίν, ὡς ἐν τῷ Βασιλικῷ κεῖται" Sch. Θαλελαίου III. 165. „ἡ διάταξις — λέγει τὰ ἐν τῷ Βασιλικῷ κείμενα" Sch. Ὡς ἂν III. 185. Sch. Θαλελαίου III. 428. Sch. Καὶ κατὰ IV. 31. „ὡς ἐν τῷ Βασιλικῷ" Sch. Θαλελαίου IV. 58. 130. Sch. Τὸ δὲ IV. 157. Sch. Θεοδώρου (lege Θαλελαίου) IV. 142. „ἡ διάταξις ἀντέγραψε τὰ εἰρημένα" Sch. Θαλελαίου IV. 284 sq. „ἡ διάταξις λέγει τὰ ἐν τῷ Βασιλικῷ" Sch. Θαλελαίου V. 402. 30) Thalelaeus in indice L. 24. C. IV. 35. (Basil. XIV. 1. 86.) ait: „Ἑλληνικὴ δὲ οὖσα τῆς κατὰ πόδα παραδόσεως οὐ δεῖται κατὰ τὴν ἡμετέραν διάσταξιν." 31) Exempla adnotationum in Basilicorum textu repositarum sunt haec: 1) ad L. 1. C. II. 2. — Basil. VII. 8. 26. a v. οὐκοῦν u. a. f.; 2) ad L. 22. C. II. 19. — Basil. XVII. 2. 22. a v. τούτῳ τῷ u. a. f.; 3) ad L. 3. C. III. 13. — Basil. VII. 3. 39. a v. ποῖος κ. τ. λ.; 4) ad L. 1. C. III. 18. — Basil. VII. 5. 80. a v. οἷόν τε κ. τ. λ.; 5) ad L. 18. C. III. 32. — Basil. XV. 1. 98. a v. ὁμοίως u. a. f.; 6) ad L. 4. C. III. 35. — Basil. LX. 3. 61. a v. χρὴ οὖν κ. τ. λ.; 7) ad L. 5. C. III. 35. — Basil. LX. 3. 62. a v. καὶ σημείωσαι κ. τ. λ.; 8) ad L. 6. C. III. 35. — Basil. LX. 3. 63. a v. ἐπειδὴ u. a. f. 32) Sic summa L. 1. C. I. 1. verb. Χριστιανός ἐστι — αἱρετικός ἐστι, et adnotatio ad l. l. verb. Πῶς δεῖ πιστεύειν — ντερᾶ ρθ'., quae in textu Basil. I. 1. 1. repositae sunt, mea quidem sententia ab initio scholiorum antiquorum partem effecerunt. 33) Pseudo-Ioannis Nomoc. tit. XXXV. (in Voelli bibl. iur. can. T. II. p. 643.) 34) Pseudo-Ioannis Nomoc. tit. VI. (Voell. T. II. p. 610.) 35) Fragmenta ex hoc Codice a Zachariae de L. mihi communicata in Basilicorum editione divulgavi, maxime in libro XXXV. 36) Cod. Paris. 1351. fol. 41 a.

ἃς ὁ νόμος ἀπαριθμεῖ, ἐμποδίζοιντο, τετραετίαν ἔχειν ἀντὶ τοῦ ποτε ὡρισμένου ἐνιαυτοῦ[37]).

2) adnot. ad L. 3. C. V. 9.[38])

Φησὶ καὶ Θαλέλαιος ἐν τῇ αὐτῇ γ'. διατάξει τοῦ αὐτοῦ θ'. τι. καὶ ε'. βι. τοῦ κώδ., ὡς ἔθος ἐστὶν ἐπιπολὺ ξένια τῇ ἰδίᾳ πέμπειν μνηστῇ καὶ ταῦτα αὐτῇ φυλάττειν. δύναται δὲ τοῦτο νοῆσαι καὶ περὶ ὧν ἐν τῷ γάμῳ ἐκέρδανεν ἱματίων ἢ κοσμῶν[39]).

3) index L. 1. C. X. 2.[40])

Οἱ παρὰ τῶν ὑποκειμένων τῷ δημοσίῳ ἀγοράζοντες προςώπων πράγματα ἐὰν ἐνάγωνται παρὰ τοῦ δημοσίου, καλῶς ἐξαιτοῦσιν ἀσφάλειαν αὐτοὶ ποιῆσαι τῷ δημοσίῳ καὶ πρὸ τοῦ ἐναχθῆναι τοὺς πεπρακότας αὐτοῖς[41]).

4) adnotatio ad locum incertum hunc[42]):

Ἐκείνου ἐστὶ τὸ μὴ θέλειν τοῦ δυναμένου θέλειν· ὁ γὰρ δυνάμενος θέλειν δύναται καὶ μὴ θέλειν[43]).

Ἑρμηνεία Θαλελαίου. Εἰ γάρ τις ὑπὸ αἵρεσιν γραφεὶς κληρονόμος καὶ πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν τὴν τοιαύτην αἵρεσιν παραιτήσεται τὴν κληρονομίαν, δύναται πάλιν οὗτος μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τὴν αἵρεσιν ἐκνικᾶν τὴν κληρονομίαν λέγων, ὅτι πρὸ τῆς ἐκβάσεως τῆς αἱρέσεως, κἂν ἤθελον καταδέξασθαι, οὐκ ἠδυνάμην, καὶ λοιπὸν, ἐπεὶ καὶ μὴ ἠδυνάμην θέλειν, οὐδὲ μὴ θέλειν ἴσχυον[44]).

In restitutione commentarii Thalelaei tentanda tam Basilicorum textus, quam scholiorum antiquorum rationem oportet haberi. Primo loco ponendus est index, qui modo in textu, modo in scholiis repositus est, modo in ambobus, et quidem ita, ut plerumque introductio in scholiis reperiatur, epitome constitutionis in textu; quo casu scholium cum textu coniungendum est. Deinde, quod ad latinas attinet constitutiones, reponendum est *τὸ κατὰ πόδας* e regione textus latini, cum Thalelaeum tam hunc, quam illud interpretatum esse constet. Tum in margine textus latini et *τοῦ κατὰ πόδας* reponendae sunt adnotationes, quae utrum ad textus latini, an ad *τοῦ κατὰ πόδας* verba pertineant, videndum est, quod haud facile est ad distinguendum, nisi in scholiis disertis dictum sit verbis, hanc vel illam adnotationem ad verba *τοῦ κατὰ πόδας* pertinere. Verba tam textus latini, quam *τοῦ κατὰ πόδας*, ad quae referenda est adnotatio, singulis adnotationibus sunt praemittenda. Adnotationes ad indicem spectantes ad marginem verborum indicis, quae illustrantur, sunt reponendae. Segreganda sunt omnia, quae a recentioribus scholiastis addita sunt, nec Thalelaeum habent auctorem, velut Basilicorum loci laudati et additamenta Thalelaei adnotationibus saepius ita iuncta, ut unum inde scholium, quasi eiusdem auctoris sit, effici videatur. — Praeterea monendum est, accurate distinguenda esse fragmenta ex Thalelaei commentario hausta ab his, quae ex Theodori Breviario Codicis desumta sunt. Quod regulariter difficile non est, maxime cum nomina Thalelaei et Theodori singulis fragmentis praefixa sunt, quamvis et hoc casu res nonnihil habeat cautionis, cum horum Iureconsultorum nomina in Codicibus manuscriptis nonnunquam fuerint confusa. Saepe autem in editionibus Basilicorum, tam Fabrotiana, quam mea, Thalelaei fragmenta Theodori fragmentis ita iuncta sunt, ut unum eiusdem auctoris scholium efficere videantur: aut si distincta scholia sunt, auctoris nomen praefixum non est, ita ut dubitari possit, utrum Thalelaeo, an Theodoro scholium sit tribuendum. Distinguendis Thalelaei et Theodori fragmentis haec inserviunt[45]). Ubi scholium quoddam versionem constitutionis *κατὰ πόδα* continet, Thalelaeo est vindicandum, quippe qui unus inter Codicis interpretes eiusmodi versionem confecerit. Ubi scholio quodam summa vel epitome constitutionis continetur, ex brevitate regulariter Theodorus auctor potest cognosci. Quodsi ne ita quidem certo discerni possit, quem scholii auctorem dicamus, cum etiam Thalelaeus nonnunquam valde breves constitutionum, maxime rescriptorum, epitomas exhibuerit, aliorum et quidem similium locorum allegationes epitomae iunctae Theodorum produnt auctorem. Scholia, quae adnotationes separatas continent, ex Thalelaei commentario desumta sunt, cum Theodorus adnotationes suas epitomis constitutionum statim iunxerit. *Ἐρωταποκρίσεις*, quibus uterque uti solet, ita sunt discernendae, ut quae incipiunt voce *ἠρώτ.* i. e. *ἠρώτων*, et responsionem habent voce *μάθε* incipientem, Thalelaeum habeant auctorem, cum *ἐρωταποκρίσεις* Theodori nomen eius in responsione regulariter habeant praefixum. Praeterea iam supra notavimus, Thalelaeum certis loquendi formulis uti solere, quibus scholia ab eo profecta ab iis, quae Theodori sunt, facile discerni possint. Tum notandum est, a Thalelaeo saepius Digesta laudari, et quidem secundum partes et libros singulares, a Theodoro nunquam, qui locos nonnisi ex Codice et Novellis laudat.

Restituendo Thalelaei commentario inserviet Manuale Basilicorum. In quo ita sum versatus, ut primo loco designaverim, quo loco Basilicorum textus vel quo scholio index constitutionis contineatur, quando index ex textu et scholio compositus, quo loco Basilicorum textus

37) Versio haec est: Omnes antiqui post viginti quinque annos alium annum utilem praebebant, intra quem, quae intra viginti quinque annos gesta essent, rescindi possent. Constitutiones autem his, qui Romae degebant, quinque annos continuos, qui in Italia, quatuor, qui in provincia, tres dari iubebant. Sed posterior constitutio praecipit, ut omnes, non solum minores, sed etiam maiores, si propter rem publicam vel alias causas, quas lex enumerat, impediantur, pro utili quondam anno quadriennium habeant. 38) Cod. Paris. 1351. fol. 82 a. 39) Versio haec est: Dicit etiam *Thalelaeus* in eadem const. 3. eiusdem tit. 9. et lib. 5. Codicis, frequenter obtinere consuetudinem munera sponsae mittendi eaque ei servandi. Potes autem haec etiam intelligere de vestimentis vel ornamentis, quae in matrimonio lucrata est. 40) Cod. Paris. 1351. fol. 23 a. Hic locus reponendus est Basil. LVI. 5. 1. 41) Versio haec est: Qui a personis fisco obligatis res emunt, si a fisco conveniantur, recte petunt, ut ipsi fisco cautionem praestent etiam ante quam hi, qui ipsis vendiderunt, conveniantur. 42) Cod. Paris. 1351. fol. 174 a. 43) Hic locus convenit cum L. 3. D. L. 17., ad quam videtur *ἑρμηνεία* statim subiecta pertinere. Sed haec obstant, quominus hanc *ἑρμηνείαν* Thalelaei esse existimem. Thalelaeus Digesta quidem in scholis interpretatus est, nec vero commentarium ad Digesta scripsit. Ex scholis autem Thalelaei de Digestis habitis illa *ἑρμηνεία* descendere nequit, cum posteriores Digestorum libri in scholis non exponerentur. Itaque illam *ἑρμηνείαν* malim Dorotheo vindicare. Si revera Thalelaei est, ad locum quendam Codicis pertinet; ad quemnam autem pertineat, in incerto relinquo. 44) Versio haec est: Eius est nolle, qui potest velle: nam qui potest velle, potest etiam nolle. — Interpretatio *Thalelaei*. Nam si quis heres sub conditione scriptus, antequam illa conditio extiterit, hereditatem repudiaverit, potest postea quam conditio extitit, denuo evincere hereditatem dicens, se ante conditionis eventum, quamvis voluerit, hereditatem non potuisse accipere, ideoque, cum velle non potuerit, nec potuisse nolle. 45) Cf. Zachariae de L. in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 820.

vel quo scholio *τὸ κατὰ πόδας* repositum sit. Quod ad adnotationes attinet, indicavi, ad quae verba textus latini vel *τοῦ κατὰ πόδας* vel indicis singula quaeque adnotatio referenda esset, ita ut modo verba textus vel *τοῦ κατὰ πόδας* vel indicis praefigerem, modo ad verba *τοῦ κατὰ πόδας* et indicis in editione mea Basilicorum scholiis praefixa lectorem remitterem, ac praeterea designarem, quo scholio singula quaeque adnotatio contineretur, indicato volumine et pagina meae editionis. Numerorum in margine praepositum prior indicat legem Codicis, posterior caput Basilicorum. Exempla haec sunt:

Cod. II. 5. = Basil. XI. 2.

41 = 58. Thal. a) ind. et *κατὰ πόδα* — text. Basil. et Sch. 1. *αἱ προλαβοῦσαι* u. a. v. *συμφώνων* I. 723.
b) adn. ad v. minor XXV. annis — Sch. *Μείζων* I. 723 sq.
ad v. transactiones etc. — Sch. *Ἐκεῖνος* I. 724.
ad v. interpellando iudicem etc. — Sch. *Οἱ περιμένει* I. 724.
ad v. non implenda promissa — Sch. *Σημείωσαι* I. 724.
ad v. eas — Sch. *Τοῦτο* I. 724.
ad v. actiones privatas — Sch. *Πολλάκις* I. 724.
ad v. restituta poena — Sch. *Ἐὰν οὖν* I. 724 sq.
ad v. itaque omnia — Sch. *Καλῶς* I. 725.

Cod. V. 12. = Basil. XXIX. 1.

29 = 116. Thal. a) ind. — text. Basil.
κατὰ πόδα — Pars *τοῦ κατὰ πόδας* in Sch. 4. III. 444. et Sch. 6. III. 445.
b) adn. ad v. resque sibi suppositas — Sch. *Ὑποτεθειμένην* III. 444.
ad *τοῦ κ. πόδ.* v. *κατὰ τὴν διάστιξιν τῶν νόμων* — Sch. *Τὸ κατὰ πόδας* a v. *καί φησιν* III. 444.
ad v. non obesse ei — sancimus — Sch. *Τουτέστιν* III. 445.
ad *τοῦ κ. πόδ.* v. *οἵτινες* — *γινώσκονται* — Sch. *Τὸ κατὰ πόδας* v. *οὕτω τοῦ* III. 445.
ad v. ut — nullam habeant licentiam — alienandi — Sch. *Ἐπειδὴ* III. 445.

Cod. V. 13. = Basil. XXIX. 1.

1 = 119. Thal. a) ind. — Sch. *Θαλελαίου* III. 449. adiecto textu Basil. Index §. 4. 5. — Sch. *Πρόςκειται* III. 452.
κατὰ πόδα pr. §. 1. u. a. v. viris confectis — Sch. *Τὸ κατὰ πόδας* III. 449 sq.
§. 4. 5. u. a. v. fieri oportet — Sch. 13. *Ἐκ τοῦ* III. 454.
§. 5. fin. et §. 6. — Sch. *Ἐκ τοῦ κ. πόδ. Οὕτω* III. 454.
§. 9. — Sch. 18. 19. *Ἐκ τοῦ* III. 455.
§. 11. — Sch. 21. *Ἐκ τοῦ* III. 456.
§. 12. — Sch. *Οὔτινος* III. 456.
§. 13. — Sch. *Προςτίθεται* III. 456 sq.
§. 14. — Sch. *Καὶ τοῦτο* III. 457.
§. 16. u. a. v. tractandum est — Sch. 28. *Ἐκ τοῦ* III. 458.
b) adn. ad indicis v. praef. — Sch. *Χώραν* et *Τί γὰρ* III. 450.
ad §. 3. — Sch. *Τὸ παλαιὸν* III. 451.
ad §. 5. v. cum imper. constit. — oporteat — Sch. *Τοῦτό φησιν* III. 452.
ad v. mandati actionem — Sch. 9. *Τὸ κατὰ πόδας* III. 452.
ad v. quatenus possit — asservari — Sch. *Τοῦτο ξένον* III. 452.
ad v. sine laesione — speciei — Sch. *Οὕτως* III. 452.
ad §. 7. v. si non dolo — deminuerit — Sch. *Πρόςκειται* III. 455.
ad v. vel incorporales — Sch. 15. *Τὸ κατὰ* III. 455.
ad indicis v. praef. — Sch. *Οἷον* III. 455.
ad §. 8. — Sch. *Ἐκεῖνο* III. 455.
ad §. 9. v. pro rata temporis portione — Sch. *Ἐν τούτοις* III. 455.
ad §. 10. — Sch. *Ἄλλο* III. 456.
ad §. 12. — Sch. 22. *Σημείωσαι* III. 457.
ad §. 13. v. nec — volumus fecisse — Sch. *Τὴν σιωπηρὰν* III. 457.
ad v. extraneum — intelligimus — Sch. 24. *Σημείωσαι* III. 457.
ad §. 14. — Sch. *Ταῦτα* III. 458.
ad §. 15. v. sola hypotheca conclusum — Sch. *Ἔχει* III. 458.
ad §. 16. v. sin autem repudio — dissolutum — Sch. *Ἐν τῷ* III. 459.
ad v. Anastasiana lege — Sch. *Λέγει* III. 459.

Superest, ut de utilitate dicam, quae ex studio Thalelaei percipi possit. Atque haec quidem summa est neque hactenus satis aestimata. Cernitur autem in his:

1) Quod ad textum Codicis attinet, Thalelaei versio *κατὰ πόδα* latinarum constitutionum praebet textus latini supplendi et emendandi subsidium, quod vel antiquissimis praeponendum est Codicibus manuscriptis, quippe quorum nullus Thalelaei aetatem attingat. Thalelaeum textum habuisse integriorem, probatur ex variis *τοῦ κατὰ πόδας* locis, qui in textu nostro desunt [46]).

46) Exempla haec sunt. *Τὸ κατὰ πόδας* L. 4. C. I. 5. (Basil. I. 1. cap. 24. Heimb. cap. 23. Fabr.) continet additamentum a textu nobis superstite alienum: *παραχωροῦμεν δὲ τῆς τούτων περιουσίας καὶ δημευομένης τοῖς ἀνιοῦσι καὶ κατιοῦσι καὶ ἐκ πλαγίου συγγενέσι καὶ κατιοῦσιν αὐτῶν ἕως δευτέρου βαθμοῦ, ἵνα μέντοι ὁ ἐγγύτερος τῷ βαθμῷ προτιμᾶται. τότε δὲ τούτοις τοῖς συγγενέσι τῶν Μανιχαίων ἢ Δονατιστῶν τὴν τοιαύτην παραχωροῦμεν οὐσίαν, εἰ μὴ καὶ αὐτοὶ τῇ ὁμοίᾳ συνειδήσει χραίνωνται.* Cf. Hermannus in edit. Cod. Iustin. p. 69. not. 6. A textu nostro absunt verba *τοῦ κατὰ πόδας* L. 3. C. II. 11. (Basil. XXI. 3. 3.) haec: *διὰ τὴν ἁρπαγὴν τῆς παρθένου.* In fine L. 25. C. III. 36. *τὸ κατὰ πόδας* (Sch. *Τὸ κατὰ πόδας* IV. 289.) haec addit, quae in textu nostro desunt: *ἐὰν γὰρ ταῦτα ὁ σὸς πάππος εἰς σὲ ἐν τῇ αὐτοῦ ὑπεξουσιότητι ὄντα εἰσήγαγεν, ἀβστινατεύων ἑαυτὸν ἀπὸ τῶν ἐκείνου πραγμάτων τὸν χωρισμὸν αὐτῶν μάτην αἰτεῖς.* *Τὸ κατὰ πόδας* L. 6. C. IV. 10. (Sch. 1. III. 23.) habet verba *καὶ περίεστι* a textu nostro aliena. Vox *οὐδεμίαν*, quam habet *τὸ κατὰ πόδας* L. 3. C. IV. 14. (Basil. XXIV. 5. 3.), deest in textu nostro. In fine L. 6. C. IV. 14. *τὸ κατὰ πόδας* constitutionis (Basil. XXIV. 5. 6.) habet haec, quae in textu nostro desunt: *τότε γὰρ τὸ πταῖσμα τῇ κεφαλῇ ἀκολουθεῖ, ὅτε μὴ πρὸς τὸν δεσπότην ἥμαρτεν ὁ δοῦλος.* *Τὸ κατὰ πόδας* L. 1. C. IV. 36. (Sch. 1. II. 153.) plura, quam textus noster, continet, cum ex lacuna, quam habet Codex Coislin. 152., appareat, inter verba *ἀγωγὴ* et *τῷ δεσπότῃ* quaedam exci-

Praeterea τὸ *κατὰ πόδας* multis locis lectiones habet a textu latino diversas, quarum a recentioribus Codicis editoribus, inprimis ab Hermanno, ratio est habita, nec vero ita, ut exhaustum sit, quidquid ex diligenti τοῦ *κατὰ πόδας* collatione ad textum latinum emendandum conferri possit. Futurae τοῦ *κατὰ πόδας* cum textu Codicis latino collationi inserviet Manuale Basilicorum, in quo ad singulas constitutiones designatur, quo Basilicorum vel scholiorum loco τὸ *κατὰ πόδας* contineatur.

2) Ex Thalelaei commentario epitomae multarum constitutionum deperditarum, inprimis graecarum, in Basilica translatae sunt, ex iisque a Codicis editoribus restitutae.

3) Thalelaeus in indice fingere solet casum, qui constitutioni causam dedit; controversiarum facit mentionem constitutione quadam decisarum [47]; ius antiquum, quod constitutione quadam innovatum est, exponit [48]. Quae omnia ad interpretationem multum conferunt eoque maioris aestimanda sunt, quo meliorem eorum cognitionem Thalelaeus, qui commentarium suum paulo post Codicem promulgatum composuit, habuerit necesse est.

4) Thalelaeus causas tradit, quae moverint Codicis architectos, ut constitutionem quandam sub certo quodam Codicis titulo, nec vero sub alio reposuerint [49].

5) Thalelaeus nonnunquam docet, constitutiones sub diversis titulis repositas unam ab initio effecisse constitutionem [50].

6) Thalelaeus interdum tradit, quomodo constitutio quaedam a Codicis compilatoribus fuerit mutata, et discernit antiquum textum (*τὸ παλαιὸν ῥητόν*), quem habuit constitutio antequam in Codice reponeretur, ab eo, quem nunc habet in Codice reposita (*τὸ ῥητὸν, ὡς νῦν ἔχει*) [51].

7) Thalelaeus locos laudat ex Codicibus antiquioribus, Gregoriano, Hermogeniano et Theodosiano [52].

8) Interpretationes et sententias antecessorum, qui Beryti docuerunt, veluti Cyrilli, Domnini, Demosthenis, Patricii, Eudoxii, ad nonnullas tradidit constitutiones, quarum interpretationum alias mentio facta non est. Locos designavimus, cum de his antecessoribus Berutiensibus verba faceremus.

9) Iuris antiqui peritia eminuit Thalelaeus, quae in eo cernitur, quod institutorum iuris fecit mentionem, quorum accuratiorem cognitionem ex Gaii Institutionibus demum accepimus [53].

10) Non minori fuit imbutus Thalelaeus peritia historiae ecclesiasticae [54].

§. 5. Stephani commentarius[1])

Stephanus ad Codicem commentarium scripsit, cuius, ante quam Zachariae de L. fragmenta eius ediderit, nulla extitit memoria. Fragmenta huius commentarii extant 1) in Codice Bodlei. 3399. et in Codice Marciano 579., qui continent Epitomen ad Prochirum mutatam et ex variis libris locupletatam; 2) in Appendice Eclogae. Eclogae enim Leonis et Constantini in Codicibus manuscriptis [2]) plerumque appendices adiectae sunt, quae varia fragmenta ex iuris Iustinianei libris potissimum excerpta et legum militarium, novalium et rusticarum collectiones continent. Inter excerptorum farraginem istam reperiuntur etiam fragmenta librorum, quorum alioquin vix ulla ad nos pervenit memoria, veluti τοῦ συντόμου κώδικος Stephani Antecessoris. 3) Denique Breviarii Codicis a Stephano compositi fragmenta exhiberi videntur in collectione constitutionum ecclesiasticarum et Nomocanone veteri XIV. titulorum ab ignoto auctore post Heraclii Imperatoris tempora composito, de quo nunc sigillatim verba faciamus. Plures loci in Appendice Eclogae disertis verbis ex Stephani Antecessoris Breviario Codicis desumti dicuntur; alii Codicis loci laudati Stephani nomine non sunt insigniti. Nihil naturalius est, quam ut cum Zachariae de L. coniiciamus, omnes Codicis locos in Appendice Eclogae conspicuos ex Ste-

---

disse. Possent haec pluribus augeri exemplis; sed huius loci non est enumerare locos τοῦ *κατὰ πόδας*, qui pleniorem Codicis textum exhibent. In nova tamen Codicis editione accurata τοῦ *κατὰ πόδας* cum textu latino collatio etiam post ea, quae Hermannus praestitit, nequaquam est negligenda. In quo tamen cum quadam cautione procedendum est. Nonnunquam enim ea, quae τὸ *κατὰ πόδας* continet a textu nostro aliena, a Basilicorum vel scholiorum antiquorum compilatoribus adiecta videntur. Sic τὸ *κατὰ πόδας* L. 15. C. IV. 21. (Basil. XXII. 1. 74.) haec continet a textu nostro aliena: *εἰ δὲ δημόσιά εἰσιν ὑπομνήματα, προτιμῶνται τῆς τῶν μαρτύρων φωνῆς.* Haec haud dubie ex Sch. *Θαλελαίου* II. 499. *„Ταῦτα νόησον, εἰ μὴ ἄρα δημόσια ὑπομνήματα ἦσαν· τότε γὰρ προτιμῶνται τῆς τῶν μαρτύρων φωνῆς"* a Basilicorum compilatoribus in Basilicorum textum translata sunt. Sch. *Τὸ κατὰ πόδας* (L. 11. C. IV. 65.) II. 371. post verba *πολλάκις ἀντεγράφη* haec addidit: *ἔτι γὰρ ἐνισταμένου χρόνου ἀναγκάζονται μεῖναι καὶ πληρῶσαι τὴν μίσθωσιν,* quae non videntur in textu latino fuisse reposita, cum nil nisi conclusionem ex praecedentibus contineant. 47) Cf. Sch. 2. 3. 4. II. 63. Sch. *Θαλελαίου* III. 186. 430. Basil. XXIX. 1. 59. Sch. 1. *Τοῦ αὐτοῦ* IV. 759. Sch. *Οὐδὲν* a v. *σημείωσαι* V. 401. Sch. *Θαλελαίου* V. 402. Iureconsulti, quorum e libris Digesta compilata sunt, aliique eius aetatis a Thalelaeo vocantur *οἱ παλαιοί*, veluti in Sch. *Τοῦ αὐτοῦ* IV. 767. Sch. *Θαλελαίου* III. 186. 48) Cf. Sch. *Θαλελαίου* II. 732. III. 164. 186. 449. Sch. *Τὸ παλαιὸν* III. 776. Sch. *Κανὼν* IV. 143. Sch. 7. IV. 495. Sch. *Θαλελαίου* IV. 500. Sch. 4. IV. 529. Sch. *Τοῦ αὐτοῦ* IV. 783. 49) Sic verbi causa in Sch. *Ταύτην* fin. I. 649. a Thalelaeo exponitur, cur L. 9. C. II. 3. non sub titulo de transactionibus, sed sub titulo de pactis reposita sit. Idem in Sch. *Διὰ τοῦτο* IV. 132. exponit, cur L. 10. C. VI. 50. sub titulo ad legem Falcidiam sit reposita. 50) Sic in Sch. *Θαλελαίου* IV. 495. Thalelaeus tradit, L. 4. C. VI. 56. esse partem L. 1. C. V. 9. et causam huius sententiae exponit hoc modo: *Αὕτη ἡ διάταξις μέρος ἐστὶ τῆς α'. διατάξεως τοῦ* de secundis nuptiis *τιτ. τοῦ θ'. τιτ. τοῦ ε'. βιβ. τοῦ κώδικος. καὶ γὰρ καὶ ὁ αὐτὸς βασιλεύς ἐστι, καὶ ὁ αὐτὸς ὕπατος, καὶ πανταχόθεν δείκνυται ἡ αὐτὴ διάταξις.* 51) Verbi causa in Sch. 21. Suppl. p. 158. Thalelaeus dicit, antiquum textum L. 8. C. II. 18. curatoris fecisse mentionem et constitutione videri datam esse directam negotiorum gestorum actionem adversus curatorem; nunc autem textum plene et perfecte esse mutatum, ut nihil esset contrarium. Alia exempla habes ad L. 6. C. II. 12. in Sch. *Ἑρμηνεία* I. 403.; ad L. 3. C. III. 28. in Sch. *Διὰ τοῦτο* IV. 32.; ad L. 5. C. V. 3.; in Sch. *Ἐπερωτηθέντα* III. 161. 52) Sic Gregorianus Codex laudatur in indice L. 18. C. II. 4. (Sch. 1. I. 704.); Hermogenianus ibidem et in adnotatione ad L. 43. C. II. 4. (Sch. 1. a v. *μέμνησο* I. 726.); Theodosianus in adnotatione ad L. 6. §. 5. C. II. 6. (Sch. *Ἑρμηνεία* I. 338.) Usum horum locorum in editione dictorum Codicum fecit Vir cel. Haenel. 53) Sic in adnotatione ad L. 3. C. II. 18. (Sch. 14. Suppl. p. 156.) Thalelaeus legitimorum iudiciorum et exceptionis rei in iudicium deductae fecit mentionem ratione habita iudicii familiae erciscundae, hoc modo: *τὸ γὰρ εἰρημένον, φαμιλίας ἐρκισκοῦνδαε κινούμενον ἅπαξ οὐκέτι κινεῖται ἐκ δευτέρου, ἐπὶ τῶν λεγιτίμων κρατεῖ δικαστηρίων, ἅτινα σήμερον οὐκ ἔστιν ἐν πολιτείᾳ· ἴγνως γὰρ τῶν ἐξτραορδιναρίων ὅμοια σήμερόν ἐστι πάντα τὰ δικαστήρια, καὶ ἐκ δευτέρου κινεῖται καλῶς τοῦτο τὸ δικαστήριον, ἀντίκειται δὲ αὐτῷ ἡ* rei in *ἰουδικίουμ* deductae *ἢ* rei iudicatae *παραγραφή.* 54) Quod probatur ex adnotationibus ad L. 21. C. I. 5. (Sch. 2–5. II. 417.), ubi Thalelaeus de superstitione diversarum sectarum haereticarum, veluti Manichaeorum, Montanistarum, Tascodrogitarum, Pepuzianorum, Borboritarum et Ophitarum disserit.

1) Cf. Zachariae de L. Anecd. p. 176 sq. Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. I. p. 148–150. 2) Quos recenset Zachariae de L. l. l. p. 176. not. 4.

phani Breviario Codicis desumtos esse, cum nihil sit, quod auctorem illius Appendicis alius ad Codicem commentarii praeter illud Breviarium copiam habuisse vel leviter indicet. Quae coniectura si probabilis videatur (et adversus eam proferri vix quidquam poterit), dicendum est, libri primi Codicis titulos I—XIII., qui parte prima collectionis constitutionum ecclesiasticarum continentur, ex Stephani Breviario Codicis esse desumtos. Loci enim ex libro primo Codicis in Appendice Eclogae exhibiti omnes similiter in collectione constitutionum ecclesiasticarum reperiuntur[3]), et non tam ex hac, quam potius ex Stephani Breviario in Appendicem illam translati esse videntur. Merito ergo cum Zachariae de L. statuendum est, titulos 1—13. libri I. Codicis integros ex Breviario Stephani in collectione constitutionum ecclesiasticarum nobis esse servatos, praesertim cum titulos istos ex aliis Codicis commentariis, quorum accuratiorem habemus cognitionem, minime esse desumtos constet[4]). Auctor collectionis constitutionum ecclesiasticarum etiam Nomocanonem veterem titulis XIV. constantem post Heraclii Imperatoris tempora scripsit; probabile ergo Zachariae de L. merito iudicat, etiam locos Codicis in illo Nomocanone laudatos ex Stephani Breviario Codicis esse desumtos. Sed cum Photius veterem illum Nomocanonem interpolaverit et nonnulla addiderit, inter quorum additamentorum numerum etiam Codicis loci aliunde, quam e Breviario Stephani, hausti referendi videntur, certo definiri semper nequit, utrum Stephanus locorum Codicis in hoc Nomocanone obviorum auctor sit, necne. Quapropter in Manuali Basilicorum ita versatus sum, ut Stephano quidem locos in collectione constitutionum ecclesiasticarum et in Nomocanone illo laudatos tribuerem, signo tamen interrogationis nomini Stephani adiecto.

Ex fragmentis Codicis a Stephano antecessore *κατ' ἐπιτομὴν* graece conversi in Codicibus manuscriptis sive libris hactenus recensitis servatis indoles operis accurate potest cognosci[5]). Titulus operis fuit *τοῦ συντόμου κώδικος*, quippe quo titulo in Appendice Eclogae laudetur[6]). Ordo idem erat, qui Iustinianei Codicis. Rubricas titulorum Codicis latinas exhibuisse videtur, adiecta fortasse versione graeca: nam in Codice Bodleiano 3399. rubrica tituli 30. libri VI. Codicis latine effertur; in Appendice Eclogae autem nec non in collectione constitutionum ecclesiasticarum rubricae graece versae reperiuntur. Quisque titulus duabus fere partibus constabat. Prima pars singularum[7]) deinceps constitutionum epitomas sive summas continebat, quae tum brevitatis, tum vocum latinarum, quae quasi technicae essent, retinendarum studio conspicuae essent. Altera pars *παράτιτλα* complectebatur, i. e. collectiones omnium locorum ad materiam eius tituli pertinentium, qui deinceps in aliis Codicis titulis et in Novellis Iustiniani reperiri potuissent. Constitutiones Codicis, ex quibus ea *παράτιτλα* desumta sunt, accurate allegantur numero libri, tituli et constitutionis laudato additisque insuper verbis initialibus cuiusque constitutionis. Novellae autem ita allegantur, ut rubrica earum et numerus referantur, quibus in collectione, qua Stephanus utebatur, distinctae essent; quae collectio Stephani, ut supra vidimus (Lib. I. cap. III. §. 3. not. 22.), a corpore CLXVIII Novellarum non multum diversa fuisse videtur. Digestorum loci in his Paratitlis nusquam laudantur: cuius rei ratio haec fuit, quod quae olim obtinuisset legum et iurum separatim tractandorum ratio, etiam a Iustinianeis Iureconsultis retenta est. Quae cum ita sint, *ὁ σύντομος κῶδιξ Στεφάνου ἀντικήνσορος* etiam sic describi posse videtur, ut Index Iustinianei Codicis cum paratitlis fuisse dicatur, cuiusmodi illustrationis genus ipse Iustinianus certe Digestis interpretandis adhibere permiserat.

Quae in collectione constitutionum ecclesiasticarum et in Nomocanone XIV titulis constante fragmenta Codicis a Stephano antecessore in epitomen redacti habentur, saepius edita sunt et a viris doctis in castigando et restituendo Codice Iustinianeo dudum adhibita[8]). Ea autem fragmenta Codicis Stephani, quae in Codice Bodleiano 3399. (et similiter in Codice Marciano 579.) habentur, et quae Appendice Eclogae continentur, cum hac Appendice integra primus edidit Zachariae de L.[9]) Loci Codicis e Stephani Breviario Codicis a viro illo his ex fontibus primum editi nunc designabuntur, ita tamen, ut in notis addam, quinam disertis verbis Ste-

---

3) Loci in Appendice Eclogae conspicui, qui cum his, qui in collectione constitutionum reperiuntur, conveniunt, hi sunt: 1) epitome L. 54. C. V. 3. (App. Eclogae num. XXI.) — Parat. ad Cod. I. 10. in Coll. const. eccl. in Voelli bibl. iuris canon. T. II. p. 1296.; 2) epitome L. 54. §. 3. C. I. 3. (App. Eclogae num. XXII.) — Parat. ad Cod. I. 13. in Coll. const. eccl. apud Voellum T. II. p. 1301.; 3) summa L. 2. C. I. 5. (App. Eclogae num. XL.) — Coll. const. eccl. I. 5. 2. apud Voellum T. II. p. 1284.; 4) summa L. 5. C. I. 5. (App. Eclogae num. XXIII.) — Parat. ad Cod. I. 10. in Coll. const. eccl. apud Voellum T. II. p. 1297.; 5) pars summae L. 5. C. I. 5. (App. Eclogae num. XLII.) — Coll. const. eccl. I. 5. 5. apud Voellum T. II. p. 1285.; 6) summa L. 14. C. I. 5. (App. Eclogae num. XLIII.) — Coll. const. eccl. I. 5. 14. apud Voellum T. II. p. 1287.; 7) summa L. 16. C. I. 5. (App. Eclogae num. XLIV.) — Coll. const. eccl. I. 5. 16. apud Voellum T. II. p. 1288.; 8) pars summae L. 17. C. I. 5. (App. Eclogae num. XLVI.) — Coll. const. eccl. I. 5. 17. apud Voellum T. II. p. 1288.; 9) pars summae L. 20. C. I. 5. (App. Eclogae num. XLVII.) — Coll. const. eccl. I. 5. 20. apud Voellum T. II. p. 1289.; 10) summa L. 1. C. I. 6. (App. Eclogae num. XLIX.) — Coll. const. eccl. I. 6. 1. apud Voellum T. II. p. 1292.; 11) summa L. 6. C. I. 7. (App. Eclogae num. XLVIII.) — Coll. const. eccl. I. 7. 6. apud Voellum T. II. p. 1293.; 12) summa L. 12. C. I. 9. (App. Eclogae num. XLI.) — Coll. const. eccl. I. 9. 12. apud Voellum T. II. p. 1294.; 13) epitome L. 18. C. I. 9. (App. Eclogae num. XXIX.) — Parat. ad Cod. I. 7. in Coll. const. eccl. apud Voellum T. II. p. 1293.; 14) summa L. 1. C. I. 10. (App. Eclogae num. XX. 1.) — Coll. const. eccl. I. 10. 1. apud Voellum T. II. p. 1296.; 15) summa L. 2. C. I. 10. (App. Eclogae num. XX. 2.) — Coll. const. eccl. I. 10. 2. apud Voellum T. II. p. 1296.; 16) summa L. 1. C. I. 11. (App. Eclogae num. XLV.) — Coll. const. eccl. I. 11. 1. apud Voellum T. II. p. 1297.; 17) summa L. 10. C. I. 11. (App. Eclogae num. XXVIII.) — Coll. const. eccl. I. 11. 10. apud Voellum T. II. p. 1298. 4) Heimbach iun. in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1839. p. 984. Nam quae supersunt Thalelaei et Theodori epitomae constitutionum ex titulis 1—13. libri I. Codicis, cum collectione constitutionum ecclesiasticarum non conveniunt. Iam Biener, Gesch. der Novellen p. 186 sq. coniecit, epitomas horum titulorum in dicta collectione obvias ex Stephani commentario esse desumtas. Cogitavit quidem etiam de Anatolio, magis autem in Stephanum inclinavit. Ac quod ad Anatolium attinet, epitome constitutionis ex illis titulis ab eo profecta superest quidem nulla; sed ex aliis fragmentis commentarii Anatolii servatis apparet, epitomas constitutionum ab eo profectas longe esse breviores, quam ut loci in collectione constitutionum ecclesiasticarum excerpti tribui ei queant. 5) Cf. Zachariae de L. Anecd. p. 178., quem sequor. 6) Sic App. Eclogae num. XVI. (Zachariae de L. Anecd. p. 188.): *ἐκ τοῦ η'. βιβλίου τοῦ συντόμου κώδικος Στεφάνου ἀντικήνσορος κεφ. ια'.* 7) Hoc differt Breviarium Stephani a Breviario Theodori. 8) Biener, Beitraege zur Revision des Just. Codex p. 26 sq. Witte, die leges restitutae des Justin. Cod. p. 24 sq. 9) Anecd. p. 180—194. Fragmenta *τοῦ συντόμου κώδικος Στεφάνου ἀντικήνσορος* ex Codice Bodleiano extant ibid. p. 181—184. Appendix Eclogae ex Codice Paris. gr. 1384. fol. 106 b. sqq. edita extat ibid. p. 184—194.

phani esse dicantur, eosque stellula a reliquis distinguam. Loci hi sunt:

L. 7. C. V. 5.	App. Eclogae num. VI. (Zachariae Anecd. p. 186 sq.)
L. 8. C. V. 5.	App. Eclog. num. VII. (ibid. p. 187.)
L. 2. C. V. 8.	App. Eclog. num. VIII. (ibid. p. 187.)
*L. 18. C. VI. 23.	Cod. Bodlei. 3399.[10]) (ibid. cap. 18. p. 181.)
*L. 19. C. VI. 23.	Codex idem (ibid. cap. 19. p. 181.)
*L. 20. C. VI. 23.	Codex idem (ibid. cap. 20. p. 181.)
*L. 21. pr. §. 1—4. C. VI. 23.	Cod. idem (ibid. cap. 21. p. 181 sq.)
*L. 22. C. VI. 23.	Codex idem (ibid. cap. 22. p. 182.)
*L. 23. C. VI. 23.	Codex idem (ibid. cap. 23. p. 182.)
*L. 26. C. VI. 23.	Cod. idem[11]) (ibid. cap. 27. p. 182.)
*L. 27. C. VI. 23.	Codex idem (ibid. cap. 28. p. 182.)
*L. 28. pr. §. 1. C. VI. 23.	Codex idem (ibid. cap. 29. p. 182.
*L. 31. C. VI. 23.	Cod. idem[12]) (ibid. cap. 31. p. 182.)
*L. 5. C. VI. 24.	App. Eclogae num. XI.[13]) (ibid. p. 187.)
L. 8. C. VI. 25.	Cod. Bodlei. 3399. init. *Οὕτω τις*[14]) (ibid. p. 182 sq.
L. 9. C. VI. 25.	Codex idem init. *Ἐάν τις* (ibid. p. 183.)
L. 1. C. VI. 30.	Codex idem[15]) (ibid. cap. 1. p. 183.)
L. 2. C. VI. 30.	Codex idem (ibid. cap. 2. p. 183.)
L. 3. C. VI. 30.	Codex idem (ibid. cap. 3. p. 183.)
L. 4. C. VI. 30.	Codex idem (ibid. cap. 4. p. 183.)
L. 5. C. VI. 30.	Codex idem (ibid. cap. 5. p. 183.)
L. 6. C. VI. 30.	Codex idem (ibid. cap. 6. p. 183.)
L. 8. C. VI. 30.	Codex idem (ibid. cap. 8. p. 183.)
L. 9. C. VI. 30.	Cod. idem (ibid. cap. 9. p. 183 sq.)
L. 10. C. VI. 30.	Codex idem (ibid. cap. 10. p. 184.)
L. 11. C. VI. 30.	Codex idem (ibid. cap. 11. p. 184.)
L. 12. C. VI. 30.	Codex idem (ibid. cap. 12. p. 184.)
L. 13. C. VI. 30.	Codex idem (ibid. cap. 13. p. 184.)
L. 14. C. VI. 30.	Codex idem (ibid. cap. 14. p. 184.)
L. 15. C. VI. 30.	Codex idem (ibid. cap. 15. p. 184.)
*L. 19. C. VI. 37.	App. Eclogae num. XII.[16]) (ibid. p. 187.)
*L. 4. C. VI. 38.	App. Eclogae num. XIII.[17]) (ibid. p. 187 sq.)
*L. 15. C. VII. 2.	App. Eclogae num. XVIII. 1. 2. 3.[18]) (ibid. p. 188 sq.)
L. 9. C. VII. 45.	App. Eclogae num. XIV. (ibid. p. 188.)
*L. 11. C. VIII. 4.	App. Eclogae num. XVI.[19]) (ibid. p. 188.)
*L. 1. C. VIII. 5.	App. Eclogae num. XVII.[20]) (ibid. p. 188.)
L. 1. C. VIII. 27.	App. Eclogae[21]) (ibid. p. 188. not. 46.)
L. un. C. IX. 11.	App. Eclog. num. IX. (ibid. p. 187.)

§. 6. Theodori commentarius[1]).

Theodorus, quem Breviarium Novellarum scripsisse pluribus infra dicemus, etiam ad Codicem scripsit, quod tam eo, quod in Breviario illo Codicis mentionem nonnunquam[2]) his verbis fecit: *ἔγνως ἐν τῷ κώδικι, μέμνησο τοῦ κώδικος*, quam aliis argumentis probatur. Primum enim in Basilicorum scholiis sexcenties argumenta brevia in Codicem proferuntur, quae Theodoro tribuuntur: idemque Theodorus in quodam scholio[3]) *ὁ διατάξεων ἐξηγητής* appellatur. Porro in Codice Bodlei. 173.[4]) et Laurent. LVI. 13. habetur locus excerptus *ἐκ τοῦ γ'. βι. τοῦ κώδικος Θεοδώρου σχολαστικοῦ τι. ϛ'. διατ. α'.*, qui locus etiam in Codicibus

10) Epitomae L. 18. 19. 20. 21. pr. §. 1—4. L. 22. 23. C. VI. 23. in Codice Bodleiano fol. 102 sq. sub rubrica *Στεφάνου ἀντικίνσορος τοῦ κώδικος* tanquam *κεφ. ιη'. ιθ'. κ'. κα'. κβ'. κγ'.* (cap. 18. 19. 20. 21. 22. 23.) exhibentur. 11) Epitomae L. 26. 27. 28. C. VI. 23. in Codice Bodlei. 3399. fol. 93. subiiciuntur capiti 31. huius tituli inscripto: *Στεφάνου ἀντικίνσορος* sub rubrica *Τοῦ αὐτοῦ κεφ. κζ'. κη'. κθ'.*, ut proinde haec verba: *Τοῦ αὐτοῦ* Stephanum significent. Ceterum quae hoc loco dicuntur esse capita 27. 28. 29., nobis sunt constitutiones 26. 27. 28. C. VI. 23. 12) Epitome L. 31. C. VI. 23. in Codice Bodlei. 3399. fol. 93. exhibetur ita inscripta: *Στεφάνου ἀντικίνσορος κεφ. λα'.* 13) In Codice Paris. 1384. haec praemittuntur: *Ἐκ τοῦ βιβλίου τοῦ κώδικος Ἰουστινιανοῦ στεφάνου ἀντικίνσορος. περὶ κληρονόμων ἐνδιαθέτων τὸ ποῖα* (lege *ποῖοι*) *κληρονομεῖν δύνανται ἢ μὴ δύνανται.* 14) Epitomae L. 8. 9. C. VI. 25. in Codice Bodlei. 3399. fol. 102. exhibentur sub rubrica: *Ἐκ τοῦ κε'. τι. τοῦ κώδικος τὰ τελευταῖα κεφάλαια β'.* Stephano has epitomas esse tribuendas, Zachariae de L. merito derivavit ex eo, quod in dicto Codice statim subiunguntur Stephani fragmenta, quae epitomas constitutionum 18. 19. 20. 21. 22. 23. C. VI. 23. continent. 15) Epitomae constitutionum 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. C. VI. 30. in Codice Bodleiano 3399. fol. 103. 104. sub rubrica: De iure deliberandi et adeunda vel adquirenda hereditate sub numeris *α'. β'. γ'. δ'. ε'. ϛ'. ζ'.* (ad hunc numerum in Codice Bodlei. et Codice Marciano 579. est lacuna duarum vel trium linearum et in margine adscribitur: *ζήτει*) *η'. θ'. ι'. ια'. ιβ'. ιγ'. ιδ'. ιε'.* exhibentur. Stephani haec esse Zachariae de L. merito inde collegit, quod in Codice Bodleiano uno tenore subiiciuntur Stephani fragmentis, quae epitomas constitutionum 18. 19. 20. 21. 22. 23. C. VI. 23. continent. 16) Haec epitome L. 19. C. VI. 37. in Codice Paris. 1384. statim sequitur post epitomen L. 5. C. VI. 24., cui inscribitur: *Ἐκ τοῦ βιβλίου τοῦ κώδικος Ἰουστινιανοῦ στεφάνου ἀντικίνσορος. περὶ κληρονόμων ἐνδιαθέτων κ. τ. λ.* et inscripta est: *Ἐκ τοῦ αὐτοῦ κώδικος περὶ λεγαταρίων τίτλος λζ'. κεφ. ιθ'.* Inde colligendum, epitomen L. 19. C. VI. 37. ex Stephani Breviario esse desumtam. 17) Haec epitome L. 4. C. VI. 38. in Codice Paris. 1384. inscriptionem habet hanc: *Τοῦ αὐτοῦ τι. λη'. κεφ. δ'.* Ex iisdem causis, quibus epitome L. 19. C. VI. 37. Stephano vindicanda est, etiam hanc ei vindico. 18) Epitomae L. 15. C. VII. 2. in Codice Paris. 1384. praemittuntur haec: *Ἐκ τοῦ βιβλίου τοῦ συντόμου κώδικος Ἰουστινιανοῦ. περὶ ἐλευθεριῶν οἰκετῶν καὶ δανειστῶν τῶν μετὰ τὴν ἐλευθερίαν καὶ τὸν θάνατον τοῦ διατιθεμένου εὑρισκομένων.* Cum epitome L. 1. C. VIII. 5. statim praecedens inscriptionem habeat: *Τοῦ αὐτοῦ βιβλίου ἢ τοῦ κώδικος στεφάνου ἀντικίνσορος κ. τ. λ.*, et quae hanc praecedit epitome L. 11. C. VIII. 4. inscripta sit: *Ἐκ τοῦ βιβλίου τοῦ συντόμου κώδικος στεφάνου ἀντικίνσορος κεφ. ια'.*, non dubito, quin epitome L. 15. C. VII. 2. Stephano sit tribuenda. Vix enim probabile est, auctorem Appendicis Eclogae ex alio commentario hanc epitomen hausisse, quam *ἐκ τοῦ συντόμου κώδικος* Stephani Antecessoris, quem fontem epitomarum statim praecedentium esse disertis verbis dixerat. 19) Epitomae L. 11. C. VIII. 4. in Codice Paris. 1384. haec praemittitur inscriptio: *Ἐκ τοῦ η'. βιβλίου τοῦ συντόμου κώδικος στεφάνου ἀντικίνσορος κεφ. ια'.* 20) Epitomae L. 1. C. VIII. 5. in Codice Paris. 1384. haec praemittitur inscriptio: *Τοῦ αὐτοῦ βιβλίου η'. τοῦ κώδικος στεφάνου ἀντικίνσορος, περὶ ἐὰν βίᾳ ἢ ἑτέρῳ τρόπῳ τοῦ ἀπολιμπανομένου διαρπαγῇ ἡ ὑπόστασις, κεφ. α'.* 21) In Codice Vindob. iur. gr. 2. haec epitome L. 1. C. VIII. 27. exhibetur, quam Zachariae de L. Stephani esse putat. Cf. Anecd. p. 188. not. 46. et Wiener Jahrb. der Literatur Vol. LXXXVI. p. 207 sq.

1) Cf. Reitz ad Theophil. p. 1240 sq. et in Meermani Thes. iur. T. VI. p. 861 sq. Biener, Gesch. der Novellen p. 667. Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. I. p. 150., prae omnibus autem Zachariae de L. Anecd. Proleg. ad Theodori Breviar. Novell. p. XXXI—XL. et in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 816. Hunc in universum secutus sum. 2) Veluti Nov. 90. cap. 12. 15. 3) Sch. ad Basil. XXII. 1. 38. T. II. p. 486. 4) Cf. Zachariae de L. Prochir. p. 283.

Epanagoges cum scholiis [5]) tit. II. ad marginem adscribi solet. In eadem Epanagoge cum scholiis tit. XXVIII. cap. 19. ad marginem adscribitur scholium [6]), ubi *τὸ κείμενον* (sc. Codicis locus in textu collocatus) *τοῦ συντομέως* (al. *τοῦ συντόμου κώδικος*) *Θεοδώρου* esse dicitur. Deinde in illa *τῶν ῥοπῶν* recensione, quae seculo XI. confecta est [7]), Theodori Hermopolitani interpretatio const. 14. C. XI. 62. laudatur. Tum etiam in Ecloga lib. I—X. Basilicorum inter *παρεκβολάς* ex scholiis Basilicorum nonnullae epitomae constitutionum Codicis habentur, quae *ἑρμηνεῖαι τοῦ ἑρμοπολίτου Θεοδώρου* esse dicuntur. Denique Matthaeus Blastares in praefatione ad Syntagma canonum, *Θεόδωρον ἑρμουπολίτην συντετμημένως τοὺς κώδικας* edidisse narrat.

Genuinus quidem Theodori Codex deperiit; sed plurima eius fragmenta supersunt, quibus collectis ipsum Theodori opus in integrum restitui aut certe indoles eius et natura optime potest illustrari. Librorum, quibus fragmenta e Codice Theodori continentur, immediate ex hoc ipso Codice relata, non ex aliis libris eiusmodi fragmenta continentibus, classes sunt duae: altera, quae complectitur libros vel Codices, in quibus unum et item alterum locum ex Theodori Codice deprehendas, ab auctore librariove sive fortuito, sive occasione data insertum; altera, quae complectitur libros, in quos fragmenta ex integro Theodori opere deinceps excepta consulto dataque opera relata sunt. Ad primam classem pertinent: Codices Bodlei. 173. [8]) et 3399 [9]), Paris. gr. 1367. [10]), Laurent. LVI. 13., Epanagoge cum scholiis, tractatus de creditis, recentior illa *τῶν ῥοπῶν* recensio, seculo XI. exeunte confecta, Michaelis Attaliotae *ποίημα νομικόν*, Novella Alexii Comneni de sacramentis minorum [11]). Ad secundam classem pertinent Prochirum et Epanagoge, compendia legum a Basilio Macedone promulgata, nec non Basilica Leonis, in quae ex Codice Theodori loci nonnulli recepti sunt, quos tamen, ut infra dicam, magis ex scholiis in textum crediderim irrepsisse. Ad eandem classem referenda sunt Basilicorum scholia. Nam ubicunque in Basilicorum textu constitutiones Codicis habentur, ibi inter scholia regulariter convenientes loci ex Codice Theodori ad marginem adscripti sunt. Hinc etiam habent nonnulla Codices illi Synopseos Basilicorum, in quibus scholia ex Basilicorum scholiis excepta ad marginem adscripta sunt, inter quos notandus inprimis est Codex Paris. gr. 1351., ex quo fragmenta quaedam Codicis Theodori hactenus ignota infra exhibebo. Sin autem Zachariae de L. ad eandem classem refert Eclogam lib. I—X. Basilicorum, in quam *παρεκβολαί* ex scholiis Basilicorum relatae sunt, me quidem habet dissentientem ex causis infra exponendis.

Opus Theodori, quo de agimus, erat Breviarium Codicis, Breviario Novellarum eiusdem auctoris simillimum, et constabat epitomis sive summariis constitutionum Codicis cum *παραπομπαῖς*. Versionem *κατὰ πόδα* constitutionum Theodorus non confecit. Reperiuntur quidem in nostris Basilicorum editionibus scholia nonnulla [12]), quibus versio *κατὰ πόδα* Theodoro tribui videtur, quippe in quibus summis Theodori nomine insignitis non interrupto lineae tenore adiiciatur statim *τὸ κατὰ πόδας τῆς διατάξεως* cum *παραγραφαῖς*, quasi haec ab eodem auctore profecta sint. Verum enimvero Theodori nomen non est trahendum ad *τὸ κατὰ πόδας*. Hoc enim Thalelaei est, cuius nomen ideo non est adiectum, quod versionem Codicis *κατὰ πόδα* a nemine, nisi a Thalelaeo confectam esse inter omnes constaret. Quod autem summario Theodori non interrupto lineae tenore coniungitur Thalelaei versio *κατὰ πόδα*, nihil habet difficultatis. Nam in Codicibus manuscriptis Basilicorum scholia fere semper continuis lineis in margine perscripta et puncto duntaxat maiori a se invicem distincta sunt; ut a singulis scholiis novae lineae inciperent, hoc demum Basilicorum editoribus placuit, quibus adeo vitio verti debet, quod, ubi *τὸ κατὰ πόδας* Theodori summarium in Codicibus manuscriptis non interrupto lineae tenore sequitur, novae lineae non fecerint initium. Quae reprehensio cum in me cadat, in Manuali Basilicorum scholia Basilicorum, in quibus summarium Theodori *τῷ κατὰ πόδας* in editione reperitur iunctum, accurate distinxi et quid Theodori, quid Thalelaei esset, notavi.

Quem titulum Theodori Breviarium Codicis habuerit, non satis in aprico est [13]). Passim simpliciter *κῶδιξ* appellatur, cuius rei testimonia supra attulimus. Uno loco (Epanagoges cum scholiis) supra laudato, cuius lectio tamen dubia est, *σύντομος κῶδιξ* appellari videtur, qui titulus etiam fuit commentario Stephani ad Codicem scripto, ut paragrapho proxime praecedente vidimus. Cum Stephanus praeceptor Theodori fuerit, probabile est, ad eius exemplum Theodorum, qui a Matthaeo Blastare Codicem *συντετμημένως* edidisse dicitur, Breviario Codicis titulum inscripsisse „*Σύντομος κῶδιξ*", vel, ut Zachariae de L. mavult, „*Σύντομος τοῦ κώδικος*".

Quod ad oeconomiam operis attinet, Theodori Breviarium Codicis in libros et titulos eodem modo divisum fuisse videtur, quo etiam Codex repetitae praelectionis divisus erat. In titulis autem paulo diversa ratio obtinebat. Divisi erant in themata sive capita, quae non semper numero constitutionum in convenientibus Codicis titulis responderent, sed modo plura, modo pauciora essent. Aliquando enim Theodorus ex una constitutione plura themata fecit, aliquando plures constitutiones in unum thema contraxit [14]). Itaque non singulas cuiuslibet tituli

---

5) Cf. idem lib. p. XCVII sq. 6) Editum hoc scholium est in Zachariae de L. Collectio librorum iuris Graeco-Romani ineditorum p. 198. 7) *Αἱ ῥοπαί* p. 235. not. 51. 8) Cf. Zachariae de L. Prochir. p. 283. 9) Cf. idem liber p. 329. 10) Cf. idem p. CXIV. et *αἱ ῥοπαί* p. 22 sq. 11) Zachariae de L. Ius Gr.-Rom. P. III. p. 346., ubi ad verba *μηδ᾽ ὁ ἑρμουπολίτης αὐτὸν ἐπιστόμιζεν ἀνήρ* intelligitur Theodori summa L. 1. C. II. 27., ut Zachariae de L. l. l. p. 346. not. 18. notavit. 12) Basil. Heimb. T. I. p. 696. 700. 704. 723. 790. et passim. 13) Titulum non fuisse: *Ἐκλογὴ ἐκ τῶν κωδίκων*, probavit Zachariae de L. Anecd. p. XXXIV. 14) Sic ex L. 4. C. VI. 2. Theodorus duo summaria fecit (cf. Basil. Heimb. Sch. *Ὁ ποιήσας* et Sch. *Πρόσκειται* inde a v. *φησὶ δὲ* V. 394.), alterum ex his verbis constitutionis: „Adversus eum duntaxat, quem servum tuum sollicitasse dicis, si eum deterioris animi fecit, servi corrupti agere potes. Quodsi sollicitatum occultaverit, etiam furti adversus eum agere potes," — alterum ex verbis, quae sequuntur: „Quas actiones etiam per procuratorem exercere minime prohiberis." Ex illis Theodori summarium hoc est: *Ὁ ποιήσας δοῦλον ἀλλότριον φυγεῖν τῇ σέρβι κορρούπτι κατέχεται. εἰ δὲ μετὰ τὴν φυγὴν ὑποδέξεται αὐτὸν καὶ κρύψει, τῇ φούρτι εὐθύνεται κ. τ. λ.* Ex his verbis Theodorus hoc summarium fecit: *Η σέρβι κορρούπτι καὶ ἡ φούρτι γυμνάζονται καὶ διὰ προκουράτωρος κ. τ. λ.* Iam vero priori summario Theodorus insuper addidit indicem L. 6.; nam post verbum *εὐθύνεται* pergit: *φησὶ δὲ ἡ ς´. διατ. τοῦ παρόντος τιτ. ὅτι ὁ ἔχων ἀλλότριον δοῦλον τῇ φούρτι κατέχεται καὶ πωλήσας αὐτὸν οὐ βλάπτει τὸν δεσπότην αὐτοῦ κ. τ. λ.* Cf. Zachariae de L. Anecd. p. XXXV.

constitutiones *συντετμημένως* vertit[15]); sed totius tituli, quasi is una constitutione, quamquam in plures articulos divisa, constaret, summaria confecit et in themata distinxit. Inscriptionum autem et subscriptionum rationem omnino non habuit, quandoquidem Iustinianus omnes Codicis constitutiones perinde valere iusserat, ac si ab ipso sub edictali programmate propositae essent. Quod dictum est, aliquando Theodorum plura themata ex una constitutione fecisse, aliquando plures constitutiones in unum thema contraxisse, hoc ad indolem Breviarii cognoscendam et ad restitutionem eius feliciter perficiendam vel maximi est momenti.

Theodorus, sicuti in Breviario Novellarum, de quo infra disserendum erit, ita etiam in Breviario Codicis cuivis themati sive summario *παραπομπάς* addidit, i. e. locorum similium indicationes, in quibus nonnisi Codicis ipsius vel Novellarum locos, nec vero Institutiones aut Digesta allegasse videtur. Sunt quidem in Basilicis scholia nonnulla Theodori nomine insignita, in quibus Institutiones et Digesta, imo ipsa Basilica laudantur: haec tamen omnia vel spuria vel interpolata esse Zachariae de L. merito iudicavit. Ac primum quidem, quod in locis e Theodori Codice exceptis, qui inter scholia Basilicorum relati sunt, nonnunquam Basilica laudantur, hoc per interpolationes effectum est[16]), quapropter in Manuali Basilicorum id egi, ut in his scholiis, quod Theodori esset, quod serius interpolatum, quantum fieri posset, secernerem. Deinde quod ad locos Digestorum attinet, qui in nonnullis Basilicorum scholiis, quae Theodori esse dicuntur, laudantur, de his iam supra (Cap. V. §. 9.) verba fecimus, ad quae lectores ablegamus.

In Basilicorum scholiis passim cum summariis e Theodori Codice exceptis *ἐρωτήσεις* ad easque Theodori *ἀποκρίσεις* vel *λύσεις* coniunctae reperiuntur[17]). Atque hae quidem responsiones non pertinent ad eam responsionum classem, quas antecessores in scholis ad quaestiones auditoribus propositas dare solebant, sed ad eam classem responsionum, quae iurisperitos ad advocatorum sive rhetorum interrogationes auctores habent, cum Theodorus non antecessor, sed scholasticus, i. e. advocatus fuerit. Sicuti Athanasius suadentibus advocatis repetitam Epitomae Novellarum praelectionem edidit[18]), ita etiam Theodorus quaestionibus advocatorum admonitus notas quasdam per modum responsionis Breviario Codicis videtur adiecisse.

Hactenus virum doctissimum Zachariae de L. secutus nunc ad ea pervenio, in quibus ab eo dissentio.

Ac primum quidem locos e Theodori Codice in Basilicorum textum translatos arbitratur. Ego vero non nego quidem, eiusmodi locos in Basilicorum textu extare; eos autem non ab ipsis Basilicorum compilatoribus in textum receptos arbitror, sed ex scholiis antiquis, quorum partem effecerunt, in textum puto irrepsisse, sive librariorum, sive etiam editorum negligentia[19]). Nam Basilicorum compilatores regulariter, quod ad Codicem attinet, textum ex Thalelaei commentario hauserunt; ubi eius copiam non habuerunt, ex Anatolio, nec perspicitur, quid causae fuerit, cur, ubi Thalelaei copiam habuerunt,

---

15) Uti Biener, Gesch. der Novellen p. 66. existimavit. 16) Sic in Sch. *Θεοδώρου* V. 603. haec leguntur: *ἔγνως γὰρ ἐν τῷ γ'. βιβ. τιτ. μα'. διατ. δ'. ἤτοι βιβ. ζ'. τιτ. ϛ'. ὅτι κ. τ. λ.* et paulo post: *κατὰ τὴν β'. διατ. τοῦ μη'. τιτ. τοῦ εἰρημένου γ'. βιβ. ἤτοι τιτ. δ'. κεφ. ιϛ'.* Loci Basilicorum interiecta voce *ἤτοι* additi a posterioris aetatis hominibus post Basilica confecta adiecta sunt. Item ultima huius scholii verba: *σημείωσαι ὅτι ἐπὶ τῶν ἐγκλημάτων* u. a. v. *τὸ τοῦ δούλου ἁμάρτημα* seriori nituntur interpolatione. Satis frequentia sunt exempla huiusmodi interpolationum, non solum in scholiis Theodori nomine insignitis, sed etiam in his, quae alios antiquos Iureconsultos habent auctores. 17) Pertinent huc Basil. Heimb. T. II. p. 570. 661 sq. 727. T. III. p. 162 sq. T. IV. p. 175. 498. 510. 583. 586. 739. 768. T. V. p. 796. 907. Extat etiam in Codice Bodleiano 3399. fol. 114. similis *ἐρωταπόκρισις* Theodori, a Zachariae de L. Anecd. p. XXXVI sq. edita. Denique habetur quaestio et solutio Theodori in antiquissima *τῶν ῥοπῶν* recensione, cuius fragmenta vir ille e Codice Paris. gr. 1367. edidit. Cf. *αἱ ῥοπαί* p. 21. Sed quae ultimo loco allegata est *λύσις*, in aliis Codicibus Athanasii scholium esse dicitur (cf. *αἱ ῥοπαί* p. 81.) et certe Theodorum non habet auctorem, quippe qui longe alio et dicendi et disputandi genere utatur. Reliqui autem loci omnes cum fragmentis e Theodori Codice desumtis arctissime cohaerent; quaestiones illae plerumque dubitationes attingunt ex interpretatione Theodori ortas, et in responsionibus ad eas fere rationes interpretationis suae Theodorus reddit. *Ἐρωταποκρίσεις* illae partem Breviarii Codicis effecisse et ab ipso auctore adiectae esse videntur. Cf. Zachariae de L. l. l. p. XXXVII. 18) Zachariae de L. in: Wiener Jahrb. der Lit. Vol. LXXXVI. p. 193. not. 13. Heimbach. Anecd. T. II. p. 290. 292. 19) Sic Basil. I. 1. 1. textus a v. *Χριστιανός ἐστιν* u. a. v. *αἱρετικός ἐστι* et a v. *Πῶς δεῖ πιστεύειν* u. a. v. *νεαρᾷ ρθ'.* est summa L. 1. C. I. 1. a Theodoro confecta cum *παραπομπῇ* iuncta, quae ex scholiis in textum irrepsit. Textum Basilicorum unice efficit *τὸ κατὰ πόδας* L. 1. C. I. 1., quod incipit: *Πάντας τοὺς δήμους* et finitur verbo *καθυποβάλλεσθαι*. Textus Basil. II. 6. 6. edit. Fabr. continet Theodori summam L. 1. C. I. 14., quod corruptela Codicis Paris. gr. 1351. niti crediderim, cum Codex Coislin. 151. in textu Basilicorum exhibeat indicem Thalelaei. Textus Basil. V. 1. 10. exhibet epitomen L. 22. C. I. 2., quae propter brevitatem Theodoro tribui potest, sed etiam alium Codicis commentatorem habere potest auctorem. *Πεῖρα* XL. 9. affert locum, qui probabiliter est Basil. LVIII. 10. 28. his verbis: *Πρῶτον ὁ περὶ νομῆς, εἶτα ὁ περὶ δεσποτείας κρίνεται λόγος*; qui locus continet epitomen L. 3. C. VIII. 1., quam ob summam brevitatem Theodoro tribuerim. Verum enimvero epitome eiusdem loci in Repertorio Basilicorum, quod vulgo Pipuriti nomine fertur, longe plura continet, et quidem haec: *Καὶ ὅτι, ὅταν περὶ νομῆς καὶ δεσποτείας γένηται ζήτησις, πρότερον τὸ τῆς νομῆς σκοπείσθω, ἵνα λοιπὸν ὁ ἡττώμενος ἀποδείξῃ περὶ τῆς δεσποτείας.* Haec epitome loci Basilicorum magis Thalelaeum auctorem redolet, ideoque eius indicem in Basilica puto esse translatum, locum autem in *Πεῖρα* exhibitum ex scholiis desumtum. Basil. VII. 6. 11. exhibet summam L. 11. C. III. 1. ex Theodori Breviario desumtam. Verum in Ecloga lib. I—X. Basilicorum auctore Cuiacio, Observ. lib. IX. cap. 20., epitome eiusdem constitutionis haec extat: *Ἡ παροῦσα διάταξις κελεύει μηδέποτε τὸν δικαστὴν παρὰ τὸ δίκαιον καὶ τὸ νόμιμον κρίνειν, κἂν πρόσταξιν δέξηται βασιλικὴν δωριζομένην αὐτῷ δικάσαι παρὰ τὸ δίκαιον, ἀλλὰ τὴν μὲν πρόσταξιν παραβλέψασθαι, τὴν δὲ ἀπόφασιν αὐτοῦ δικαίαν ποιῆσαι καὶ νόμιμον.* Hic locus haud dubie est index dictae constitutionis a Thalelaeo confectus, ut initium huic consuetum: *Ἡ παροῦσα διάταξις κελεύει*, probat. Hic Thalelaei index textum Basilicorum authenticum efficit; summa Theodori librariorum inertia, qui locum breviorem describere maluerunt, in textu posita est. Basil. XXVIII. 5. 13. exhibet summam L. 1. §. 1. C. IX. 13., quae utrum Theodoro tribuenda sit, dubitari potest. Nam in summa huius constitutionis a Theodoro confecta, quae in Sch. *Ὁ ἁρπάζων* et *Οἱ συμπράττοντες* T. V. p. 899. extat, ea pars §. 1. constitutionis excerpta non est, quae de interdicto inter raptorem et raptam matrimonio agit; index autem totius constitutionis a Thalelaeo confectus repositus est in Basil. LX. 58. 1. a v. *Ἐὰν οὖν ἐν αὐτῇ τῇ ἁρπαγῇ* u. a. v. *τῶν ἄλλων τιμωριῶν σχολαζουσῶν.* Basil. LX. 63. 1. exhibet duas epitomas L. 1. C. IX. 36., alteram breviorem a v. *Πᾶς ὁ εὑρίσκων* u. a. v. *τὴν φλυαρίαν*, alteram longiorem a v. *Ὁ εὑρὼν* u. a. v. *μὴ βλάψῃ*. Breviorem Theodori summam, longiorem Thalelaei indicem esse puto, sed Thalelaei indicem in Basilicorum textu repositum esse arbitror, Theodori summam ex scholiis in textum irrepsisse. In Basil. XXV. 2. 66. et LVI. 17. 64. exhibentur duae epitomae L. 3. C. XII. 62., priore loco brevior, posteriore longior. Breviorem Theodoro, longiorem Thalelaeo vindicaverim. Sed neque priore loco ab initio Theodori summam arbitror in textu Basilicorum repositam. Facile fieri potuit, ut in Codice Paris. gr. 1348., ex quo Fabrotus egoque librum Basilicorum XXV. edidimus librarius loco longioris indicis Thalelaei breviorem summam Theodori in textum transferret.

hic et illic locum ex Theodori Breviario in textum transtulerint.

Deinde Zachariae de L. monuit, Theodori Breviario Codicis restituendo inservire etiam posse Eclogam lib. I—X. Basilicorum, in quam *παρεκβολαί*, i. e. excerpta ex scholiis Basilicorum relatae sunt. Quam sententiam ut refellam, prius necesse est communicem fragmenta quaedam Codicis Theodori hactenus inedita e Codice Paris. gr. 1351., qui scholia ad Synopsin Basilicorum exhibet, ac deinde subiiciam locos ex dicta Ecloga huc pertinentes.

Codex Paris. gr. 1351. haec continet fragmenta Codicis Theodori:

1) summa L. 8. C. I. 9.[20])

Θεοδώρου. Πᾶς Ἑβραῖος κατὰ τοὺς Ῥωμαίων νόμους πολιτευέσθω καὶ μὴ κατὰ τοὺς μωσαϊκούς. καλῶς ἐνάγουσι καὶ ἐνάγονται οἱ Ἰουδαῖοι παρὰ τοῖς ἁρμοδίοις δικασταῖς, καὶ ἐὰν συναινέσωσιν ἀμφότερα τὰ μέρη, δύνανται δικάζεσθαι καὶ παρὰ τοῖς πρεσβυτέροις αὐτῶν, ἵνα δηλονότι ἀλλήλοις δικάζωνται. εἰ γὰρ Χριστιανῷ δικάζεται Ἰουδαῖος, οὐ κρίνεται παρὰ Ἑβραίῳ, ἀλλὰ Χριστιανῷ[21]).

2) pars summae L. 14. C. I. 9.[22])

Θεοδώρου. Ἰουδαῖος μὴ ἀδικείσθω παρὰ Χριστιανοῦ μὴ ἀδικήσας[23]).

3) summa L. 5. C. I. 11.[24])

Θεοδώρου. Πάντες οἱ ναοὶ τῷ φίσκῳ διαφέρουσιν, εἰ μὴ ἄρα ἰδικαῖς οὐσίαις ἢ ἐκκλησίαις τισὶν ἤδη προσεκυρώθησάν τινες ἐξ αὐτῶν[25]).

4) summa L. 6. C. I. 11.[26])

Ἐὰν Χριστιανὸς ἁρπάσῃ ἀπὸ Ἰουδαίου ἠρεμοῦντος τίποτε πρᾶγμα, τὸ διπλοῦν μόνον δίδωσι[27]).

5) summa L. 3. C. VII. 26.[28])

Θεοδώρου. Τὸ τεχθὲν φούρτιβον [ἤτοι κλοπιμαῖον] οὐσουκαπιτεύεται. οὐσουκαπιτεύειν δέ ἐστι τὸ διὰ μακρᾶς χρήσεως δεσπόζειν, ἐὰν δηλονότι βόνα φίδε [ἤτοι καλῇ πίστει] ἡ ἀγορασία γέγονεν[29]).

6) pars summae L. 3. C. VII. 39.[30])

Θεοδώρου. Ἡ θεία κέλευσις οὐκ ἀποκόπτει τὸν χρόνον, οὔτε μιμεῖται προκάταρξιν, κἂν ἐμφανισθῇ. διὸ οὔτε ἰν ῥὲμ οὔτε περσονάλιαν κινεῖ τις μετὰ τριάκοντα ἔτη, κἂν θείαν ἀντιγραφὴν ἤνυσε πρὸ τῶν τριάκοντα ἐνιαυτῶν. εἴρηται γὰρ καὶ ἐν τῷ α΄. βι. τι. κ΄. διατ. β΄. ὅτι οὐ δύναται βασιλεὺς ἀντιγραφὴν[31]) *ἐπεκτείνειν τὴν περπετούαν ἀντιπαραγραφήν*[32]). *ἡ δὲ δι᾽ ἐκβιβαστοῦ γενομένη ὑπόμνησις ἰντερρουπτεύει τὸν χρόνον καὶ ἡ ψιλὴ διαμαρτυρία δημοσίᾳ γενομένη, ὡς βι. γ΄. τι. β΄. διατ. α΄.*[33])

7) summa L. 3. C. VIII. 52.[34])

Θεοδώρου. Ἰσχὺν νόμου κτᾶται τὸ δοθὲν πόλει ἢ συστήματι προνόμιον[35]).

Epitomae constitutionum Codicis, quae in Ecloga lib. I—X. Basilicorum extant, in notis ad Basilicorum editionem a me susceptam typis recusae sunt, et quidem harum constitutionum:

1) L. 12. C. I. 5.[36])

Ὁ Μανιχαῖος ἐν ῥωμαϊκῷ τόπῳ διάγων ὀφθεὶς ἀποτεμνέσθω. ὑπέξελε τῶν εἰρημένων τοὺς Γότθους. γονέων δὲ διαφόρου πίστεως ὄντων καὶ θρησκείας, ἐκείνου μᾶλλον ἡ γνώμη κρατείτω τοῦ τὴν ὀρθόδοξον ἐπ᾽ αὐτοῖς αἱρουμένου πίστιν· κἂν εἴη πατὴρ ὁ ἀντιλέγων μὴ ἐντεῦθεν ἀγανακτῶν τῆς ἀναγκαίας αὐτοὺς στερείτω τροφῆς ἢ τῶν ἄλλων ἀναγκαίων δαπανημάτων[37]).

2) L. 20. C. I. 5.[38])

Μὴ λαμβανέτωσαν δὲ προφάσει τῶν λεγομένων ἀξιωματικῶν τὰ παρὰ τῶν μεγίστων δικαστηρίων καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐξ ἔθους διδόμενα· εἰ δέ τις αὐτοῖς ἄλογον ἀπονέμοι προστασίαν, δέκα λίτρας χρυσίου ἀποβαλλέτω· τοῦ ἐπάρχου τῆς πόλεως καὶ τῶν κατ᾽ ἔθος ἀρχόντων καὶ τῶν πειθομένων τάξεων τὸ παραπλήσιον πρόστιμον ὑφορωμένων, εἰ τῶν διατεταγμένων ἔν τισι ῥᾳθυμήσουσιν[39]).

3) L. 7. C. I. 9.[40])

Κατὰ τοὺς κοινοὺς Ἰουδαῖοι γαμείτωσαν νόμους[41]).

4) L. 8. C. I. 9.[42])

Κατὰ τοὺς κοινοὺς νόμους Ἰουδαῖοι πολιτευέσθωσαν, καὶ κινείτωσαν ἢ ἐναγέσθωσαν. εἰ δὲ κατὰ συναίνεσιν περὶ χρημάτων αἰτίας παρὰ Ἰουδαίοις δικάσονται,

---

20) Cod. Paris. gr. 1351. fol. 170 a. 21) Versio haec est: *Theodori.* Omnes Hebraei secundum leges Romanorum, non secundum Mosaicas vivant. Iudaei recte agunt et conveniuntur apud competentes iudices, et si ambae partes consentiant, etiam apud Seniores ipsorum litigare possunt, modo inter se litigent. Nam si Iudaeus cum Christiano litiget, non apud Hebraeum, sed apud Christianum iudicatur. 22) Cod. Paris. gr. 1351. fol. 170 b. 23) Versio haec est: *Theodori.* Iudaeus, qui nihil peccavit, a Christiano ne laedatur. 24) Cod. Paris. gr. 1351. fol. 169 b. 25) Versio haec est: *Theodori.* Omnia templa ad fiscum pertinent, nisi patrimoniis privatorum vel ecclesiis quibusdam quaedam eorum iam fuerint assignata. 26) Cod. Paris. gr. 1351. fol. 170 a. 27) Versio haec est: Si Christianus a Iudaeo quiete degente rem quandam rapuerit, duplum tantummodo praestat. 28) Cod. Paris. gr. 1351. fol. 23 b. 29) Versio haec est: *Theodori.* Partus furtivus usucapitur. Usucapere autem est, longo usu dominium acquirere, si modo bona fide emtio facta sit. Verba *ἤτοι κλοπιμαῖον* et *ἤτοι καλῇ πίστει*, cum haud dubie non sint a Theodoro profecta, sed seriori nitantur interpolatione, uncis inclusi. 30) Cod. Paris. gr. 1351. fol. 52 a. 31) Lege ac verte *δι᾽ ἀντιγραφῆς*. 32) Lege ac verte *ἀγωγὴν* pro *ἀντιπαραγραφήν*. 33) Versio haec est: *Theodori.* Sacra iussio non interrumpit tempus, neque imitatur litis contestationem, licet fuerit insinuata. Quare neque in rem, neque personalem actionem quis post triginta annos movet, licet sacrum rescriptum ante tricesimum annum impetraverit. Nam etiam lib. 1. tit. 20. const. 2. dicitur, Principem rescripto perpetuam actionem extendere non posse. Sed interpellatio per executorem facta tempus interrumpit, uti et nuda denunciatio publice facta, ut lib. 3. tit. const. 1. 34) Cod Paris. gr. 1351. fol. 250 b. 35) Versio haec est: *Theodori.* Vim legis habet privilegium civitati vel collegio datum. 36) Basil. ed. Heimb. T. I. p. 21. not. a. 37) Versio haec est: Manichaeus, qui in solo Romano deprehensus fuerit, caput amputator. Excipias Gothos ab his, quae dicta sunt. Cum autem parentes diversae fidei et religionis sunt, illius magis sententia obtineat, qui orthodoxam fidem quoad illos (sc. liberos) eligit: et quamvis pater sit, qui contradicat, exinde iratus minime eos necessario victu vel reliquis necessariis sumtibus privet. Epitome est mutila. 38) Basil. T. I. p. 24. not. k. 39) Versio haec est: Ne accipiant (sc. Montanistae) praetextu axiomaticorum, quae vocantur, ea, quae a maximis iudiciis et ab ecclesia ex consuetudine praestantur: sed si quis ipsis sine ratione auxilium praestiterit, decem auri libras solvat: Praefecto urbis et magistratibus ordinariis et officiis, quae eis parent, simili poena plectendis, si constituta in aliquo neglexerint. 40) Basil. T. I. p. 27. not. hh. 41) Versio haec est: Iudaei secundum communes leges nuptias contrahant. 42) Basil. T. I. p. 27. not. i.

ἰῤῥώσθω ὡς ἡ τοῦ νομίμου δικαστοῦ ψῆφος, καὶ παρὰ τῶν ἀρχόντων ἐκβιβαζέσθωσαν[43]).

5) L. 14. C. I. 9.[44])

Μηδεὶς βιαζέσθω τοὺς μηδὲν ἁμαρτάνοντας Ἰουδαίους ἢ τὰς συναγωγὰς αὐτῶν ἢ τὰς οἰκίας καιέτω· ἐὰν δέ τι ἁμάρτωσι, παρὰ τῷ ἄρχοντι κατηγορείσθωσαν. ἀλλὰ μὴ ἐξέστω κατὰ τῆς τῶν Χριστιανῶν θρησκείας Ἰουδαίους θρασύνεσθαι[45]).

6) L. 15. C. I. 9.[46])

Μεταξὺ Χριστιανοῦ καὶ Ἰουδαίου δίκη μὴ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις, ἀλλὰ παρὰ τοῖς προσφόροις τεμνέσθω δικασταῖς[47]).

7) L. 6. C. I. 11.[48])

Ἡσυχάζοντας τοὺς Ἰουδαίους ἐὰν οἱ Χριστιανοὶ θορυβήσωσι καὶ διαρπάσωσιν, εἰς τὸ διπλάσιον καταδικαζέσθωσαν· παραπλησίως τῶν ἀρχόντων καὶ ταξεωτῶν καὶ πρωτευόντων μὴ ἐκδικούντων ἢ ἐπιτρεπόντων τιμωρουμένων[49]).

8) L. 1. C. I. 12.[50])

Ἰουδαῖος τὸ θέλειν εἶναι Χριστιανὸς προσποιούμενος, ὡς ἂν τὴν κατ' αὐτοῦ κατηγορίαν ἢ τὴν ἀπὸ χρέους ἀγωγὴν ἐκφύγοι, εἰ τῇ ἐκκλησίᾳ προσφύγοι, μὴ πληρώσας τὰ χρέα ἢ ἐλευθερωθεὶς τοῦ ἐγκλήματος μὴ δεχέσθω[51]).

9) L. 3. C. II. 30.[52])

Τὴν χωρὶς συνεδρίου δοθεῖσαν ἐλευθερίαν δύναται ὁ ἐλάττων τῶν εἴκοσι πέντε ἐνιαυτῶν ἀνατρέπειν· τὴν δ' ἐν συνεδρίῳ μετὰ αἰτίας εὐλόγου παρασχεθεῖσαν ἐλευθερίαν οὐδὲ δι' ἀποκαταστάσεως δυνατὸν ἀνατραπῆναι[53]).

10) L. 3. C. II. 33.[54])

Καὶ τῶν δοθέντων πραγμάτων τοῦ νέου εἰς προῖκα ἡ ἀποκατάστασις δίδοται. θεμάτισον δὲ, ὅτι ἄλλος ἔδωκεν αὐτὰ εἰς προῖκα, καὶ οὐχ ὁ ἥττων. αὐτὸς γὰρ καλῶς δίδωσι πράγματα καὶ εἰς προῖκα καὶ εἰς πρὸ γάμου δωρεὰν, ὥς φησι ....[55]).

11) L. 5. C. II. 40.[56])

Καὶ ἡ ἀναργυρία καὶ πᾶσα ἄλλη χρονία παραγραφὴ μετὰ εἴκοσι πέντε ἔτη ἀριθμείσθω· κρεῖττον γάρ ἐστι τοῦτο καὶ μὴ δεῖσθαι ἀποκατάστασιν, ἣν ἴσως αἰτία τις ἐμποδίσειεν· ἡ δὲ τριακονταετία καὶ τεσσαρακονταετία μετὰ τὴν ἥβην. καὶ σημείωσαι, ὅτι εἰσὶ θέματα, ἐν οἷς τρέχει ὁ χρόνος καὶ οὐκ ἔστιν ἀποκατάστασις[57]).

12) L. 1. C. II. 41.[58])

Ἐν τῇ ἀποκαταστάσει τῆς αἰτίας διαγινωσκομένης κατὰ πρόληψιν οὐκ ἀποκαθίσταται ὁ ἐπιμελὴς καὶ συνετὸς ἔκ τε τῶν ἰδίων ἔκ τε τῶν δημοσίων φαινόμενος πράξεων. εἰ μέντοι προφανὴς εἴη ἡ βλάβη, τότε, κἂν ὑπὲρ τὰ ἄλλα ἐπιμελέστατος ἦν, ἢ βουλευτὴς, ἢ παῖδας ἔχων, ἀποκαθίσταται[59]).

13) L. 1. 2. 3. C. II. 42.[60])

Ἐὰν ἀπατηθεὶς ὁ ἐλάττων ἐκ τοῦ προαγαγόντος οὐκ ἀληθὲς αὐτοῦ γενεσείδιον, εἴτε δι' ἑαυτοῦ, εἴτε διὰ μαρτύρων ἔπραξε ὡς ἔθος παρὰ τῷ ἄρχοντι τὴν οἰκείαν τελειότητα, καὶ εἴτε πρὸς τὸν ἀπατήσαντα, εἴτε πρὸς ἄλλους συνήλλαξε, δεικνύων τὴν ἀτέλειαν ἀποκαθίσταται. [L. 1.] *Εἰ μέντοι συνῄδει ἐν χρόνῳ τῆς ἀποδείξεως, οὐ βοηθεῖται.* [L. 2.] *Εἰ μὲν εἰς βλάβην ἑτέρου τινὸς μείζονα ἑαυτὸν ὁ ἐλάττων πολυτρόπως ἀπέδειξεν, οὐ βοηθεῖται εἰς ἃ συναλλάξας ἐβλάβη. ἐὰν δὲ ἀπατηθεὶς τοῦτο ἐποίησεν, ἀποκαθίσταται. εἰ δὲ ἐν τῷ συμβολαίῳ ἔγραψεν, ὅτι ἐπωμόσω, οὐκ ἄλλως βοηθεῖται, εἰ μὴ διὰ συμβολαίων καὶ ἐγγράφων ἀποδείξει τὸ ἀτελές. εἰ δὲ σωματικῶς ὀμόσας ἐξελεγχθείη, οὐδεμία βοήθεια ὑπολέλειπται· ἀγράφως δὲ ὀμνύων βοηθεῖται.* [L. 3.][61]).

14) L. 2. C. II. 43.[62])

Καὶ γενικῶς καὶ ἀναντιῤῥήτως ὁ ἐλάττων ἐν τῇ ἀποκαταστάσει ἡττηθεὶς ὅμως καὶ μετὰ τελειότητα ἐκ καινῶν δικαιωμάτων ἀποκαθίσταται. εἰ δὲ τὴν πρώτην

---

43) Versio haec est: Iudaei secundum leges communes vivant, et agant et conveniantur. Sed si ex consensu de causa pecuniaria apud Iudaeos litigent, sententia valeat perinde atque legitimi iudicis sententia, et a magistratibus executioni mandetur. 44) Basil. T. I. p. 28. not. rr. 45) Versio haec est: Nemo vim inferat Iudaeis nihil peccantibus, vel eorum synagogas vel domus concremet. Sed si quid deliquerint, apud magistratum accusentur: Ne vero Iudaeis liceat contra Christianorum religionem insolescere. 46) Basil. T. I. p. 28. not. ss. 47) Versio haec est: Lis inter Christianum et Iudaeum ne apud Iudaeos, sed apud competentes iudices decidatur. 48) Basil. T. I. p. 14. not. vv. 49) Versio haec est: Christiani, si Iudaeos quiete degentes turbaverint et diripuerint, in duplum condemnentur: magistratibus et officialibus et principalibus, qui eiusmodi quid non vindicaverint vel permiserint, simili modo plectendis. 50) Basil. T. I. p. 29. not. uu. 51) Versio haec est: Iudaeus, qui simulat, se velle Christianum esse, ut accusationem adversus ipsum instituendam vel actionem de debito effugiat, si ad ecclesiam confugerit, ne suscipiatur, nisi debita solverit aut crimine purgatus fuerit. 52) Basil. T. I. p. 523. not. f. 53) Versio haec est: Libertatem sine consilio datam minor viginti quinque annis rescindere potest: libertas autem in consilio ex iusta causa data ne per in integrum restitutionem quidem potest rescindi. 54) Basil. T. I. p. 525. not. r. 55) Versio haec est: Etiam rebus minoris in dotem datis, in integrum restitutio datur. Pone autem, alium, non minorem ipsum, eas in dotem dedisse: ipse enim iure res dat in dotem vel ante nuptias donationem, ut ait..... 56) Basil. T. I. p. 530. not. w. In *παρεμβολαῖς* Eclogae lib. I—X. Basil. exhibetur etiam epitome L. 1. C. II. 37. (cf. Basil. T. I. p. 527. not. h.), quam tamen non curavi typis recudendam. 57) Versio haec est: Et exceptio non numeratae pecuniae et quaevis alia temporalis exceptio post viginti quinque annos numeretur: hoc enim melius est, quam petere in integrum restitutionem: triginta autem et quadraginta annorum praescriptio post pubertatem. Et nota, casus esse, in quibus tempus currit, nec locus est in integrum restitutioni. 58) Basil. T. I. p. 531. not. z. 59) Versio haec est: In integrum restitutione causa cognita ex praesumtione non restituitur, qui diligens et prudens ex suis publicisque actibus apparuerit. Si tamen manifestum damnum (i. e. manifesta circumventio) sit, tunc, licet quod ad reliqua attinet, diligentissimus fuerit, sive decurio sit, sive liberos habeat, restituitur. 60) Basil. T. I. p. 533. not. f. 61) Versio haec est: Si minor deceptus ab eo, qui falsum nativitatis eius instrumentum protulit, sive per se, sive per testes, sicuti mos est, apud magistratum maiorem aetatem suam probavit, sive cum eo, qui decepit, sive cum aliis contraxerit, minorem probans aetatem restituitur. [L. 1.] Si tamen tempore probationis se minorem esse scivit, ei non succurritur. [L. 2.] Si in fraudem alius cuiusdam minor se maiorem esse callide probavit, ei non succurritur in his, in quibus contrahens laesus est. Sed si deceptus hoc fecit, restituitur. Sin autem in instrumento scripsit, se iurasse [sc. se esse maiorem], non aliter ei succurritur, nisi per instrumenta et scripturas minorem suam aetatem probaverit. Sed si iusiurandum corporaliter praestitisse convictus fuerit, auxilium superest nullum: sin autem non in scriptis iuraverit, ei succurritur. [L. 3.]

παταδίκην τέλειος ὢν ἔλαβεν, οὐκέτι αὐτῷ βοηθοῦσιν οὐδὲ τὰ καινὰ καὶ φανερὰ δικαιώματα[63]).

15) L. 3. C. II. 44.[64])

Ὅτι καὶ τοὺς συγγνώμην ἡλικίας αἰτήσαντας χωρὶς δεκρέτου κωλύουσιν αἱ διατάξεις τὰ ἀκίνητα πιπράσκειν ἢ ὑποθεῖναι[65]).

Constitutionum dictarum epitomas ex Theodori Breviario Codicis non esse desumtas his probatur argumentis. Ac primum quidem epitomae L. 8. et 14. C. I. 9. e Codice Paris. gr. 1351. supra exhibitae, quas ex Theodori Codice haustas tam nomen Theodori praefixum, quam brevitas epitomarum probant, ab earundem constitutionum epitomis ex Ecloga lib. I—X. Basilicorum editis valde differunt. Deinde epitomae L. 1. 2. 3. C. II. 42. et L. 2. C. II. 43. dicta Ecloga comprehensae nimis longae sunt, quam ut Theodorum, cuius summae nimia brevitate sunt insignes, habere possint auctorem. Nec credibile est, in *παρεκβολαῖς* Eclogae modo hunc, modo illum Codicis commentatorem, cuius fragmenta in scholiis Basilicorum antiquis, quae vocantur, extabant, fuisse excerptum; imo potius probabile est, omnes dictas epitomas unius eiusdemque esse auctoris. Is autem Theodorus esse nequit. Nec Thalelaei hae epitomae esse possunt, quippe cuius index regulariter in Basilicorum textum translatus ab his epitomis valde differat. Ita nec Stephano hae epitomae tribui possunt, cum quae in collectione constitutionum ecclesiasticarum conspicuae sunt eius epitomae, cum iis, quae ex dicta Ecloga exhibitae sunt, minime conveniant. Remanent ergo, quibus tribui hae epitomae possint, nonnisi Anatolius et Isidorus. Ex his Anatolio malim eas vindicare, ad cuius genus dicendi et brevitatem, qua uti solet, proxime accedunt. Sed cum incertum sit, cui ex Codicis commentatoribus hae epitomae tribuendae sint, eas in Manuali Basilicorum non designavi.

Maxima pars fragmentorum Breviarii Codicis Theodori in Basilicorum scholiis servata est, et quidem ad hos Codicis libros et titulos: Lib. I. tit. 1. const. 1. tit. 5. const. 21. tit. 7. const. 2. Lib. II. tit. 3. 4. 6—12. 18. Lib. III. tit. 28—33. 35—38. 40—43. Lib. IV. tit. 1. 2. 4—14. 19—23. 25—28. 30—32. 34—37. 64. 65. Lib. V. tit. 1—8. 11—15. 17. 18. 21—23. 36. 37. 41. 42. 45—56. 58. 60. 62—66. 69—72. 75. Lib. VI. tit. 1. 2. 9—11. 13. 14. 16—20. 49. 50. 55—62. Lib. VII. tit. 1. 2. 4. 6—8. 10—24. Lib. VIII. tit. 2. 3. 6. 53—56. Lib. IX. tit. 1—4. 6. 8—14. 16. 18—20. 22. 23. 25. 26. 28—35. 37—51. Lib. XI. tit. 41.

Restituendi huius Breviarii periculum fecit Zachariae de L.[66]) et exempli gratia libri IX. Codicis titulos 23. et 42. illius Breviarii restituit. Equidem in Manuali Basilicorum in eo acquiescere debui, ut summas sive epitomas singularum constitutionum dictorum titulorum et librorum Codicis designarem, nec non *παραπομπάς* in Breviario ipsis epitomis iunctas, in scholiis autem saepius ab eis separatas. Atque ea quidem fragmentorum Breviarii Codicis in Manuali designatio, quamvis non praebeat exemplum formae Breviarii authenticae, cuius imaginem sinceram exempla restitutionis a Zachariae de L. tentatae potius praestant, futurae tamen Breviarii restitutioni haud parum inserviet. Ceterum si quaesiveris, quibus fragmenta Breviarii Codicis Theodori in scholiis Basilicorum obvia a fragmentis aliorum commentariorum in scholiis repositis possint distingui, haec habeto. Ubi Theodori nomen scholio praefixum est, difficilis non est distinctio ab aliorum Iureconsultorum fragmentis, modo observaveris, nonnunquam summis Theodori a Basilicorum editoribus Thalelaei adnotationes vel *τὸ κατὰ πόδας* esse iuncta, quae necessario separanda sunt. Interdum tamen nec Theodori nomen scholio praefixum sufficit ad demonstrandum Theodorum auctorem, cum librarii, quamvis rarius, nomina Thalelaei et Theodori permutaverint. Ubi Theodori nomen praefixum non est, fragmenta Breviarii Codicis eius his possunt cognosci. Ac primum quidem epitomarum brevitas, quae apud Theodorum summa est, hunc auctorem demonstrat. Deinde Theodorus in adnotationibus locos nonnisi Codicis et Novellarum laudat, et Novellarum quidem locos secundum collectionem CLXVIII Novellarum, ita ut numeri Novellarum a Theodoro laudatarum cum hac collectione omnino conveniant. Tum Theodorus utitur certis loquendi formulis frequenter obviis, veluti his: *μέμνησο, καὶ ἀνάγνωθι ... καὶ μαθήσῃ, ἀνάγνωθι ... ἔνθα εἴρηται, ἰστέον δὲ, ὅτι ..., πλὴν ἴσθι, φησὶ γὰρ ἡ διάταξις, ἔγνως δὲ, ὁμοίως φησίν, ὡς δηλοῖ, ἀνήνεκται γάρ, μὴ λάθῃ σε, ὥς φησι, ὡς κεῖται.*

§. 7. De commentariis spuriis Dorothei, Cyrilli, Anonymi, Athanasii, Cobidae, Phocae.

Restat, ut verba faciamus de Iureconsultis quibusdam, qui primo adspectu commentarios ad Codicem scripsisse videntur, nec vero scripserunt.

I. Dorotheus in scholio quodam Epanagoges laudatur ad L. 3. C. de his, qui veniam aetatis impetraverunt II. 44.[1]) ita, ut existimari possit, eum non solum hanc constitutionem fuisse interpretatum, sed etiam commentarium ad Codicem scripsisse. In hoc scholio dicitur: *Θαλέλαιος καὶ Δωρόθεος ἐν τῷ κώδικι ἐξηγούμενοί φασιν*. Dorotheus ergo iungitur Thalelaeo, celeberrimo Codicis commentatori, perinde ac si ipse commentatus fuisset Codicem. Cum auctor scholiorum ad Epanagogen haec Basilio imperante scripserit[2]), quo tempore omnium commentariorum ad Codicem scriptorum adhuc memoria videtur extitisse, modo Stephani ex-

62) Basil. T. I. p. 534. not. b. 63) Versio haec est: Minor, qui et generaliter et sine contradictione in causa in integrum restitutionis victus est, tamen etiam postea quam maior factus est, ex novis defensionibus restituitur. Sed si, cum iam maior aetate esset, primam condemnationem subiit, novae et manifestae defensiones ei amplius non prosunt. 64) Basil. T. I. p. 535. not. q. 65) Versio haec est: Etiam eos, qui veniam aetatis impetraverunt, res immobiles sine decreto vendere vel pignori dare constitutiones prohibent. 66) Anecd. p. XXXVII—XL.

1) Zachariae de L. Coll. libror. iur. Graeco-Romani ineditor. p. 198. not. b. Ibi scholium ad Epanagogen edidit, quod iam prius in Prochir. p. 168. not. 16. divulgaverat, cuius tit. XXXI. §. 8. in Codice Paris. gr. 1367. in margine fuit adscriptum, hoc: *Σχόλιον. Τοῦτο τὸ κεφάλαιον Θαλέλαιος καὶ Δωρόθεος ἐν τῷ κώδικι ἐξηγούμενοί φασιν, ὅτι ὁ ἥττων, κἂν ᾔτησε συγγνώμην ἡλικίας κἂν οὐκ ᾔτησεν, δύναται τὰ μὲν εἰρημένα συναλλάγματα, εἴτε μόνος αὐτὸς, εἴτε καὶ ὁ κουράτωρ αὐτοῦ, χωρὶς μέντοι δεκρέτου, ταῦτα ἔπραξεν, μετὰ τὸν κε'. ἐνιαυτὸν μέχρις ἑτέρας πενταετίας ἐνάγων ἀνατρέπειν· τὴν μέντοι δωρεὰν ἐντὸς δεκαετίας μεταξὺ παρόντων καὶ εἰκοσαετίας ἀπόντων. τὸ κείμενον δὲ τοῦ συντομίως Θεοδώρου ἐστὶν, καὶ τίνι δεῖ μᾶλλον πιστεύειν οὐκ ἄδηλον.* 2) Zachariae de L. l. l. p. 57.

ceperis commentarium, de commentario a Dorotheo ad Codicem composito dubitatio vix ulla videtur superesse. Nihilosecius cum vestigium aliud eiusmodi commentarii a Dorotheo scripti extet nullum, aliaque ratione explicari possit mentio interpretationis Dorothei ad Codicem facta, ex illo scholio pro commentario a Dorotheo ad Codicem composito derivari nihil posse arbitror. Facile enim potuit Dorotheus in Digestorum titulo de minoribus XXV annis interpretando etiam mentionem facere eorum minorum, qui veniam aetatis impetrassent, maxime cum L. 3. pr. D. dicti tituli occasionem praeberet, et locos ex titulo Codicis de his, qui veniam aetatis impetraverunt laudare, eorumque argumentum iuncto argumento constitutionum in titulo Codicis si maior factus V. 74. repositarum tradere. Itaque illam Dorothei interpretationem ex indice Digestorum eius desumtam esse magis crediderim.

II. Cyrillum ideo quis existimaverit commentarium ad Codicem scripsisse [3]), quod in scholiis Basilicorum reperiuntur nonnulla Cyrilli nomine insignita, quae ad Codicem spectant et epitomas constitutionum nonnullarum ex titulo Codicis de probationibus IV. 19. continent. Quae quidem scholia haec sunt:

1) epitome L. 9. C. IV. 19. [4])

Κυρίλλου. *Ὁ λέγων ἑαυτὸν ἀφήλικα ὀφείλει δεῖξαι, ὃ διαβεβαιοῦται.*

2) epitome L. 10. C. IV. 19. cum *παραπομπαῖς* [5]).

Κυρίλλου. *Οὐ νοεῖταί τις εὐγενὴς ἐκ τοῦ εἶναι τὸν πατέρα αὐτοῦ εὐγενῆ ἢ καὶ τιμὰς πράττειν, ἀλλ' ὀφείλει δεῖξαι, ὅτι καὶ αὐτὸς τῇ ἀληθείᾳ ἐλεύθερος ἢ εὐγενής ἐστιν. [σημείωσαι ἐκ τοῦ παρόντος κεφαλαίου, ὅτι οὐκ ἀρκεῖ εἰς πρόληψιν τῆς εὐγενείας τὸ εἶναι τὸν πατέρα τινὸς εὐγενῆ, πρᾶξαι δὲ καὶ τὰς τιμάς. ἀνάγνωθι καὶ τὰς παραπομπὰς ὡς ἀναγκαίας.] ὅτι δὲ ὁ λέγων ἑαυτὸν εὐγενῆ αὐτὸς τῇ ἀποδείξει βαρύνεται, κεῖται βιβ. ζ'. τιτ. ιδ'. διατ. ζ'. καὶ τιτ. ιϛ'. διατ. ε'. καὶ ια'. [ἤτοι βιβ. μα'. τιτ. ι'. καὶ τιτ. αὐτοῦ κ'.] οὐ γάρ, ὡς δηλοῖ ἡ ιζ'. διατ. τοῦ παρόντος τιτ., συμβάλλεται αὐτῷ πρὸς ἀπόδειξιν εὐγενείας τὸ μὴ ἐνοχλεῖσθαι τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ περὶ τύχης, ἀλλὰ χρεία, ἵνα δείξῃ, ὅτι ἐλεύθερός ἐστιν αὐτός. ἀνάγνωθι βιβ. ζ'. τιτ. ιϛ'. διατ. ια'. ιζ'. καὶ κβ'. καὶ λβ'. καὶ γνώσῃ ἄλλοθεν τοιαύτας προλήψεις, ἐξ ὧν οὐ δύναταί τις εὐγενὴς νοεῖσθαι. πλὴν μὴ λάθῃ σε ἡ ιϛ'. διατ. καὶ ιδ'. τοῦ παρόντος τιτ. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡ β'. διατ. τοῦ κ'. τιτ. τοῦ προκειμένου βιβ. ἀλλ' ἀνάγνωθι αὐτάς· ὅμοιον γάρ φασιν* [6]).

3) epitome L. 11. C. IV. 19. [7])

Κυρίλλου. *Ὁ λέγων, τινὰ μὴ δύνασθαι κληρονομεῖν, αὐτὸς βαρεῖται ταῖς ἀποδείξεσι* [8]).

4) epitome L. 13. C. IV. 19. cum *παροπομπαῖς* [9]).

Κυρίλλου. *Ὁ ἐπιστέλλων ἐλεύθερος δούλῃ ὡς ἀδελφῇ, οὐ προκριματίζεται περὶ τὴν οἰκείαν τύχην· ἀπὸ γεννήσεως δείκνυται ἡ συγγένεια. πλὴν φησιν ἡ ιδ'. διατ. τοῦ παρόντος τιτ. ὡς ἡ συγγένεια ἀπὸ νομίμου γάμου ἢ καὶ θέσεως, οὐκ ἀπὸ ψιλῆς τῶν γονέων συναινέσεως, οὐδὲ ἀπὸ ψευδοῦς ἀπογραφῆς συνίσταται. ὁμοίως γὰρ κεῖται βιβ. ζ'. τοῦ κωδ. τιτ. ιϛ'. διατ. ιε'. καὶ κη'.*

Neque vero huc pertinet Sch. *Κυρίλλου* III. 173. Nam pro *Κυρίλλου* Codex Laurent. LXXX. 11. habet *Καλοκύρου* [10]), quam lectionem unice veram esse probat mentio in scholio facta Basilicorum [11]). Mortreuil [12]) scholia supra exhibita Cyrillo seniori, antecessori Berutiensi, *τῷ ἥρωι* nonnunquam appellato, ideo vindicanda arbitratur, quod in Sch. *Ἥρωος* II. 488., quod post scholium Cyrilli nomine insignitum ibidem positum sequitur, illud *Ἥρωος* putat illius Cyrilli senioris fuisse cognomen et memoratur *ὁ Εὐδόξιος ὁ ἥρως*. Sed illud *Ἥρωος* mutandum est in *Ἠρώτ.* i. e. *ἠρώτων*, cui respondet, quod post interrogationem sequitur, *μάθε* [13]), formula loquendi Thalelaeo consueta in interrogationibus auditorum et responsionibus ab eo datis, et scholium illud est responsio Thalelaei ad quaestionem ab auditoribus propositam. Unice vera est sententia a Zachariae de L. [14]) proposita, qui nomen *Κυρίλλου* his scholiis praefixum spurium esse arbitratur, eaque aut Theodoro aut Thalelaeo vindicat. Equidem ea Theodoro censeo tribuenda [15]). Ita etiam nomen Cyrilli in alio scholio spurium esse arbitror et pro *Κυρίλλου* potius reponendum *Θαλελαίου* [16]). Quae causa fuerit nominis Cyrilli cum Theodori nomine permutandi, in incerto relinquendum esse puto, cum utriusque nominis nulla sit similitudo.

III. Anonymum ad Codicem commentarium scripsisse derivare quis possit ex scholiis nonnullis Basilicorum Anonymi vel Enantiophanis nomine insignitis [17]). Sed cum praeter haec scholia commentarii ad Codicem ab eo compositi vestigium extet nullum, ea Anonymo vel Enantiophani tribui nequeunt, praesertim cum scholia aut recentiora sint, aut alii Iureconsulto debeant vindicari [18]).

---

3) Hoc existimarunt Reitz ad Theophil. Exc. XX. p. 1235. Heimbach, de Basilicorum origine p. 31. et ab initio Zachariae de L., Hist. iur. Graeco-Romani delineatio p. 28., qui tamen hanc sententiam retractavit in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 808. 4) Sch. *Κυρίλλου* II. 488. 5) Sch. *Κυρίλλου. Οὐ νοεῖται* II. 489. 6) Quae uncis inclusi, seriori nituntur interpolatione. 7) Sch. *Κυρίλλου. Ὁ λέγων* II. 489. 8) Quae iuncta his sunt inde a verbis *καὶ σημείωσαι* u. a. f., separanda sunt, cum efficiant adnotationem Thalelaei ad L. 11. C. IV. 19. 9) Sch. *Κυρίλλου* II. 490. 10) Cf. Basil. Heimb. T. III. p. 173. not. c. 11) Cf. Zachariae de L. in: Krit. Jahrb. l. l. p. 808. 12) Hist. du droit Byzant. T. I. p. 301. 13) *Ἥρωος* mutandum esse in *ἠρώτ.* iam conieci in edit. Basil. T. II. p. 488. not. z. 14) Krit. Jahrb. 1844. l. l. p. 808. 15) Nam epitomae constitutionum in his scholiis exhibitae eiusdem sunt indolis, quam epitomae habent Theodori. Accedit, quod in adnotationibus, quae constitutionum epitomis in scholiis *Κυρίλλου* nomine insignitis II. 488. 490. iunctae sunt, formulae loquendi a Theodoro usurpari solitae leguntur, veluti: *κεῖται βιβ. ζ'., ὡς δηλοῖ ἡ ιζ'. διατ., πλὴν μὴ λάθῃ σε ἡ ιϛ'. διατ., πλὴν φησιν ἡ ιδ'. διατ.* 16) In Sch. *Ζήτει* II. 676. laudatur Cyrillus, quasi textus Basil. IX. 1. 82. (nostrae edit. cap. 83.), quo epitome L. 1. C. VII. 46. continetur, ex Cyrilli quodam commentario haustus sit. Verba huius scholii haec sunt: *Ζήτει βιβ. θ'. τιτ. α'. κεφ. πβ'. καὶ μή σοι ἐναντιωθῇ. ἐκεῖ γάρ, ὡς ἐκ τῶν τοῦ Κυρίλλου ῥημάτων δείκνυται, γινομένης ἔτι τῆς ἀποφάσεως ἐκέλευσεν ὁ δικαστὴς τὸν καταδικασθέντα μόνον μέχρι τῆς ἀπὸ καταδίκης καταβολῆς διδόναι καὶ τόκους τοσούσδε· καί ἔῤῥωται καὶ ἡ ἐπὶ τούτοις καταδίκη ὡς μὴ μετὰ ἀσφαλείας γινομένη, ὅτε τοῦ δικάζειν ὁ δικαστὴς οὐ παύεται.* Cum epitomae constitutionum in Basilicorum textum translatae regulariter ex Thalelaei commentario haustae sint, etiam illud Basilicorum capitulum ex hoc desumtum esse crediderim, praesertim cum quae paulo antecedunt et subsequuntur capitula, Thalelaeum auctorem sapiant. 17) Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* II. 405. Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* II. 565. Sch. [*Τοῦ*] *Ἀνωνύμου* III. 213. 18) Cf. Zachariae de L. Krit. Jahrb. l. l. p. 805. In Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* II. 485., quo vituperatur id, quod Thalelaeus in adnot. ad L. 2. C. IV. 19. (Sch. *Τοῦ παλαιοῦ* II. 485.) dixerat, inscriptio *τοῦ Ἀνωνύμου* spuria est, cum scholium recentioris sit originis, ut ex Basilicorum loco laudato apparet. In Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* II. 565. inscriptio *τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* falsa esse videtur et scholium potius Theodoro tribuendum u. a. v. *ἀτιμοῦται*, ita ut sit continuatio summae L. 2. C. IV. 19., quae extat in Sch. *Ὁ κατὰ* II. 565. Nam ad quem Digestorum locum hoc Enantiophanis scholium referendum sit, nescio, cum in Digestorum lib. XII. tit. 2. locus non extet, quo dicatur, eum, qui per Deum peierat, manere impunitum. Etiam Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* III. 213. est continuatio summae

IV. **Cobidas** in libro, qui *ὁ ποινάλιος* inscribitur, locos Codicis de poenis agentes congessit. Utrum praeterea alios Codicis locos adnotationibus illustraverit, necne, quaeri potest. Extat enim Sch. *Ἰωάννου* IV. 83. „*Τῷ ἐφήβῳ οὐ δίδοται* (sc. *διακατοχή*), *ὡς διγ. γ'. θέματι γ'.*“, quod primo obtutu pro adnotatione ad L. 1. C. IV. 17. haberi poterit. Sed spectat hoc scholium ad indicem huius constitutionis a Thalelaeo confectum et in Basil. XL. 5. 17. receptum, et pro *διγ. γ'.* legendum *κεφ. γ'.*, ita ut Basilicorum locus designetur.

V. **Phocas** commentarium ad Codicem scripsisse dicitur. Sed hoc nomen spurium esse, et Iureconsultum eius nominis non existere supra probavimus (Cap. II. §. 3.).

CAPUT VII.

Novellarum commentarii.

§. 1. Anonymi commentarius.

Iureconsultus, qui apud Graecos dicitur Anonymus, quem cum Iuliano antecessore, auctore epitomes Novellarum latinae, eundem esse Zachariae de L. probavit, in adnotationibus, quae in Basilicorum scholiis extant, Novellas ita laudare solet, ut collectio Novellarum ab eo adhibita eadem, quam Iulianus in latina Novellarum epitome adhibuit, esse videatur. Hac de re iam supra, cum de collectionibus Novellarum a Iureconsultis seculi sexti adhibitis verba fecimus, disseruimus. (Cap. III. §. 3.) Auctoris, cuius nomen ignoratur, fragmenta commentarii graeci Novellarum in Codice Bodlei. 3399. extant, qui, quod ad formam externam et oeconomiam operis attinet, Iuliani epitomae Novellarum valde similis ideoque Iuliano tribuendus est. Fragmenta huius graecae Novellarum epitomes Zachariae de L. anno 1843 primus edidit. (Anecd. p. 196—211.)

§. 2. Athanasii commentarius [1]).

Athanasius edidit graecam Novellarum epitomen XXII titulis constantem, quorum quisque plures Novellas, graece *διατάξεις*, continet. Singulis constitutionibus praemissa est brevis argumenti designatio, quam sequitur inscriptio constitutionis, nomen Imperatoris, a quo emissa, et magistratuum aliorumve, ad quos directa est constitutio, continens; eam excipiunt verba initialia constitutionis; tum sequitur ipsa constitutionis epitome; finem faciunt dies et Consul. Epitomae Novellarum, quae certae cuidam provinciae erant destinatae, initio hoc exprimunt. Athanasius igitur constitutiones locales a generalibus discrevit, et illas minus accurate tractavit ita, ut earum argumentum aut paucis duntaxat verbis designaret aut silentio praetermitteret. Distributio operis supra dicta Athanasium ipsum habet auctorem, excepta tamen distributione in *κεφάλαια* (capitula), ceterum vetustissima. Cuivis titulo, exceptis titulis 16. 19. 21., adiecta sunt *παράτιτλα*, i. e. allegationes locorum eiusdem operis similium. Titulus operis in Codicibus manuscriptis diversus est. In Codice Paris. gr. 1381. fol. 1. a. sic audit: . . . (*τίτλοι*) *τῶν νεαρῶν διατάξεων ἐπινοηθέντες ὑπὸ Ἀθανασίου σχολαστικοῦ Ἐμισηνοῦ*. Ibidem fol. 9. b. hic legitur titulus: *ἐπιτομὴ τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν διατάξεων κατὰ τίτλους συγκειμένη μετὰ τῶν καὶ ἑκάστου παρατίτλων Ἀθανασίου σχολαστικοῦ Ἐμισηνοῦ*. Eundem titulum habet Codex in monte Athone a Zachariae de L. repertus. Codex Monacensis 380. fol. 4. b. haec habet: *ἕτερος πίναξ τῶν ὑποτιτλώσεων Ἀθανασίου σχολαστικοῦ ἐκ τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν διατάξεων ἐν τρισὶ τίτλοις διῃρημένος, καὶ τὰ ὑποκείμενα καθεξῆς κεφάλαια τῶν νομίμων τῶν εἰρημένων τίτλων καὶ παρατίτλων*. Codex in Monte Athone repertus initio haec habet: *Ὑποτίτλωσις τῶν νεαρῶν διατάξεων Ἀθανασίου σχολαστικοῦ Ἐμισηνοῦ*. Inter hos diversos titulos qui secundo loco exhibetur, haud dubie authenticus est. Ex Codice in monasterio S. Laurae in Monte Athone a Zachariae de L. reperto, qui seculi est undecimi, nova quaedam prius ignota de hoc opere comperimus. Priores XXI quaterniones opus continent Athanasii, reliqui Breviarium Novellarum Theodori. Secundum praefationem hoc Codice comprehensam Athanasius duas operis paravit editiones. Prima editio XXII titulis constabat. Secundam editionem Athanasius suadentibus advocatis Theopoleos (Antiochae) suscepit, in qua distributionem in XXII titulos quidem retinuit, verum insuper appendicem *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων* (de diversis lectionibus) adiecit, in qua ea, quae in prima editione minus apta viderentur, collegit, et leges (in Novellis) ad quemvis titulum pertinentes tanquam *παράτιτλα* addidit. Prima editio iam tempore Iustiniani suscepta, sed Iustino II. imperante ad finem perducta est, sub quo etiam secunda editio parata est, uti ex eo apparet, quod Novellae huius Imperatoris excerptae sunt, veluti Tit. III. const. 6. Tit. X. const. 11. Tit. XX. const. 6. Secunda operis editio in Codice in monte Athone reperto et in Codice Paris. gr. 1381. ad nos pervenit. Reliqui Codices fragmenta nonnisi continent, quae, ut videtur, ad secundam pertinent editionem. Epitomae Novellarum Athanasii posteriores multum usum fecerunt in libris tam de iure civili, quam de iure canonico scriptis. Quod ad libros iuris civilis attinet, ex hoc opere fragmenta translata sunt in Eclogam Leonis et Constantini [2]), in Prochirum Basilii Macedonis, Constantini et Leonis [3]), in Basilica eorumque scholia [4]), nec non in librum, qui inscribitur *αἱ ῥο-*

L. 1. C. V. 6. a Theodoro compositae, quae Sch. *Θεοδώρου* et *Σημείωσαι* III. 212. continentur, ut apparet ex usu verborum Theodoro consuetorum *πρὸς τούτοις ἐπάγει ἡ ζ'. διάταξις* et *ὡς κεῖται βιβ. θ'.* Itaque pro *τοῦ Ἀνωνύμου* in hoc scholio reponendum est *τοῦ αὐτοῦ*.

1) Cf. Heimbach Anecd. T. I. Prolegom. cap. I—VI. p. 1—C. T. II. p. 290 sq. Zachariae de L. in: Wiener Jahrb. der Literatur Vol. LXXXVI. p. 155—236. Vol. LXXXVII. p. 74—108. 2) Heimbach l. l. T. I. p. XXXII. XXXIII. 3) Heimbach l. l. p. XXXIII—XXXIX. Zachariae de L. Prochir. p. LXIII. p. 150. not. 40. p. 151. not. 48. 4) Heimbach l. l. p. XXXIX—XLIV. In textum Basil. IX. 2. cap. 2. transiit epitome Novellae 23. ex Athanasio tit. VII. const. 2. Locos scholiorum ex Athanasio desumtos indicavit Heimbach l. l. p. XLIII., qui hi sunt: 1) Sch. *Θεοδώρου*. *Ὁ τρίτον παραγαγὼν* u. a. v. *τοῦτο γενέσθαι* Basil. Heimb. II. 422. ex Athanasio tit. V. const. 5. Nomen *Θεοδώρου* falsum est; scholium autem nomine *Ἀθανασίου* insignitum ibid. II. 422. ex Theodori Breviario Novellarum desumtum est. 2) Sch. *Ὁ ἅπαξ* a. u. v. *παραγωγὴν μαρτύρων ποιεῖν* II. 422. est ex Athanasio tit. V. const. 5. 3) Sch. *Ἀθανασίου* II. 424. est ex Athanasio tit. V. const. 5. 4) Sch. *Ἀθανασίου* II. 513. habet aliquam similitudinem cum iis, quae habentur apud Athanasium tit. XIV. const. 1.; ad verbum autem cum iis sane non conveniunt. Vide, quae de hoc loco observavit Heimbach l. l. p. XLIII. 5) In Sch. *Τοῦ Νομοφύλακος* II. 665. ad Novellam 100. Athanasii et Theodori mentio fit; nec tamen locus, quem scholiastes designavit, apud Athanasium reperitur.

παί[5]). Libri iuris canonici, in quos fragmenta huius operis transierunt, sunt collectio constitutionum ecclesiasticarum, cuius pars tertia ex Athanasio tit. I—III. ad verbum desumta est[6]), Nomocanon XIV titulis constans, in quo *τὸ κείμενον*, quod ad Novellas attinet, ex Athanasio haustum est[7]), denique Nomocanon L titulis constans[8]). Codices, quibus opus vel totum vel fragmenta eius continentur, hi innotuere: 1) Codex Paris. gr. 1381. (olim Colbertinus 4035.) seculi XI. fol. 9. b. — 190.; 2) Codex Paris. gr. 1720. seculi XV. fol. 155. b. — 156., qui pauca duntaxat continet fragmenta; 3) Codex Paris. gr. 1384. seculi XII. fol. 170. b. — 174.; 4) Codex Vaticanus (olim Palatinus) 55. seculi XV. fol. 57—59.; 5) Codex bibliothecae ecclesiae S. Mariae Vallicellae Romae lit. E. no. 55. seculi XIII. fol. 135. b. — 141. a., qui excerpta ex Athanasio exhibet; 6) Codex Bodlei. 3399. seculi X. fol. 7 — 156.; 7) Codex Ambrosianus I. 48.; 8) Codex Vindobonensis iur. gr. II. seculi XIV.; 10) Codex monasterii S. Laurae in monte Athone a Zachariae de L. repertus, seculi XI., cuius priores quaterniones XXI huc pertinent[9]). Opus ipsum primus divulgavit Heimbach, Anecd. T. I.

Ceterum Athanasium usum esse collectione quadam Novellas CLIII continente, a collectione CLXVIII Novellarum prorsus diversa, iam supra observavimus. Ex illa collectione Athanasius tit. XX. const. 5. epitomen Novellae exhibet alias ignotae, cuius argumentum in inscriptione sic designatur: *Περὶ τοῦ μηδένα μητεύεσθαι ἐπὶ ἰδιωτικαῖς ἢ δημοσίαις προφάσεσιν*, i. e. De hoc, ut nemini privatarum aut publicarum causarum praetextu metatorum onus imponatur.

§. 3. Theodori commentarius[1]).

In monasterio S. Laurae in monte Athone sito Zachariae de L. Codicem deprehendit, cuius iam praecedente §. mentionem fecimus. Codex est bombycinus, in forma, quae dicitur in quarto. Constat quaternionibus XXXVI; ultimum folium quaternionis tricesimi sexti periit. Quaterniones a tertio inde usque ad tricesimum sextum omnes eadem manu scripti; primus et secundus quaternio iam seculo XII. excidisse videtur, et secunda manu restitutus est. Prima manus seculi XI. esse videtur. Secunda manu in margine folii antepenultimi haec reperiuntur adscripta: *ϛχνή. ἰνδ. ιγ΄. . . . . . ἐγεννήθη τῇ θυγατρί μου κυρᾷ μαρίᾳ τῇ μονομαχατίσσῃ υἱὸς ὁ γαρώτης κῦρος νικήτας κ. τ. λ.* (h. e. anno 6658. ind. 13. filiae meae dominae Mariae Monomachatissae natus est filius dominus Nicetas Garotes etc.). *ϛχξ΄. . . . ἐγεννήθη τῇ θυγατρί μου υἱὸς ὁ μονόμαχος κύριος ἰωάννης* (i. e. anno 6660. natus est filiae meae filius dominus Ioannes Monomachus). Auctor ergo secundae manus medio seculo XII. vixit; nam ex Graecorum aera annus a mundo creato 6658. est annus post Christum natum 1150. Codex, cuius mentionem fecimus, inde a quaternione vicesimo secundo epitomen Novellarum Theodori continet. Theodorum ad Novellas scripsisse, iam dudum ex Basilicorum scholiis innotuerat. Iam Cuiacius in Expositione Novellarum lectionum Theodori in Basilicorum scholiis obviarum fecit mentionem. Qui posteriori tempore historiam iuris Romani tractarunt, Theodori epitomen Novellarum silentio praetermiserant, donec Reitzius[2]) locis quibusdam Basilicorum laudatis memoriam eius instauraret. Hunc secuti sunt posteriores. Ex recentioribus indolem huius operis accuratius descripsit Bienerus[3]), et Heimbachius iun.[4]) fragmenta eius collegit et operis restituendi fecit periculum. Codex a Zachariae de L. repertus integrum opus complectitur. Initium eius facit: *Πίναξ τῶν νεαρῶν*, index, qui numeros et rubricas Novellarum CLXVIII a Theodoro deinceps epitomatarum continet. Hae Novellae eaedem sunt constitutiones, quae collectione CLXVIII Novellarum ab Haloandro et Scrimgero primum edita ac serius in editiones Corporis iuris civilis translata continentur. Eodem ordine, quo Novellae in dicta collectione exhibentur, etiam in Theodori opere

---

5) Ita *αἱ ῥοπαί* cap. XI. §. 6. est ex Athanasio tit. VII. const. 6. — Cap. XXV. §. 12. v. *ἔξεστι τῷ ἀνδρὶ εἴσω διετίας ἀναλαβεῖν* hausta videntur ex Athanasio tit. IV. const. 22., qui similia habet. 6) Heimbach l. l. p. XLVII. Locos in Manuali Basilicorum designavi. 7) Heimbach l. l. p. L. LI. Locos in Manuali Basilicorum designavi. 8) Auctorem Nomocanonis L. titulorum usum fuisse Athanasii epitome non viderat Heimbachius, cum suam editionem promulgaret, sed serius in censura delineationis historiae iuris Graeco-Romani a Zachariae de L. editae hoc se praetermisisse animadvertit et indicem locorum ex Athanasii epitome in hunc Nomocanonem translatorum exhibuit in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1839. p. 981. Sed cum non omnes designaverit Nomocanonis locos ex Athanasio desumtos, eos iunctis his, quos iam enumeravit, ex Voelli et Iustelli bibl. iur. canon. T. II. laudatos nunc subiiciam. Nomoc. tit. II. p. 606. v. *Φυλαττέσθω — προνόμιον* et *Ὅσοι — διηνεκῶς* = Athan. tit. II. const. 3. Nomoc. tit. III. p. 607. v. *Τὰς τῶν — κληρονομείτωσαν* = Athan. tit. II. const. 3. Nomoc. tit. III. p. 607. v. *Ὁ βουλευτὴς — διαδέξεται* = Athan. tit. I. const. 2. Nomoc. tit. VII. 1. 2. p. 611. v. *Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς — χειροτονοῦντος* et *Χρὴ δὲ τὸν μέλλοντα — ἐκβάλλεσθαι* = Athan. tit. I. const. 17. Nomoc. tit. X. p. 614. v. *Πᾶς κληρικὸς — εὐπορίαν* = Athan. tit. I. const. 1. Nomoc. tit. X. p. 614. v. *Οἱ κληρικοὶ — νόμιμον* = Athan. tit. I. const. 2. Nomoc. tit. XI. p. 615. v. *Εἴ τις ἐπίσκοπος — δυνάμενον* = Athan. tit I. const. 1. Nomoc. tit. XI. p. 615. v. *Πᾶς ἐπίσκοπος — ἐκπίπτοντος* = Athan. tit. I. const. 2. Nomoc. tit. XI. p. 615. v. *Ὀμνύναι — χειροτονούμενον* = Athan. tit. I. const. 17. Nomoc. tit. XIV. p. 618. v. *Τὰ εὐαγῆ — προδώσει* = Athan. tit. II. const. 3. Nomoc. tit. XVI. p. 621. v. *Ὁ βουλόμενος — ἐκπιπτέτωσαν* = Athan. tit. I. const. 1. Nomoc. tit. XVI. p. 622. v. *Κατηγορηθέντος — κρατείτω* = Athan. tit. I. const. 17. Nomoc. tit. XVIII. p. 626. v *Εἰς ἰδιωτικὸν — ἀγανάκτησιν ἔστω* Athan. tit. I. const. 6. Nomoc. tit. XX. p. 627. v. *Μὴ ἀποδημείτω — τῷ βασιλεῖ* = Athan. tit. I. const. 2. Nomoc. tit. XX. p. 628. v. *Ὁ κληρικὸς — διάταξις* = Athan. tit. I. const. 2. Nomoc. tit. XXVI. p. 633. v. *Ἀναγνώστης — κλήρου* = Athan tit. I. const. 1. Nomoc. tit. XXVI. p. 633. v. *Κληρικὸς — πορνείας* = Athan. tit. X. const. 2. Nomoc. tit. XXVII. p. 634. v. *Πρεσβύτερος — ἰδιώτης ἐστίν* = Athan. tit. I. const. 1. Nomoc. tit. XXXVII. p. 646. v. *Ὁ αἱρετικὸς — μενέτω* = Athan. tit. II. const. 6., apud quem verba *μηδὲ ἐπίσκοπος χειροτονείσθω* desunt. Nomoc. tit. XLI. p. 652. v. *Τοῦ στρατιώτου — γαμηθῆναι* = Athan. tit. X. const. 2. Nomoc. tit. XLI. p. 652. v. *Εἰ ὁ κατηγορηθεὶς — ἀρχόντων* = Athan. tit. IV. const. 22. Nomoc. tit. XLII. p. 653. v. *Εἴ τις ἰδίαν — γάμος* = Athan. tit. X. const. 2.. Nomoc. tit. XLV. p. 656. v. *Κλέπται — ἐπερχόμενοι* = Athan. tit. IV. const. 22., qui habet tamen *βίᾳ δὲ πλημμελοῦσιν*. Nomoc. tit. XLVI. p. 657. v. *Δύναται — μέλλει χειροτονεῖσθαι* = Athan. tit. I. const. 2. Nomoc. tit. XLIX. p. 659. v. *Οἱ πατριάρχαι — κεφάλαια* = Athan. tit. I. const. 2. 9) De Codicibus sub num. 1. 2. 4—9. memoratis cf. Heimbach Anecd. T. I. p. LV—LXXXIX.; de Codice sub num. 3. memorato Zachariae de L., Fragmenta versionis graecae legum Rotharis Longobardorum regis p. 1—26.; de Codice sub num. 10. memorato Zachariae de L. in: Wiener Jahrb. der Literatur Vol. LXXXVI. p. 197.

1) Cf. Heimbach Anecd. T. I. p. 201—223., prae ceteris autem Zachariae de L. Anecd. Prolegom. p. XX—XXXI. Morreuil, Hist. du droit Byzant. T. I. p. 160—162. 2) Exc. XX. ad Theophil. p. 1241. 3) Biener, Gesch. der Novellen p. 67 sq. 4) Anecd. T. I. p. 224—259.

repositae sunt. *Πίναξ* ille non ipsum Theodorum habet auctorem, sed post eum e rubricis in ipso opere extantibus compositus et operi praefixus est, uti ex eo apparet, quod eadem vitia, quae librariorum culpa in contextum operis irrepserunt, fere omnia in illo indice deprehenduntur. Rubricae contextu operis et indice illo comprehensae cum rubricis in editionibus Haloandri et Scrimgeri exhibitis non semper conveniunt. Theodorus, cum epitomen Novellarum componere vellet, etiam rubricas breviores dedisse videtur. Ille *πίναξ τῶν νεαρῶν* operi Theodori praefixus valde convenit cum Indice Reginae, qui vocatur; post illum indicem in Codice dicto sequitur hic operis titulus: *Σύντομος τῶν νεαρῶν διατάξεων σὺν παραπομπαῖς τῆς κειμένης ὁμοίως διαιρέσεως πῆ μὲν ἐν τῷ κώδικι πῆ δὲ ἐν αὐταῖς ταῖς νεαραῖς Θεοδώρου σχολαστικοῦ Θηβαίου ἑρμοπολίτου*, i. e. Breviarium Novellarum Constitutionum cum allegationibus locorum similium tam in Codice quam in ipsis Novellis extantium, auctore Theodoro scholastico Thebano Hermopolitano. Quod Theodorus locos similes nonnisi e Codice et ex Novellis allegaverit, ideo factum videtur, quod Iureconsulti inter fontes iuris inde ab Imperatoribus Christianis discerni solitos, iura et leges, his potissimam operam videntur dedisse. Titulum in Codice dicto Breviarium Novellarum, praefatione non praefixa, excipit. Opus exhibet epitomas omnium Novellarum, quae collectione CLXVIII Novellarum continentur, secundum ordinem et seriem dictae collectionis: quamvis epitomen praecedat numerus, quem Novella in dicta collectione habet, et rubrica Novellae. Rubricae autem breviores sunt, quam in dicta collectione. Inscriptiones Novellarum, quas Athanasius habet, Theodorus videtur omisisse. Cuivis rubricae subiecta sunt verba initialia cuiusque Novellae. In Codice tamen verba initialia non semper referuntur, et verba Novellarum latinarum initialia graece redduntur. Atque hoc quidem librarius consulto fecit; illud autem negligentiae eius tribuendum est. Verba initialia Novellae excipit eius epitome. Epitomae in *θέματα* sunt distributae, quae tamen in Codice numeris non sunt distincta. Epitomen cuiusvis Novellae claudit subscriptio, qua tempus designatur, quo Novella fuerit promulgata. Subscriptiones in Codice omnes graeco sermone conceptae sunt; nonnunquam tamen vitiis laborant. Auctor earum Theodorus ipse videtur fuisse. Theodorus in epitomis conficiendis hoc modo versatus est. Praecepta cuiusvis Novellae in minores particulas distribuit, ex quibus quasi regulas et specialia praecepta formavit, quae singulis thematibus vel capitibus deinceps praeposuit. Hactenus epitomae Theodori cum epitomis Iuliani et Athanasii conveniunt; sunt autem breviores epitomis Iuliani et clariores epitomis Athanasii. Ab aliarum Novellarum epitomis Theodori epitomen distinguunt *παραπομπαί* i. e. allegationes locorum similium, qui in Codice et Novellis deprehenduntur. Fundamentum Breviarii Novellarum est collectio CLXVIII Novellarum. Utrum Theodorus praeter eam aliis usus sit subsidiis, necne, certo definiri nequit. Breviarium Novellarum anno 1843 a Zachariae de L. primum editum est cum versione latina et adnotationibus, potissimum criticis [5]).

Operis Theodori magnum usum Basilicorum et scholiorum antiquorum compilatores fecerunt. Fragmenta in Basilicis eorumque scholiis extantia Zachariae de L. ad singulam quamque Novellam in peculiari tabula designavit [6]). Summae Novellarum latino sermone promulgatarum omnes, una Novella nonnisi excepta, ex Theodori Breviario in Basilicorum textum translatae sunt [7]); Novellarum graecarum non item. Reperiuntur quidem etiam summae nonnullarum Novellarum graecarum ex Theodori Breviario in textu Basilicorum repositae [8]); verum hoc non Basilicorum compilatoribus, sed serioris aetatis hominibus tribuendum est. Nam textum Novellarum graecarum in Basilicorum textum transiisse docent plurima exempla integrarum Novellarum excepto prooemio in Basilica translatarum; docet Codicis Coisliniani 151. auctoritas, in quo textus plurium Novellarum, quarum summae in Codice Paris. gr. 1352. extant, in Basilicorum textu repositae sunt; docent denique loci Novellarum in Balsamonis commentario ad Photii Nomocanonem in Basilicis laudati, quibus textus Basilicorum textui Novellarum congruus exhibetur. Eas igitur summas Novellarum graecarum, quae nunc in Basilicorum textu extant, loco textus Novellarum ipsarum, qui initio textum Basilicorum effecit, a librariis in hoc textu repositas fuisse arbitror, quippe quos totam Novellam describere taederet, cum in promtu esset epitome Theodori.

Fragmenta Breviarii Novellarum Theodori in scholiis Basilicorum reposita iam beatus frater collegit. Equidem in Manuali Basilicorum, quid ad singulas Novellas ex Breviario Novellarum haustum sit, designavi.

§. 4. De Philoxeni, Symbatii aliorumque commentariis.

Praeter Anonymum, Anastasium et Theodorum etiam alii commentarios ad Novellas scripserunt.

I. Philoxenus [1]) librum ad Novellas scripsit, cuius nonnulla fragmenta in scholiis Basilicorum supersunt. Quantum ex his fragmentis colligi potest, hic liber fuit Breviarium Novellarum, quo summae Novellarum continebantur breviores, quam quae a Theodoro confectae sunt. Qua Novellarum collectione usus fuerit Philoxenus, ignoratur. Summis Novellarum accesserunt adnotationes, quae utrum epitomis uno contextu iunctae fuerint, an post epitomas additae, dubium est. Ceterum si Athanasii et Theodori librorum de Novellis compositorum rationem habuerimus, magis inclino, ut cum b. fratre existimem, etiam Philoxenum epitomis adnotationes uno

---

5) Zachariae de L. Anecd. p. 1—165. 6) Zachariae de L. Anecd. Prolegom. p. LVII sq. 7). Huc pertinent hae Novellae: Nov. 35. — Basil. VI. 6. 16. Nov. 36. — Basil. XLV. 6. 2. Nov. 37. — Basil. I. 1. 49—52. Nov. 62. — Basil. VI. 1. 13—17. Nov. 111. — Basil. V. 2. 16. Nov. 114. — Basil. II. 6. 27. Nov. 138. — Basil. XXIII. 3 78. v. *ἡ παροῦσα — πολιτικῶν χρημάτων*. Nov. 143. — Basil. LX. 58. 2—5. Nov. 150. — Basil. LX. 58. 6. Summa Novellae 75. e Theodori Breviario hausta reperitur quidem in textu Basil. IX. 2. 5. reposita, quod tamen factum non est a Basilicorum compilatoribus, cum Novellam 75. in Basilicis non fuisse repositam indices Novellarum in Basilicis praetermissarum testentur. Summa Novellae 23. in Basil. IX. 2. 2. reposita hausta est ex Athanasio tit. VII. const. 2. 8) Theodori sunt summae: Nov. 42. cap. 3. §. 1. — Basil. I. 1. 54. Nov. 51. — Basil. LX. 38. fin. Nov. 121. — Basil. XXIII. 3. 78. u. a. v. *κατεβλήθησαν*. Nov. 165. — Basil. LVIII. 11. 14.

1) Biener, Gesch. der Novellen p. 70. Heimbach Anecd. T. I. p. 260. T. II. p. 298. Zachariae de L. in: Wiener Jahrb. der Literatur Vol. LXXXVII. p. 96 sq. et in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 813. Mortreuil, Hist. du droit Byzant. p. 162.

contextu iunxisse. Fragmenta commentarii Philoxeni collegit et separatim edidit Heimbach iun.[2]); quaedam ab eo praetermissa indicavit Zachariae de L.[3]). Fragmenta haec sunt:

1) summa Nov. 73. cap. 4.[4])

Φιλοξένου. Ἐξ ἀρνήσεως τῶν ἀμαρτύρων ἰδιοχείρων ἐξ ἀπορίας ἀποδείξεως ὅρκος ἐπάγεται τῷ λεγομένῳ ταῦτα χειρογραφῆναι.

2) summa Nov. 73. cap. 7. §. 3.[5])

Φιλοξένου. Ὁ αἰτῶν σύγκρισιν γενέσθαι ὀμνύτω, ὡς ἀπορῶν πάσης ἄλλης ἀποδείξεως εἰς τοῦτο ἦλθε, καὶ ὅτι οὐδὲν ἔπραξε δολερὸν εἰς τὸ κατὰ σκοπὸν αὐτοῦ ἐλθεῖν εἰς τὴν σύγκρισιν.

3) summa Nov. 90. cap. 4. pr.[6])

Φιλοξένου. Ὁ τρίτην παραγαγὼν μαρτυρίαν οὐκ ἔτι προφέρει τετάρτην μαρτυρίαν μετὰ τὴν ἔκδοσιν τῶν παραγραφῶν. τότε γὰρ δύναται πρὸ ἐκδόσεως τῶν παραγραφῶν καὶ τετάρτην μαρτυρίαν παραγαγεῖν, ὀμνύων περὶ δόλου, ὅτι ἐκτὸς δόλου ζητεῖ τὴν τῶν μαρτύρων παραγωγήν.

4) summa Nov. 90. cap. 4. §. 1.[7])

Φιλοξένου. Ὁ ἐκλαβὼν τὰς μαρτυρίας καὶ κατασκευψάμενος τὰς τοῦ ἀντιδίκου παραγραφὰς, οὔτε ἀπὸ βασιλικῆς ἀντιγραφῆς ἔτι δύναται παραγαγεῖν μάρτυρας.

5) adnotatio ad incertam Novellam[8]).

Ὁ[9]) *Φιλόξενος* παρέθετο *ἐν ταῖς νεαραῖς* ἐξήγησιν Θεοφίλου λέγουσαν· ἰνβέκτα μέν ἐστι τὰ βασταζόμενα, οἷον ἐσθὴς, χρυσὸς, ἄργυρος, βιβλία καὶ εἴ τι τοιοῦτον· ἰνλάτα [δὲ] τὰ ἔμψυχα, οἷον βοῦς, ἵππος, οἰκέτης καὶ τὰ τοιαῦτα[10]).

Ἴσθι[11]) δὲ, ὅτι ὁ *Φιλόξενος* παρέθετο ἐν τῇ νεαρᾷ ἐξήγησιν ἔχουσαν οὕτως· ὅτι ἰνβέκτα ἐστὶ τὰ βασταζόμενα, οἷον βιβλία καὶ τὰ ὅμοια· ἰνλάτα δὲ τὰ ἔμψυχα, οἷον ἵπποι καὶ τὰ ἄλλα .....

II. Symbatius[12]) ad Novellas Iustiniani scripsit. Fragmenta huius libri nonnisi duo extant in tractatu de peculiis recens edito servata[13]) haec:

1) summa Nov. 22. cap. 34.

Τὰ[14]) ὁπωσοῦν περιποιηθέντα τοῖς ὑπεξουσίοις, εἴτε ἐκ μητρῴας διαθήκης, ἢ καθ' ἕτερον τρόπον, τὴν χρῆσιν ἐχέτωσαν καὶ δευτερογαμοῦντες οἱ τούτων πατέρες, ἐξῃρημένων καστρεσίων καὶ ὡσανεὶ καστρεσίων πεκουλίων.

2) summa Nov. 118. cap. 1.

Τελευτήσαντός[15]) τινος οἱ κατιόντες αὐτοῦ ἐξ ἄῤῥενος ἢ θήλεος προσώπου αὐτεξούσιοί τε καὶ ὑπεξούσιοι καλοῦνται εἰς τὴν αὐτοῦ διαδοχὴν, προτιμώμενοι τῶν ἀνιόντων αὐτοῦ, εἰ καὶ ὑπεξούσιος αὐτῶν ἐτύγχανεν ὁ τελευτήσας καὶ ἥρμοζεν αὐτοῖς ἡ χρῆσις, μὴ καινιζομένων τῶν περὶ τῆς χρήσεως τῶν ἀπροςπορίστων κειμένων νόμων.

Tam ex horum fragmentorum indole, quam ex eo, quod in tractatu de peculiis Symbatius dicitur verba Nov. 118. cap. 1. laudata *συντέμνειν*, in breve contrahere, apparet, opusculum a Symbatio de Novellis compositum fuisse *σύντομον τῶν νεαρῶν διατάξεων*, Breviarium Novellarum, simile Theodori Breviario Novellarum. Num epitomis singularum Novellarum iunctae fuerint adnotationes, uti apud Theodorum, dubium est; certe vestigium eiusmodi adnotationum extat nullum. In scholia Basilicorum ex Symbatii opusculo nihil transiit.

III. Praeterea incertorum auctorum fragmenta ad Novellas extant. Ita in scholiis Basilicorum extant modo epitomae Novellarum, modo adnotationes ad illas, quarum auctores ignorantur[16]). Sed longe plura huiusmodi fragmenta incertorum auctorum reperiuntur in Epitome ad Prochirum mutata, quae Codicibus mss. Bodlei. 3399. et Marc. 579. continetur[17]). Auctor huius enchiridii ex Novellis Iustiniani in quovis titulo diligenter adnotavit, quae ad materiam hoc titulo illustrandam pertinerent. In quo non solum ex Prochiro Basilii et ex Epitome legum, quam pro fundamento operis sumserat, hausit: sed etiam tum *ἐκ τοῦ πλάτους τῶν νεαρῶν*, tum ex variis epitomis Novellarum multa adscripsit, ut haud raro idem locus duplici vel triplici forma exhibitus sit. Libri, quibus praeter textum Novellarum ad hoc usus est, hi sunt: 1) collectio LXXXVII capitulorum; 2) Anonymi Epitome Novellarum, cuius fragmenta quaedam Zachariae de L. ex hac ipsa epitome ad Prochirum mutata edidit; 3) Athanasii Epitome Novellarum, cuius locos ab auctore Epitomae ad Prochirum mutatae exceptos maximam partem excitavit editor Epitomae Athanasianae[18]); 4) Theodori Breviarium Novellarum, ex quo quot epitomas auctor desumserit, docet tabula a Zachariae de L.[19]) proposita. Praeterea autem etiam in Epitome ad Prochirum mutata, i. e. in Codicibus Bodlei. 3399. et Marc. 579., Novellarum fragmenta ex aliis libris sive compositionibus desumta passim reperiuntur. Horum nonnulla forsitan ad Anonymi Epitomen pertinent; alia ex Epitome quadam ignoti auctoris hausta sunt, qui duas easque plane singulares Novellarum collectiones pro fundamento videtur habuisse, et pressius, quam Athanasius vel Theodorus, textum Novellarum secutus est, ut non tam *κατ' ἐπιτομὴν*, quam potius *κατὰ μέσην τάξιν* Novellas tractaverit; denique alia aliunde provenerunt. Ex his fragmentis incertae originis Codice Bodlei. 3399 comprehensis nonnulla edidit Heimbach[20]). Integra autem fragmenta edidit Zachariae de L.[21]) ad ordinem collectionis CLXVIII Novellarum disposita, coniecturis de fontibus, unde hausta sint, in adnotationibus adiectis[22]).

---

2) Anecd. T. I. p. 260. 3) Wiener Jahrb. l. l. p. 96. Horum fragmentorum rationem habuit. Heimbach Anecd. T. II. p. 298. 4) Sch. *Φιλοξένου* II. 522. 5) Sch. *Φιλοξένου* II. 524. 6) Sch. *Φιλοξένου. Ὁ τρίτην* II. 422. 7) Sch. *Φιλοξένου. Ὁ ἐκλαβὼν* II. 422. 8) Ad quam Novellam haec adnotatio pertineat, dubium est. Haud scio, an ad Nov. 88. cap. 2. referenda sit. 9) Sch. *Ὁ Φιλόξενος* e Codice Paris. gr. 1352. a Fabroto Basil. T. I. p. 251. Sch. d. editum; cf. Basil. Heimb. T. I. p. 556. 10) Theophili locus in paraphrasi Institutionum non reperitur, ideoque a Reitzio ad. Theophil. T. II. p. 944. inter fragmenta Theophili collocatur. 11) Sch. *Ἴσθι* Basil. Heimb. I. 556. e Codice Coislin. 152. editum. 12) Heimbach Anecd. T. I. p. 261. T. II. p. LXX. LXXII. 252. 254. Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. I. p. 162. 13) Heimbach Anecd. T. II. p. 252. 254. Idem haec fragmenta separatim edidit Anecd. T. I. p. 261 sq. 14) In tractatu de peculiis praecedunt haec: *Καὶ ὁ Συμβάτιος δὲ οὕτω περὶ τῆς νεαρᾶς φησιν.* 15) In tractatu de peculiis praecedunt haec: *Ταῦτα γὰρ τὰ ῥητὰ συντέμνει καὶ Συμβάτιος οὕτως.* 16) Eiusmodi epitomae extant in Basil. Heimb. II. 665. Fabr. IV. 758.; adnotationes ad Novellas in Basil. Heimb. II. 420. 511 sq. 513. 736 sq. Cf. Zachariae de L. Anecd. p. 211. 17) Cf. Zachariae de L. l. l. p. 211. 18) Cf. Heimbach Anecd. T. I. p. LXXII sq. 19) Anecd. p. LVII sq. 20) Anecd. T. I. p. 262—268. 21) Anecd. p. 212—226. 22) Haec fragmenta pertinent ad has Novellas: Nov. 1. Nov. 4. cap. 1. 2. Nov. 18. cap. 8. Nov. 22. cap. 26. Nov. 32. Nov. 48. Nov. 52. cap. 1. Nov. 60. cap. 1. Nov. 66. Nov. 78. cap. 2. Nov. 89. cap. 12. Nov. 90. cap. 1. 2. 3. 4. 5. 8. Nov. 115. cap. 6. Nov. 117. cap. 2. 7. 10. 13. 14. 15. Nov. 118. cap. 1.

Denique extiterunt, qui etiam **Thalelaeum** ad Novellas commentarium scripsisse existimarent[23]). Haec coniectura nititur scholio Thalelaei nomine inscripto, quod ad Nov. 115. cap. 5. §. 1. pertinet[24]). Sed hoc scholium Thalelaei nomine male inscriptum est et potius Theodoro vindicandum, cuius ex Breviario Novellarum desumtum est[25]). Itaque illa coniectura prorsus reiicienda videtur.

CAPUT VIII.

Alia opera ad ius civile pertinentia, quorum in Basilicorum scholiis mentio facta est.

§. 1. **Anonymi** 1) *μονόβιβλος περὶ ληγάτων καὶ μόρτις καῦσα δωρεῶν*; 2) *μονόβιβλος περὶ ἐναντιοφανειῶν*[1]).

Eidem Iureconsulto, quem Graeci posteriores simpliciter Anonymum appellant, i. e. Iuliano antecessori, Novellarum epitomatori, originem acceptam refert *μονόβιβλος περὶ ληγάτων καὶ μόρτις καῦσα δωρεῶν* (**liber singularis de legatis et mortis causa donationibus**), quem librum tam in versione Digestorum *κατ' ἐπιτομὴν*, quam in libro *περὶ ἐναντιοφανειῶν* ipse memoravit[2]), cuius fragmenta supersunt nulla. Nam quae **Mortreuil**[3]) ex hoc libro in scholiis Basilicorum ad lib. XLVII. tit. 3. superesse arbitratur fragmenta, potius ex indice Dorothei hausta sunt. Adnotatio ad L. 1. D. XXX., in qua Anonymus ipse auctor est, se differentias legati et mortis causa donationis exposuisse[4]), non amplius extat.

Eundem Anonymum auctorem habet *μονόβιβλος περὶ ἐναντιοφανειῶν* (**liber singularis de his, quae in legibus contraria esse videntur**). Hoc titulo opus ab Anonymo ipso laudatur[5]). Auctor in hoc libro secundum ordinem et seriem librorum Digestorum locos Digestorum, qui sibi invicem contradicere viderentur, congessit easque contradictiones solvere studuit. Causam huic libro scribendo exemplum Stephani videtur dedisse, qui in indice et adnotationibus ad Digesta locorum, qui repugnare viderentur loco a se exposito vel sententiae a se propositae, saepissime fecit mentionem et contradictionem removere studuit, quod cum facit, uti solet verbis *μή σοι ἐναντιωθῇ*, *βλέπε*, *μὴ ἐναντιωθῇ σοι* et similibus. Probabile est, Iulianum antecessorem, qui Stephani scholis interfuit, praeceptoris exemplo motum peculiare opus de repugnantibus sibi legibus composuisse. Fragmenta huius libri complura in scholiis Basilicorum supersunt, quae in scholiis ad librum VIII. inscripta sunt: *Τοῦ ἐναντίου*, in scholiis ad alios libros: *τοῦ ἐναντιοφανοῦς*. Auctor libri enim a titulo libri a Graecis vocatur *ὁ ἐναντιοφανής*. Epitomae huius libri in scholia Basilicorum translatae posteriori tempore valde sunt interpolatae. Quae interpolationes potissimum in eo consistunt, ut modo Basilicorum loci Digestorum locis laudatis congrui interiecta particula *ἤτοι* vel *ἤγουν* adiecti sint, modo Basilicorum textus sit additus, modo Novellis, quas auctor aut numero non addito, aut eo numero, quo Novella in collectione Novellarum qua utebatur notata esset, laudasset, numerus adiectus aut mutatus sit secundum collectionem CLXVIII Novellarum[6]). Frequentissimis illis interpolationibus **Zachariae de L.**[7]) motus est, ut haec scholia ex posteriore quadam libri *περὶ ἐναντιοφανειῶν* editione hausta arbitraretur. Quod ut accipiamus non est necesse. Similibus enim interpolationibus in nonnullis Basilicorum Codicibus mss. Anonymi adnotationes foedatae sunt; nec minus eiusmodi interpolationes, inprimis eae, quae in Basilicorum locis interiecta particula *ἤτοι* vel *ἤγουν* adiectis cernuntur, in fragmentis, quae ex Thalelaei, Stephani et Theodori commentariis hausta sunt, reperiuntur. Neque vero ideo potest existimari, haec scholia ex seriori horum commentariorum editione esse depromta. Equidem has interpolationes magis vindicaverim possessoribus Codicum manuscriptorum, qui locos Basilicorum convenientes adscripserunt. Quae coniectura eo confirmatur, quod loci Basilicorum citati in Codicibus mss. saepissime supra lineas sunt adscripti.

§. 2. *Ποινάλιος Ἰωάννου Κωβιδίου ἀντικένσορος*[1]).

In scholiis Basilicorum laudatur *ὁ τοῦ Κωβιδίου ποινάλιος*[2]). Fragmenta eius in Appendice Eclogae haec supersunt, a **Zachariae de L.**[3]) primum edita:

Ἐκ τοῦ ποιναλίου Ἰωάννου Κουβιδίου ἀντικένσωρος.

Nov. 119. cap. 2. 6. 9. Nov. 120. cap. 8. Nov. 123. cap. 17. 19. 38. Nov. 127. cap. 1. Nov. 129. Nov. 134. cap. 10. 11. Nov. 135. 136. 140. 143. 153. 155. 158. 159. 162. cap. 1. 2. 3. Edictum Iustiniani IX. 23) Veluti **Reitz** ad Theoph. Exc. XX. p. 1240. 24) Sch. *Θαλελαίου* II. 670. 25) Breviar. Novell. Theodori ad Nov. 115. cap. 12. (**Zachariae de L.** Anecd. p. 110.) Cf. **Biener**, Gesch. der Novellen p. 69. **Heimbach** Anecd. T. I. p. 251. **Mortreuil**, Hist. du droit Byzant. T. I. p. 284.

1) Cf. **Zachariae de L.** Anecd. p. 207. et in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 804. **Mortreuil**, Hist. du droit Byzant. T. I. p. 166. 167. 2) Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* IV. 612. in fine: .... *εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πολλαὶ διαφοραί, ἃς ἀνήγαγον ἐν τῷ γραφέντι μοι μονοβίβλῳ περὶ ληγάτων καὶ μόρτις καῦσα δωρεῶν, ἐγγεγραμμέναι διγ. α'. τοῦ λ'. βιβ.* Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* IV. 604. in fine: .... *εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πολλαὶ διαφοραὶ ληγάτου καὶ μόρτις καῦσα δωρεᾶς, ἃς ἀνήγαγον ἐν τῷ γραφέντι μοι μονοβίβλῳ περὶ ληγάτων καὶ μόρτις καῦσα δωρεῶν.* 3) l. l. p. 166. 4) Cf. Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* IV. 612. in not. 2. laudatum et Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* IV. 610., ubi haec leguntur: *Περὶ κοινωνιῶν καὶ διαφορῶν μόρτις καῦσα δωρεᾶς πρὸς ληγάτον, καὶ ληγάτου πρὸς φιδεϊκόμμισσον ἀνάγνωθι τὰ παραγεγραμμένα ἐν τῷ α'. διγ. τοῦ λ'. βιβ.* 5) Cf. Phot. Nomoc. tit. XIV. cap. (in **Voelli** bibl. iur. canon. T. II. p. 909.) „*καὶ ἄλλα δὲ διάφορα νόμιμα περὶ τούτου συνήγαγον ἐν τῷ γραφέντι μοι περὶ ἐναντιοφανιῶν μόνῃ βίβλῳ.*" (Cod. Cardin. Mazarini: *μονοβιβλίῳ.* Cf. **Voell.** ibid. p. 1140.) Obstare videtur, quod ad numerum librorum attinet, Sch. *Λέγει* IV. 280., ubi Anonymus ipse dicit: *εἴρηται .... ἐναντιοφανῶν βιβλίῳ ε'. τιτ. δ'. διγ. ζ'.*, ex quo quis collegerit, opus *περὶ ἐναντιοφανειῶν* plures libros, saltem quinque, continuisse. Laudatur autem ibi L. 7. tit. 4. lib. V. Digestorum, uti ex his, quae in dicto scholio sequuntur, apparet. In Sch. *Τοὺς* IV. 43. hoc opus Anonymi dicitur *τὸ τῶν ἐναντιοφανῶν βιβλίον.* 6) **Zachariae de L.** Anecd. p. 197. et Krit. Jahrb. l. l. p. 804. 7) Krit. Jahrb. l. l. p. 804.

1) **Zachariae de L.**, Hist. iur. Graeco-Romani delin. p. 30 sq. et in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 806. **Mortreuil**, Hist. du droit Byzant. T. I. p. 168 sq. 2) Sch. *Ὁ δὲ* Basil. ed. Heimb. T. I. p. 572. „*Ὁ δὲ δημοσίαν ποιήσας καινοτομίαν δίχα βασιλικῆς προστάξεως δίδωσι λίτρας πεντήκοντα, ὡς βιβ νη'. τιτ. ιβ'. διγ.* (lege *κεφ.*) *κδ'. οὕτως γάρ φησιν ὁ τοῦ Κωβιδίου ποινάλιος.*" 3) **Zachariae de L.** Anecd. p. 191. et hist. iur. Graeco-Romani delineatio p. 30. 31.

Οἱ εἰς βλάβην ἀνθρώπων δαίμονας ἐπικαλούμενοι θηρίοις παραδιδόσθωσαν (summa L. 6. C. IX. 18.) [4])

Ὁ μοιχεύων τὴν ὑπὸ πολλῶν διὰ κέρδος ἀφανιζομένην οὐ κατέχεται τῷ περὶ μοιχείας ἐγκλήματι, ὡς οὐδὲ ὁ μοιχεύων τὴν ἐν ἐργαστηρίῳ ὑπηρετοῦσαν (summa L. 22. C. IX. 9.) [5])

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ μη΄. βι. τῶν διγ. διατ. η΄. τι. ιθ΄.

Ἐὰν γυνὴ λαβοῦσα χρῆμα παρά τινος τῶν κληρονόμων ἐπὶ τῷ ἀμβλῶναι τὸν ἐγκυμονούμενον παρ᾽ αὐτῆς ἰνστιτοῦτον κληρονόμον ἀπό τινος φαρμάκου ἐκτρώσει, κεφαλικῶς τιμωρεῖται (summa L. 39. D. XLVIII. 19.) [6])

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ βι. τῶν διγ. μθ΄. (lege *ιθ΄.*) *κεφ. λη΄.*

Οἱ ἐπὶ τῷ ἐκτρῶσαι παρέχοντες πόμα ἢ ἐρωτικὸν, εἰ καὶ μὴ κατὰ δόλον τοῦτο ποιοῦσιν, ἐπειδὴ κάκιστόν ἐστιν ὑπόδειγμα, εὐτελεῖς μὲν ὄντες μετάλλῳ παραδίδονται, σεμνότεροι δὲ εἰς νῆσον ἐξορίζονται, δημευόμενοι εἰς μέρος· εἰ δὲ ἐκ τούτου τελευτήσει γυνὴ ἢ ἄνθρωπος, τὴν ἐσχάτην ὑπομένουσι τιμωρίαν (versio *κατὰ πόδα* L. 38. §. 5. D. XLVIII. 19.) [7])

Ultimum locum, qui versionem L. 38. §. 5. D. XLVIII. 19. ad verbum continet, Cobidas haud dubie ex indice Dorothei hausit, quem Digesta paene *κατὰ πόδα* graece vertisse, cum de eo sermo esset, observavimus. Auctor libri est Cobidas, cuius etiam ad Digesta adnotationes extant. Ex titulo operis coniici potest, Cobidam de delictis et poenis in illo tractasse. Ceterum de indole eius certi proferri nihil potest. Coniecerit quispiam, Cobidam libros terribiles (Dig. lib. XLVII. XLVIII.) et Codicis librum IX. graece vertisse vel epitomas eorum librorum confecisse eosque adnotationibus illustrasse. Quae coniectura confirmari videtur eo, quod fragmenta opusculi supra exhibita ex Digestorum libro XLVIII. et Codicis libro IX. desumta sint. Verum enimvero scholio Basilicorum laudato probatur, auctorem opusculi non substitisse in libris terribilibus et libro IX. Codicis illustrandis. Nam in scholio illo traditur, eum, qui novum opus in re publica fecerit citra iussionem Principis, quinquaginta libris [auri] mulctari, ut Basil. lib. LVIII. tit. 12. cap. 24.: hoc enim dicere Cubidii *τὸν ποινάλιον*. Locus Basilicorum laudatus continuit epitomen L. 20. C. de operibus publicis VIII. 11., qua mulcta quinquaginta librarum auri denunciatur his „qui sine auctoritate divini rescripti .... angiportus integros vel partes suis domibus incluserunt vel porticus usurparunt." Ex L. 13. C. eod. locus Basilicorum desumtus esse nequit, cum hac constitutione sex duntaxat auri librarum mulcta denuncietur iudici, qui Principe non consulto novum opus inchoaverit. Auctoritate scholii Basilicorum laudati arbitror, opere Cobidae locos omnes Digestorum et Codicis, fortasse etiam Novellarum, quibus sanctiones poenales continebantur, fuisse comprehensos. Dubitari potest, utrum locos duntaxat ad poenas publicas pertinentes, an etiam de poenis privatis agentes Cobidas opere suo congesserit. Probabilius tamen est, Cobidam de privatis quoque poenis in libro suo egisse. Nam Digestorum liber XLVII. magnam partem delicta spectat, quae ab initio poena privata coercebantur, cuius in locum paulatim sub Imperatoribus poena publica, et quidem extraordinaria, successit. Ex fragmentis superstitibus coniici merito potest, Cobidam aliorum Iureconsultorum commentarios adhibuisse, in Digestis indicem Dorothei, in Codice Theodori Breviarium Codicis.

---

4) Versio a Zachariae de L. exhibita haec est: Qui in noxam hominum daemonas invocant, feris bestiis tradantur. Illud feris in versione supervacaneum est. 5) Versionem Zachariae de L. hanc exhibuit: Qui adulterio cognoscit eam, quam plures corrupere quaestus causa, non tenetur crimine adulterii, sicuti nec is, qui cum tabernae ministra adulteratur. Haec summa L. 22. C. IX. 9. desumta est ex Theodori Breviario Codicis: nam fere eadem habentur in Sch. *Θεοδώρου* Basil. ed. Heimb. T. V. p. 749. Cf. Zachariae de L. Anecd. p. 191. not. 94. 6) Versio haec est: Si mulier accepta a quodam ex heredibus pecunia, ut ventrem heredem institutum abigeret, medicamento quodam abegerit, capite punitur. 7) Versio haec est: Qui abortus faciendi causa aut amatorium poculum dant, etsi dolo hoc non faciant, quia pessimum exemplum est, qui humiles sunt, in metallum dantur, honestiores autem in insulam relegantur, publicata parte bonorum: quodsi eo mulier vel homo perierit, ultimum sustinent supplicium.

PROLEGOMENA.

LIBER SECUNDUS.

HISTORIA BASILICORUM.

CAPUT I.

Conditio iuris civilis seculo IX. exeunte.

§. 1. Fata studii iuris civilis post Heraclium Imperatorem [1]).

Studium iuris civilis sub Imperatoribus, qui Iustiniano successerunt, easdem subiit vicissitudines, quibus reliquae disciplinae obnoxiae fuerunt. In dialogo, qui libro Theophylacti *ἱστορία οἰκουμενική* inscripto praemissus est, Philosophia et Historia plangunt, se ab Imperatore Phoca esse neglectas, et laudibus ferunt Sergium Patriarcham, cuius auxilio reviviscere incipiant. Heraclio imperante scholae iuris discendi docendique iuris rationem a Iustiniano sancitam recuperarunt. Mox autem Imperatores controversiis theologicis impliciti hominum ingenia ad literarum bonarumque artium studium incitare neglexerunt. Dubium est, utrum, quod scriptores catholici tradunt, Leo Isaurus abolito imaginum cultu inter persecutiones, quibus imaginum cultores obnoxii fuerunt, scholam Constantinopolitanam sustulerit, an huius scholae interitus, quod alii scriptores perhibent, tristi istius aetatis genio et vicissitudinibus, quas imperium tunc temporis subiit, in universum tribuendus sit. Hoc tamen certum est, ab ea inde aetate multis fuisse effectum, ut literarum et bonarum artium lux extingueretur. Commune reliquarum disciplinarum fatum etiam iurisprudentia et studium iuris civilis subierunt. Sub Leone Armenio, Theophilo, et inprimis Michaele Methysta imperante, qui Bardam avunculum anno 860. Caesarem creavit, auxilio Bardae meliora tempora illuxerant. Bardas Caesar creatus scholas ad interitum vergentes restituit et resuscitavit et omnino id egit, ut literarum bonarumque artium studium anteriorum Imperatorum ignorantia prorsus neglectum reviviseceret. Quem in finem magistros, qui literas traderent, instituit, nec sumtibus pepercit ad ea, quae sibi proposuerat, perficienda necessariis, adeoque discipulorum numero ipse saepe interfuit, quo iuventutem ad literarum studium incitaret. Magnam curam iuris civilis studio impendit [2]). Quae omnia effecerunt, ut Basilio Macedone imperatore studium iuris denuo efflorescerct.

§. 2. Conditio iuris civilis eo tempore, quo Basilius Macedo imperium nactus est [1]).

Leo Isaurus quidem seculo post Christum octavo Eclogam promulgaverat. Sed Leo Isaurus et qui eum proxime secuti sunt imperatores, ob abolitum imaginum cultum posteris fuerunt exosi, cui odio mox omnia ab illis constituta fuerunt obnoxia. Praeterea cum literarum bonarumque artium studium, Barda inprimis favente et opitulante, paulatim reviviseceret, quod et in iuris civilis studio contigisse antea vidimus, Ecloga cultioribus hominum ingeniis rudis et crassa et ad expediendas causarum subtilitates minus idonea visa est. Ita factum est, ut Eclogae auctoritas seculo nono paulatim minueretur et Iurisconsultis denuo libros iuris Iustinianei in auxilium vocare necesse esset. Libris autem iuris Iustinianei in iudiciis et in schola adhibendis impedimenta et difficultates obstiterunt, de quibus nunc paulo uberius agendum erit.

Ac primum quidem libri iuris Iustinianei, quamvis nusquam fuissent abrogati, ipsi, quod ad textum eorum authenticum attinet, modo Novellas exceperis, in iudiciis non adhibebantur; in locum Institutionum, Digestorum et Codicis commentarii et versiones a Iureconsultis sub Iustiniano et paulo post eum viventibus graeco sermone conscripti successerant. Novellae unice maximam quippe partem graeco sermone promulgatae versionibus et commentariis graecis, quo intelligerentur et usui iudiciorum aptae redderentur, minime indigebant. Commentarii ad Institutiones, Digesta et Codicem plures extabant ad singula haec legum volumina a diversis auctoribus scripti; diversi commentarii de eodem legum libro scripti non semper conveniebant. Fieri ergo non potuit, quin, cum commentariorum auctores in eodem loco explicando et interpretando saepe discreparent, hoc modo multae dissensiones et difficultates usui forensi nascerentur. Nihilosecius inter plures eiusdem legum libri versiones et

---

1) Cf. Allgem. Lit.-Zeitung. April 1847. p. 474. Schoell, Gesch. der griech. Literatur übers. durch Pinder T. III. p. 6—14. Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. I. p. 373 sq. Zachariae, Hist. iur. Gr.-Romani delineatio §. 13. 2) Cedren. Hist. p. 513 sq. p. 547—551., cuius inprimis hic locus huc pertinet: „*Ὁ δὲ αὐτὸς Βάρδας καὶ Καῖσαρ γενόμενος συνεχῶς ἐφοίτα τοῖς τοῦ ἱπποδρόμου δικαστηρίοις καὶ τοὺς νόμους ἀνηβῶν αἴτιος γέγονε, τοῦ χρόνου καὶ τὴν περὶ αὐτοὺς ἀκρίβειαν συγκαλύψαντος.*"

1) Zachariae, Delineatio §. 24. et Prochir. p. XLVII sq. LIV sq. Mortreuil, Histoire T. II. p. 1 sq.

interpretationes una prae reliquis in usu iudiciorum fuisse videtur. Sic inter commentarios ad Institutiones compositos palmam reliquis praeripuit Theophili paraphrasis, quod tam ex usu eius in Prochiro, Epanagoge et in Basilicis frequenter facto, quam exinde probatur, quod praeter Basilica in multis Codicibus integra servata est, cum reliquorum commentariorum pauca vix fragmenta supersint. E commentariis ad Digesta compositis prae reliquis usum obtinuit commentarius Stephani ad eos Digestorum libros, qui ex iuris docendi ratione a Iustiniano sancita in scholis iuris explicandi erant (*τὰ πραττόμενα βιβλία*); ad reliquos Digestorum libros, quos Stephanus commentario non illustraverat, in usu inprimis fuit Dorothei commentarius. Cur commentariorum Theophili et Anonymi, quos solos nomino, cum reliquorum vix memoria extet, non eandem, quam Stephani et Dorothei, auctoritatem fuisse contendam, hoc causae est. Theophili commentarius pauciores Digestorum libros complectebatur, quam Stephani index, ac praeterea illius usu eo facilius carere poterant, quo saepius Stephanus in commentario sententiarum et interpretationum Theophili ad Digestorum locos fecerat mentionem. Anonymi commentarius quidem in Nomocanone XIV titulis constante et in Collectione constitutionum ecclesiasticarum excerptus atque adeo in textum Basilicorum receptus est. Nec vero exinde derivari potest, eius usum prae Stephani et Dorothei commentariis in iudiciis ante Basilica promulgata fuisse praecipuum. Causa, cur Anonymi Summa Digestorum in dictas collectiones fuerit translata, indoli potius libri, quam maiori auctoritati et usui prae reliquis commentariis videtur esse tribuenda. Quod ad Basilica attinet, Anonymi Summa brevis et concinna longe aptior erat textui novae legum collectionis formando, quam Stephani et Dorothei indices, quorum hic verba Digestorum anxie premens nomina et sententias antiquorum Iureconsultorum in textu Digestorum obvias reddit sequiori aetate vix consideratas, ille praeterquam quod in nominibus et sententiis antiquorum Iureconsultorum allegandis cum Dorotheo convenit, tanta verborum copia et tam diffusa oratione utitur, ut textui novae legum collectionis efformando inservire minime potuerit, quem in finem necesse fuisset, ut Stephani commentarius in brevius redigeretur. Ad Digestorum libros in scholis explicari solitos maior usus fuit commentarii Stephani, quam Dorothei. Primum enim quoad hos Digestorum libros in antiqua Basilicorum scholia translatus est Stephani commentarius, cum Dorothei raro ad eosdem mentio fiat et pauca eius fragmenta extent. Deinde in recentioribus Basilicorum scholiis saepissime provocatur ad Stephani, raro ad Dorothei auctoritatem. Inter eos, qui commentarios de Codice Iustinianeo composuerunt, summam auctoritatem nactus est Thalelaeus; minor auctoritas fuit Isidori, Anatolii, Stephani et Theodori. Quod ut existimem, his inprimis causis inducor. Ac primum quidem Thalelaei commentarius, cum praeter indicem sive brevem epitomen singularum constitutionum latinarum constitutionum versionem graecam *κατὰ πόδα* factam exhiberet et multis adnotationibus textum illustraret, usui iudiciorum optime inserviit, cum eiusmodi versione effectum sit, ut iudices latinae linguae ignari textum graecum constitutionum latinarum ante oculos haberent neque ad epitomas defugere cogerentur. Deinde usus huius commentarii in Basilicis factus argumento est, praecipuam eius prae reliquis commentariis fuisse auctoritatem. Ut enim taceam, permagnam huius commentarii partem in Basilicorum textum esse translatam, non minor usus eius fuit in antiquis Basilicorum scholiis. Neque legislatoris arbitrio tribuendum videtur, quod ex Thalelaei commentario Basilicorum textus sit efformatus; imo potius usus eius in iudiciis frequentatus et praecipua, qua prae reliquis commentariis in foro iam ante Basilium Macedonem fruebatur, auctoritas causam dedit ei in Basilicorum textum transferendo. Theodori Breviarium Codicis regulariter nonnisi in scholia antiqua translatum est; num etiam loci Basilicorum ex eo hausti sint, dubium est. Anatolii commentarius, ubi Thalelaei copia non fuit, in Basilicorum textum translatus est; Isidori commentarii fragmenta nonnulla in scholiis antiquis supersunt. Commentarii Stephani memoria interciderat, donec nostra memoria Zachariae de Lingenthal eum fragmentis hactenus ignotis ad lucem editis resuscitaret. Ex his, quae modo dixi, apparet, usum horum commentariorum in Basilicis eorumque scholiis antiquis factum inprimis causam dedisse sententiae modo propositae de maiore auctoritate uni alterive commentario prae reliquis in foro iam ante Basilium Macedonem tributa. Credi enim vix potest, compilatores Basilicorum et scholiorum antiquorum pro lubitu et ex mero arbitrio ita esse versatos; imo probabile est, eos in hoc vel illo commentario prae reliquis eligendo usum, qui hactenus in iudiciis obtinuit, esse secutos. Ceterum praecipua auctoritas, quae iam ante Basilium Macedonem uni alterive commentario in iudiciis tribuebatur, non obstabat, quominus etiam reliqui commentarii adhiberentur, quippe quorum usus nulla lege esset prohibitus. Fieri ergo non potuit, quin litigatores eorumque advocati in litibus ad aliorum etiam commentariorum, quam qui in iudiciis maxime frequentarentur, auctoritatem provocarent. Quo effectum est, ut, cum iuris Iustinianei interpretes saepe dissentirent, novae emergerent controversiae, ius denuo incertum fieret et res fere ad eum rediret statum, qui fuit ante quam Iustinianus suas legum collectiones promulgaret.

Accessit alia horum commentariorum in iudiciis adhibendorum difficultas ex usu vocum latinarum in commentariis obviarum oriunda. Inter omnes constat et supra monitum est, Iureconsultos seculi sexti in commentariis verba artis latina retinuisse. Horum verborum intellectu seculo nono, quo linguae latinae usus in iudiciis iam dudum interierat, iudices et advocati caruerunt.

Obiecerit quispiam, iam ante Basilium Macedonem verborum artis latinorum graecis permutandorum periculum esse factum, cum verba artis latina in Collectione constitutionum ecclesiasticarum obvia in Nomocanone XIV titulis constante, qui pluribus seculis ante Basilium in lucem editus est, graece reperiantur reddita. Vix autem dubium est, illius Nomocanonis auctorem, qui et Collectionem constitutionum ecclesiasticarum composuit, verba artis latina retinuisse eaque seculo nono a Photio Patriarcha, qui seculo nono veterem Nomocanonem denuo sub incudem vocavit, interpolavit et accessionibus auxit, graece fuisse reddita. Photii enim aetate, qua etiam Basilicorum collectio promulgata est, usus invaluit verborum artis latinorum graecis permutandorum. Quod bene ex ipsis Basilicis intelligitur, in quibus verborum artis latinorum vestigium extat nullum. Verba tamen artis latina nonnisi in Basilicorum textu, in legum collectione publica auctoritate munita graece reddita sunt. Nam in schola et in studio iuris usum verborum artis tunc tem-

poris non desiisse, imo etiam seculo decimo durasse, probant fragmenta commentariorum Thalelaei, Dorothei et Stephani in antiqua scholia translata.

Tum iuris Iustinianei externa forma usum eius in iudiciis reddebat difficilem. Neque enim uno corpore vel volumine comprehendebatur, sed quatuor partibus sive voluminibus, Institutionibus, Digestis, Codice et Novellis, constabat. Itaque legum praecepta per quatuor has partes dispersa ex his erant conquirenda et invicem comparanda. Nec dubio carebat ratio, quae inter has singulas partes intercederet. Dubium quidem non erat, quin Novellae, quippe recentissimae leges, reliquis partibus essent anteponendae. Dubitari autem maxime poterat de ratione inter Institutiones et Digesta intercedente, utrum haec illis essent anteponenda an contra. In scholiis Basilicorum antiquis saepe mentio facta est locorum ex diversis iuris Iustinianei partibus sibi invicem repugnantium; in iisdem scholiis saepe periculum factum est locos hos repugnantes conciliandi. Quin etiam locos in eodem volumine sibi invicem repugnare visos conquisiverunt et conciliare studuerunt. Notum est *βιβλίον περὶ ἐναντιοφανειῶν*, liber de locis Digestorum sibi repugnantibus. Quae omnia argumento sunt, difficultates librorum iuris Iustinianei adhibendorum fere easdem fuisse in Oriente, quae posteriori aetate in Occidente fuerunt.

Denique libris iuris Iustinianei multa continebantur vel recentiorum Imperatorum constitutionibus immutata, vel alia ratione antiquata et abrogata[2]). Nolim tamen hanc causam inter eas numerare, quae Basilium et Leonem Sapientem ad veterum legum repurgationem instituendam prae reliquis moverint, quamvis Leo ipse in Novella 1. huius iuris Iustinianei conditionis mentionem fecerit. In Basilicis certe multa deprehenduntur iuris Iustinianei capita, quae iam per Novellas Iustiniani erant antiquata, et Novellae recentiorum Imperatorum, quatenus corpore CLXVIII Novellarum non continentur, in Basilicis sunt praetermissae.

Difficultatibus iuris Iustinianei in iudiciis adhibendi modo expositis accessit, quod neque Institutiones Iustiniani cum graecis earum versionibus, neque Ecloga Leonis Isauri quarto seculi octavi decennio edita primis iuris elementis cum fructu percipiendis sufficiebant. Ut enim taceam, Institutiones latino sermone quippe conscriptas difficiles intellectu fuisse, quod et de versionibus earum, maxime Theophili, propter usum verborum artis latinorum retentum valet, Institutionibus ius, quod seculo nono exeunte in usu erat, non continebatur. Ecloga Leonis autem ad homines primis iuris elementis imbuendos minime erat idonea, tum quia a iure Iustinianeo tunc temporis in usum revocato nimis abhorrebat, tum quia et ipsa propter abolitum imaginum a Leone Isauro cultum in odium hominum venerat, adeo ut quae in ea essent constituta, negligerentur et contemnerentur[3]).

§. 3. Basilii Macedonis de emendando statu iuris civilis consilium.

Ad talem iuris civilis conditionem emendandam Basilius Macedo, qui anno 867. imperium nactus est, accessit. De instituti eius ratione et consilio auctor incertus, qui vitam eius descripsit[1]), haec tradit: „*Εὑρὼν δὲ καὶ τοὺς πολιτικοὺς νόμους πολλὴν ἀσάφειαν καὶ σύγχυσιν ἔχοντας διὰ τὴν ἀγαθῶν ὥσπερ καὶ πονηρῶν συνανάστροφὴν, λέγω δὴ τὴν ἀργηκμένων καὶ πολιτευομένων ἀδιάκριτον καὶ κοινὴν ἀναγραφὴν, καὶ τούτους κατὰ τὸ προσῆκον καὶ ἐνδεχόμενον προσφόρως ἐπηνωρθώσατο, τὴν τῶν ἀργηκμένων ἀχρηστίαν περιελὼν, καὶ τῶν κυρίων ἀνακαθάρας τὸ πλῆθος, καὶ ὥσπερ ἐν συνόψει ἐν κεφαλαίοις διὰ τὸ εὐμνημόνευτον τὴν προτέραν ἀπειρίαν περιλαβών*“ [2]). Secundum hunc auctorem igitur Basilius triplici ratione iuris civilis statum emendavit[3]). Ac primum quidem leges, quae antiquatae videbantur vel in desuetudinem abierant, nominatim abrogavit; deinde *ἀνακάθαρσιν τῶν παλαιῶν νόμων* instituit, hoc est, veteres leges, quae in foro observandae erant, propter nimiam earum confusionem repurgavit et digessit; denique enchiridium iuris (*σύνοψιν ἐν κεφαλαίοις*) edidit, ex quo iuris studiosi prima legum elementa sine taedio et labore discere possent. De duobus enchiridiis iuris a Basilio editis, altero, cui nomen *ὁ πρόχειρος νόμος*, altero, quod erat secunda Prochiri editio, cui nomen *ἐπαναγωγὴ τοῦ νόμου* erat, fusius iam disseruit Zachariae de L.[4]) ita, ut, cum ex novis fontibus totam rem illustraverit, in his, quae ille exposuit, acquiescendum esse videatur. Itaque postea agendum nonnisi erit de collectione legum antiquatarum a Basilio instituta et de repurgatione veterum legum ab eo suscepta.

CAPUT II.

Ἀνακάθαρσις τῶν παλαιῶν νόμων a Basilio instituta.

§. 1. Variae virorum doctorum de diversis Basilicorum editionibus sententiae.

Plures viri docti de tribus Basilicorum editionibus cogitarunt[1]). Ac primum quidem Basilius Macedo com-

2) Praefat. Prochir. §. 2. Nov. Leonis 1. 3) Praefat. Prochir. §. 2. „*διὰ τοῦτο ἀποτρόπαιος μὲν καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν γέγονεν ὁ πρώην ἐγχειρίδιος* (Ecloga Leonis), *οὐχ ὅλος μέντοιγε ὁλικῶς, ἀλλὰ ὅσον ὠφελεῖν.*“ Cf. Zachariae Prochir. p. XLVII.

1) Vide Combefisii Scriptores post Theophanem. Paris. 1685. fol. Hunc vitae Basilii Macedonis auctorem nonnulli Constantinum Basilii nepotem fuisse tradiderunt. Quod etiamsi non probet Zachariae Prochir. p. LIV. not. 1., tamen illum auctorem imperante Constantino vixisse arbitratur. 2) Quem locum Zachariae, Delin. §. 24. et Prochir. p. LV. sic latine vertit: Cum et leges civiles valde obscuras atque confusas reperisset, ob bonarum scilicet atque malarum permixtionem, quod nempe tum antiquatae, tum quae vigebant, nullo delectu ac communi et uno corpore conscriptae haberentur, has quoque convenienter, ac quoad res ferebat, commode emendavit; et tum antiquatas leges, quae iam nullius usus erant, sustulit, tum earum, quae ratae erant, multitudinem repurgavit, tum veluti compendio certis capitibus ob faciliorem memoriam priorem illarum infinitatem comprehendit. 3) Vide, quae hac de re disseruit Zachariae Prochir. p. LV., quem auctorem sequor. 4) Zachariae, Delineatio §. 25—27. p. 39—41. et Prochir. p. LIV—LXXXIV., quem secutus est Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. II. p. 19—46. Epanagogen primus edidit Zachariae de L. Collect. libror. iuris Gr.-Rom. ineditor. Lips. 1852., qui et in prolegomenis huius editionis p. 55 sq. plura de Epanagoge disseruit.

1) Fusius de variis virorum doctorum sententiis de tribus Basilicorum editionibus disseruit Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. II. p. 47 sq., ad quem, ne ab eo dicta repetam, lectores ablego.

pilationem ex graecis versionibus et commentariis librorum iuris Iustinianei, qua usus horum librorum sublevaretur nec vero eorum auctoritas abrogaretur, dicitur promulgasse[2]). Deinde Basilica a Leone Sapiente edita dicuntur, quibus opus a patre Basilio promulgatum denuo digessit immutavit supplevit[3]). Denique Constantinus Porphyrogeneta novam Basilicorum Leonis editionem traditur suscepisse et promulgasse[4]). Communis opinio porro haec est, recentiori editione antiquiorem non fuisse abrogatam. Qui Codicem Basilicorum possidebat, ex hac opinione uti eo pergebat etiam nova Basilicorum editione promulgata, cum Imperatores, cum novam editionem susciperent, non id agerent, ut novum Codicem legum promulgarent, quo priores editiones abrogarentur, sed usum librorum iuris Iustinianei et graecarum eius versionum vellent sublevare. Cui antiquior Basilicorum editio hunc ad finem sufficiebat, is recentiori editione carere poterat. Ita ex communi opinione factum est, ut Codices manuscripti harum trium editionum Basilicorum in usu essent, et ut Iureconsulti in foro perinde atque in libris compositis modo antiquiorem, modo recentiorem editionem adhiberent. Mirum itaque ex hac opinione non est, quod tam ex Codicibus Basilicorum superstitibus, quam ex libris Iureconsultorum Byzantinorum apparet, diversas Basilicorum editiones extitisse, quarum primam a Basilio Macedone, secundam a Leone Sapiente, tertiam a Constantino Porphyrogeneta promulgatam huius opinionis defensores ferunt. Hactenus apud communis opinionis defensores omnia clara, plana et expedita sunt. Verum enimvero disquirendum adhuc erat, quaenam ex tribus Basilicorum editionibus in Codicibus manuscriptis superstitibus servata esset, vel num uno eodemque Codice partes antiquioris, partes recentioris editionis continerentur. Non minus erat investigandum, quaenam harum diversarum editionum fundamento fuisset verbi causa Synopsi maiori, vel quanam ex editione loci Basilicorum in libro Pseudo-Eustathii *περὶ χρονικῶν διαστημάτων* laudati hausti essent. Quamvis satis multa hac de re ad nostram usque aetatem disputata fuerint, adhuc tamen sub iudice lis est. Communi de tribus Basilicorum editionibus opinioni iam hoc obstat, quod diversas Basilicorum formas, quae in Codicibus Basilicorum manuscriptis et nonnullis in libris iuris Basilicorum locos laudantibus conspicuae sunt, ad tres illas editiones, ex quibus formae illae diversae explicari solebant, reducere hactenus nemo potuit. Praeterea alia argumenta communem opinionem dubiam reddunt. Certe mirum est neque idoneis argumentis explicandum, quomodo factum sit, ut in imperio orientali, in quo Imperatores legibus ferendis non magnam operam navarunt, corpus legum tantae molis, quantae Basilica fuerunt, tam brevi tempore, quod ne unum quidem seculum explet, ter denuo digestum, redactum et editum sit. Accedit, quod de editione Basilicorum a Constantino Porphyrogeneta suscepta et promulgata unicum extat Theodori Balsamonis testimonium. Unice vera haec sunt: Basilius *ἀνακάθαρσιν τῶν παλαιῶν νόμων* suscepit et promulgavit, quae ad nostram aetatem non pervenit: *ἀνακάθαρσις τῶν παλαιῶν νόμων* a Leone Sapiente suscepta et edita maximam partem aetatem tulit: tertia Basilicorum editio a Constantino Porphyrogeneta suscepta maxime dubia est. Quae postea uberius exponentur.

§. 2. *Ἀνακάθαρσις τῶν παλαιῶν νόμων* a Basilio instituta.

De repurgatione veterum legum a Basilio Macedone instituta varia extant testimonia, quorum gravissima sunt, quae in praefationibus Prochiri et Epanagoges exhibentur[1]). Interpretatio horum locorum, maxime eorum, quae praefationibus Prochiri et Epanagoges continentur, et tota omnino indoles atque historia repurgationis veterum legum a Basilio institutae multis dubitationibus obnoxia est[2]). Ac primum quidem Basilius in prooemio Prochiri

---

2) Haec sententia his nititur testimoniis: Vita Basilii cap. 33. (cf. Cap. I. §. 3.) Cedren. Hist. p. 569. C. Praefat. Prochir. §. 3. Praefat. Epanagoges §. 1. Nov. Leonis 1. et 71. 3) Testimonia Graecorum, quibus haec sententia firmatur, haec sunt: Prooemium Basil. Praefat. Epitomes anno 920. editae §. 3. (similia his, quae in hac praefatione dicuntur, extant apud Michaelem Attaliatam in praef. *τοῦ νομικοῦ ποιήματος*. Leuncl. Ius Gr.-Rom. T. II. p. 2.; in Synopsi minori, quae Graecis vocatur *μικρὸν κατὰ στοιχεῖον* lit. *N*. §. 10.; apud Matthaeum Blastarem in praefat. Syntagmatis Bevereg. Synod. T. II.; apud Harmenopulum Hexabibl. lib. I. tit. 1. §. 7.) Michael Psellus in Synopsi legum v. 44—48. Theodorus Balsamon in praefat. ad Photii Nomocanonem versibus conscripta apud Voellum et Iustellum, Bibl. iur. canon. vet. T. II. p. 788. Cedren. Histor. ed. Paris. 1647. p. 569. C. Subscriptio Codicis Paris. 2005., quam edidit Zachariae, Delin. p. 45. 4) Unicum, quod pro hac sententia affertur testimonium, est Theodorus Balsamon in praef. ad commentarium ad Photii Nomocanonem (apud Voellum l. l. T. II. p. 814.). Provocari etiam posset ad Codicem Vaticanum 853. seculi XIV. (cf. Heimbach Anecd. T. I. p. 221. not. 1.) ubi fol. 8. B. in schedula margini adglutinata haec inscriptio exhibetur: *Τιπούκειτος, τὰ παράτιτλα τῶν ξ. βιβλίων τῶν Βασιλικῶν τοῦ Λέοντος καὶ Κωνσταντίνου ἤτοι τοῦ* (sic) *ἑξηκονταβίβλου*, nisi haec manu scriptoris seculo decimo sexto posterioris scripta essent. Cf. Heimbach l. l. T. I. p. 220.

1) Auctor vitae Basilii cap. 33., cuius locum dedi Cap. I. §. 3. Cedren. Hist. p. 569. C. „*ἀλλὰ καὶ τοὺς πολιτικοὺς νόμους πολλὴν ἀσάφειαν καὶ σύγχυσιν ἔχοντας ἰδών, καὶ τούτους κατὰ τὸ προσῆκον προσφόρως ἐπανορθώσασθαι ἔσπευσε, καὶ τὴν μὲν τῶν ἀργησάντων ἀχρηστίαν περιελεῖν, τῶν δὲ κυρίων ἀνακαθᾶραι τὸ πλῆθος· οὐκ ἔσχε δὲ καιρὸν προκαταληφθεὶς θανάτῳ. Ἐξεπλήρωσε δὲ τὸ ἔργον Λέων ὁ υἱὸς αὐτοῦ μετὰ ταῦτα.*" Praefat. Prochir. §. 3. „*Ἐπειδὴ δὲ ἀνωτέρω ἀνακαθάρσεως τῶν παλαιῶν νόμων ἐμνημονεύσαμεν, εἰδέναι χρή, ὅτι συναγηοχότες ἐν ἑνὶ τεύχει τὰ ἀργήσαντα πάντα τεθείκαμεν, ὡς ἂν δήλη καὶ σαφὴς ἡ τούτων ἀργία πᾶσι γνωρίζοιτο. τὰ μέντοι συνεστῶτα τῶν παλαιῶν νόμων ἐν τῷ οἰκείῳ σχήματι μενόντων ἐν ἑτέραις ἑξήκοντα βίβλοις καθυπετάξαμεν, τοῖς βουλομένοις σπουδὴν καὶ περὶ τὴν γνῶσιν καὶ μάθησιν τοῦ πλάτους τῶν νόμων ἐγκαταλείψαντες.*" Praefat. Epanagoges §. 1. „— *ἡ ἡμετέρα βασιλεία . . . πρῶτον μὲν τὰ ἐν πλάτει τῶν παλαιῶν νόμων κείμενα ἅπαντα ἀνακαθαίρουσα, ἐν τεσσαράκοντα βίβλοις ἄδολωτον καὶ ἀνόθευτον τὸ πᾶν χῦμα τοῦ νόμου ὡς πόμα θεῖον ὑμῖν ἐκέρασε· νῦν δὲ . . . ἐκ τῶν εἰρημένων τεσσαράκοντα βίβλων τῶν προκεκριμένων . . . . ἐκλεξαμένη ἐν τεσσαράκοντα τίτλοις, ἰσαρίθμῳ ταῖς βίβλοις, ἐν χερσὶ φέρειν . . . νόμον . . . εἰσαγωγικὸν ἐκείνων τῶν ἐν ταῖς τεσσαράκοντα βίβλοις κειμένων ὑμῖν ἐφιλοτιμήσατο.*" Novella Leonis 1. „*Τούτων οὖν ἡμῖν οὕτω διῳκημένων, ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸν ἔπειτα ἅπαντα χρόνον ἅπασιν, εἰς οὓς ἀνήρτηται τὰ τῆς δίκης ζυγά, ἄρχουσι καὶ δικασταῖς ἐντελλόμεθα, τοὺς μέν, ὅσοι παρὰ τῆς βασιλείας ἡμῶν τοῦ νομίμου ἐδάφους τὴν ἀπαλλοτρίωσιν κατεψηφίσθησαν, τούτους ἀχρήστους ἡγουμένους ἐᾶν ἐῤῥῖφθαι· κατὰ δὲ τοὺς λοιποὺς ἐγγράφους τοὺς ἀρχαίους καὶ τοὺς μικρῷ πρόσθεν παρὰ τοῦ ἀειμνήστου πατρὸς ἡμῶν, νῦν δὲ παρ' ἡμῶν ἐγκεκριμένους ἢ τεθεσπισμένους ταῖς δίκαις βραβεύειν τὰς διαλύσεις.*" Novella Leonis 71. „*Γνώμην ἀρίστην τε καὶ ἐννομωτάτην παρὰ τοῦ ἀειμνήστου γονέως ἡμῶν καὶ βασιλέως ἐξενηνεγμένην . . . δεῖν ἐκρίναμεν νόμου τιμῇ ἀξιῶσαι· ἐπεὶ μὴ παρὰ τοῦ πατρὸς εἰς τὴν τῶν νόμων ἐγράφη συμπολιτείαν.*" 2) Cf. Ergaenzungsblaetter zur Jenaischen Lit.-Zeit. 1813. p. 323. Heimbach de Basil. p. 3—7. Biener, Gesch. der Novellen p. 128. not. 21. et in: Tuebing. krit. Zeitschr. II. p. 52—56. Zachariae de L. *Αἱ ῥοπαί* p. 94 sq. Heimbach Anecd. T. I. p. XXXI—LXII. Zachariae de L. Prochir. p. LXXXIV—XCIV. Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. II. p. 46—61.

ipse auctor est, se ex veteribus legibus omnia, quae abrogata et antiquata essent, in unum volumen (*ἐν ἑνὶ τεύχει*) coniecisse, quo nota cunctis et perspicua eorum fieret inutilitas; quae vero conservata essent ex antiquis legibus in suo statu manentibus, in aliis sexaginta libris adstruxisse. Videndum ante omnia est de uno illo volumine, quo leges abrogatae et antiquatae continebantur. Dubitari potest, quaenam leges antiquatae intellegendae sint, utrum sanctiones iuris Iustinianei antiquatae, an quae ex sequioris aetatis legibus in usu esse desierunt. Verbis *τῶν παλαιῶν νόμων* tam hae, quam illae significari possunt. Zachariae de L.[3]) omnes leges trium praecedentium seculorum a Basilio abrogatas esse arbitratur, deque his locum prooemii Prochiri intelligit. Quae coniectura maxime probabilis esse videtur. Quod enim ad ius Iustinianeum attinet, in sexaginta libris, in quibus Basilius se ea, quae ex antiquis legibus in suo statu manentibus conservata essent, congessisse narrat, non crediderim sanctiones iuris Iustinianei antiquatas fuisse omissas, quamvis Basilius dixerit, nonnisi ea, quae ex veteribus legibus valida adhuc essent, in illis sexaginta libris a se esse congesta. Nam si auctoritatem Basilicorum Leonis sequeris, multa in his invenies iuris Iustinianei praecepta iam Novellis Iustiniani mutata et abrogata. Cum probabile sit, Leonem in repurgatione veterum legum a se instituta exemplum Basilii patris esse secutum, in repurgatione veterum legum a Basilio instituta iuris Iustinianei praecepta tam quae adhuc in usu erant, quam quorum desierat usus, arbitror fuisse comprehensa. Itaque illud unum volumen (*ἓν τεῦχος*), in quod Basilius leges antiquatas coniecit, indicem earum constitutionum Imperatorum post Iustinianum viventium, quas Basilius nominatim abrogavit, continuit. Cui coniecturae optime concinit, quod praeter Novellas Iustini II. et Tiberii II., quae corpore CLXVIII Novellarum continentur, reliquorum Imperatorum, qui post Iustinianum vixerunt, paucae nonnisi constitutiones supersunt eaeque maxime ius canonicum spectantes[4]). Aliam indolem illius unius voluminis, quo leges antiquae abrogatae continebantur, fuisse censuit Zachariae de L.[5]), cum illud comparaverit libro Novellarum Leonis. Cum enim Leo repetitam ediderit Basilicorum praelectionem, probabile ille arbitratur, Leonem etiam illud *ἓν τεῦχος* sub incudem revocasse et ita librum *ἐπανορθωτικῶν διατάξεων* promulgasse, ita ut Novellae Leonis pro nova editione voluminis legum abrogatarum a Basilio confecti habendae sint. Verum enimvero Novellis Leonis non solum multae iuris antiqui sanctiones abrogatae, verum etiam multa recens constituta sunt. Basilius disertis verbis tradit, in illo volumine se leges veteres abrogatas collegisse, nec vero dicit, in eo se nova constituisse. De novis Basilii constitutionibus volumine illo comprehensis sermo esse omnino non potest, cum Basilius constitutiones suas Prochiro inseruerit. Itaque in coniectura de argumento illius voluminis supra proposita acquiescendum arbitror, maxime cum causa satis idonea, cur recentiorum Imperatorum constitutiones Basilius abrogaverit, ab ipso Zachariae de L.[6]) prolata sit, abolitus scilicet a Leone Isauro et proxime eum secutis Imperatoribus imaginum cultus, quo apud posteros odium sibi contraxerant, postea quam imaginum cultores superiores discesserant, ad omnia ab illis constituta extensum. Accedit, quod, si Leo illud *ἓν τεῦχος* repetiisset ad eiusque exemplum Novellas suas promulgasset, saepius constitutionum Basilii patris in suis Novellis fecisset mentionem. Vix enim credibile est, Leonem, qui, ubi de Basilio patre in Novellis loquitur, magna cum laude prosequitur[7]), constitutiones a patre emissas suo nomine denuo promulgasse, non facta patris mentione. Neque igitur assentior Zachariae de L. coniicienti[8]), legem Basilii, quam Leo in Novella 71. in legum corpus a Basilio non transscriptam fuisse narrat, isto volumine fuisse comprehensam; imo locum hunc non de constitutione quadam Basilii, sed de sententia eius inter partes lata intelligendum censeo. Dubitaverit quis, num Basilius volumen illud, quo leges antiquatae continebantur, promulgaverit. Nam in prooemio Epanagoges, quae est secunda Prochiri editio, illius voluminis mentio facta est nulla, et quod ad repurgationem veterum legum, quae retentae fuerunt, attinet, Basilius in prooemio Prochiri de sexaginta libris loquitur, in quibus antiquas leges reposuerit, in prooemio autem Epanagoges de quadraginta libris sermonem facit, quibus totum ius contineatur. Itaque cum probabile sit, quo tempore Prochirum editum fuit, legum veterum repurgationem sexaginta libris constantem ad finem nondum fuisse perductam, neque in prooemio Epanagoges eius voluminis, quo leges abrogatae comprehendebantur, mentio facta sit, derivare exinde quis voluerit, nec Prochiri, neque Epanagoges editae tempore volumen illud editum fuisse. Merito autem hanc coniecturam reprobavit Zachariae de L.[9]). Promulgati enim voluminis, quo leges abrogatae continebantur, testem habemus auctorem vitae Basilii cap. 33. (cf. §. I.)

Quod silentio praetermissum sit legum abrogatarum volumen, aliis ex causis potest explicari. Sufficiebat enim, semel Basilium indicasse hoc volumine constitutiones antecedentium Imperatorum a se abrogatas, nec necesse erat, ut illud repeteret aut denuo sub incudem revocaret, cum novas constitutiones in eo non promulgasset. Mentionem huius voluminis in prooemio Epanagoges fecit nullam, cum consilium, ut ex hoc prooemio apparet, nonnisi in repurgatione veterum legum instituenda mutasset, quam, ut ipse in prooemio Prochiri auctor est, in sexaginta libris facere instituerat, secundum prooemium autem Epanagoges quadraginta libris comprehendit. Quo tempore illud volumen indicem constitutionum abrogatarum continens editum fuerit, nonnisi coniici potest. Quod enim Basilius in prooemio Prochiri ait: „Quod autem superius de repurgatione veterum legum mentionem fecimus, sciendum est, nos omnia, quae abrogata sunt, collegisse et in unum volumen coniecisse, quo nota cunctis et perspicua eorum inutilitas fieret", eo minime probari quis dixerit, illud volumen Prochiri editi tempore iam fuisse promulgatum, cum similiter Basilius ibidem loquatur de antiquis legibus, quae conservatae sunt et in statu suo manent, in sexaginta libris repositis, revera autem hoc sexaginta librorum opus non fuerit promulgatum, uti

3) *Αἱ ῥοπαί* p. 86. et not. 43. 4) Zachariae de L. Ius Gr.-Rom. P. III. Prolegom. p. VI. 5) Prochir. p. LXXXV. not. 108. 6) Prochir. p. XLVII. Proleg. ad Ius Gr.-Rom. P. III. p. VI. 7) Nov. Leonis 1. *„παρὰ τοῦ ἀειμνήστου πατρὸς ἡμῶν."* Nov. 55. *„ὁ δὲ τῆς θείας λήξεως βασιλεύς, οὗ τῆς σπορᾶς ἡμῖν ἡ βλάστη."* Nov. 71. *„Γνώμην ἀρίστην τε καὶ ἐννομωτάτην παρὰ τοῦ ἀειμνήστου γονέως ἡμῶν καὶ βασιλέως ἐξενηνεγμένην."* Nov. 73. *„ὁ περιώνυμος ἐν βασιλεῦσι πατὴρ ἡμῶν."* 8) Prochir. p. LXXXV. not. 108. 9) Prochir. p. LXXXV. not. 108.

paulo inferius probabitur. Accedit, quod, si illud volumen leges abrogatas continens Prochiri editi tempore iam fuisset promulgatum, non opus habuisset Basilius, subditos de illo volumine facere certiores, promulgatione quippe iam omnibus noto. Re tamen probe perpensa inducor, ut credam, volumen illud Prochiri editi tempore iam fuisse promulgatum. Facile enim erat nec multo labore indigebat, legum abrogatarum indicem confici et promulgari; collectio autem legum veterum, quae ratae manebant, opus erat ingentis molis. Ex magnitudine et difficultate huius operis satis potest explicari, quomodo Basilius in prooemio Prochiri §. 1. de eo veluti iam perfecto loquatur (*ἐν τῷ παρ' ἡμῶν ἀρτίως ἀνακεκαθαρμένῳ τοῦ νόμου πλάτει*) et tamen consilium de repurgatione veterum legum sexaginta libris comprehendenda captum deseruerit et postea quadraginta libris illam comprehenderit. Quod longe aliter se habet in volumine leges abrogatas continente. Pro sententia de hoc volumine Prochiri editi tempore iam promulgato hoc quoque militat, quod Basilius novas suas constitutiones Prochiro inseruit.

§. 3. Continuatio.

In prooemio Prochiri §. 1. Basilius iuris studiosos, si quid deesset in Prochiro, ablegavit ad repurgationem legum nuper a se factam (*ἐν τῷ παρ' ἡμῶν ἀρτίως ἀνακεκαθαρμένῳ τοῦ νόμου πλάτει*), ex qua cognitionem eius, de quo quaereretur, haurire possunt[1]). In eodem prooemio §. 3. tradidit, quod ad repurgationem veterum legum, cuius in §. 1. mentionem fecerat, attinet, sciendum esse, quae essent conservata ex veteribus legibus in suo statu manentibus, se in aliis sexaginta libris adstruxisse[2]). Ex verbis prioris loci, „*ἐν τῷ παρ' ἡμῶν ἀρτίως ἀνακεκαθαρμένῳ τοῦ νόμου πλάτει*, in legum corpore nuper a nobis repurgato, colligere quis potuerit, iam tunc temporis, cum Prochirum promulgaretur, repurgationem veterum legum fuisse perfectam, cum alias de corpore legum iam repurgato Basilius loqui non potuisset. Sed posteriore loco Basilius ipse, quae priore loco dixerat, interpretatur atque hoc modo prohibet, quominus de repurgatione veterum legum iam perfecta et promulgata ea intelligi queant. Quae repurgatio enim si Prochiri editi tempore iam fuisset absoluta et promulgata, necesse non fuisset, ut Basilius subditos de ea faceret certiores, promulgatione quippe iam omnibus nota. In praefatione Epanagoges §. 1. Basilius loquitur de repurgatione veterum legum quadraginta libris comprehensa et de delectu ex his quadraginta libris antea iam promulgatis in quadraginta titulis, numero cum libris illis conveniente, facto, qui (designatur Epanagoge) in ea, quae illis quadraginta libris continentur, introductio esse possit[3]). Reliqua, quae de repurgatione veterum legum a Basilio instituta in promtu sunt, testimonia[4]) minoris sunt momenti. Quod Cedrenus tradit, Basilium opus coeptum non perfecisse, sed morte esse occupatum, loco prooemii Epanagoges laudato egregie refellitur. Etiam Leo Sapiens in Novella 1. loquitur de legibus veteribus haud ita pridem a patre selectis. Quod idem Leo in Novella 71. tradit, se placitum quoddam patris optimum et aequissimum ab eo in corpus legum (*εἰς τὴν τῶν νόμων συμπολιτείαν*) non transscriptum legis honore dignandum iudicasse, equidem non intelligo de constitutione quadam Basilii, sed de sententia ab eo inter partes litigantes dicta, cui Leo legis tribuit auctoritatem. Nam si constitutio Basilii fuisset illud placitum, per se iam legis habuisset vigorem neque opus fuisset, ut in corpus legum transscriberetur. Ceterum corpore legum, cuius Leo in Novella 71. mentionem facit, neque intelligenda est repurgatio veterum legum, quippe qua constitutiones recentiorum Imperatorum post Iustinianum minime continerentur, neque illud unum volumen constitutiones abrogatas continens, sed Prochirum, cui novae Basilii constitutiones insertae sunt.

Tota res redit ad locorum ex praefationibus Prochiri et Epanagoges laudatorum interpretationem. Haec autem interpretatio valde difficilis est, cum secundum praefationem Prochiri repurgatio veterum legum sexaginta libris, secundum praefationem Epanagoges quadraginta libris fuerit comprehensa[5]). Cui difficultati non potest ita obviam iri, ut in praefatione Prochiri pro *ἑξήκοντα* legamus *τεσσαράκοντα*, cum numerus *ἑξήκοντα* Codicum consensu confirmetur. Neque in Epanagoge numerus *τεσσαράκοντα* potest mutari, cum idem numerus quater ibi legatur. Sed neque ita uterque locus potest conciliari, ut accipiamus, Basilium Prochiri editi tempore (intra annum 870—878.) repurgationem veterum legum sexaginta libris constantem perfecisse, Epanagoges autem editae tempore (intra annum 879—886.) novam eius editionem quadraginta libris comprehensam parasse[6]). Nam credi vix potest, tam brevi temporis spatio interiecto duas tam ingentis operis editiones fuisse susceptas et promulgatas. Ut enim taceam, a Leone Sapiente paucis annis post idem opus denuo sub incudem fuisse revocatum, tam laboris magnitudo, quam aliae causae prohibent, quominus Basilium duas veterum legum repurgationis editiones plane diversas promulgasse arbitremur. Quod ad laborem attinet, per se intelligitur, ad tantum opus sexaginta libris constans, quod ambitu et volumine Basilicis Leonis vix cessit, perficiendum magna industria opus fuisse, neque illi absolvendo breve tempus suffecisse. Cui si quis obiecerit, compilationem Digestorum ex ingenti librorum numero triennio fuisse perfectam, monendum est, Digestis compilandis Tribonianum cum sedecim sociis fuisse occupatos, ignotum autem esse, quot Iureconsulti ad repurgationem veterum legum instituendam adhibiti fuerint, ac repurgationis opus maioris fuisse ambitus, cum praeter Digesta Codicem ac Novellas continuerit. Accedit, quod qui repurgationem confecerunt, ratione certe ordinis materiarum collocandarum cum maioribus difficultatibus pugnarunt, quam Digestorum et Codicis compilatores. Hi enim edicti perpetui ordinem secuti sunt; qui vero repurgationem confecerunt, novum librorum atque titulorum, sub quibus singulas materias reponerent, ordinem excogitare necesse habebant, neque

---

1) Praefat. Prochir. §. 1. „*εἰ δέ τι ἐλλιπὲς ἔχοι τὸ παρ' ἡμῶν γραφόμενον (οὐδὲ γὰρ οἷόν τε ἀπείρων βιβλίων γραφὴν ἐν ταύτῃ τῇ συντομίᾳ περιληφθῆναι), χρεὼν τοῖς φιλοπόνως ἐγκύπτουσιν ἐν τῷ παρ' ἡμῶν ἀρτίως ἀνακεκαθαρμένῳ τοῦ νόμου πλάτει τὴν τοῦ ζητουμένου γνῶσιν ἀρύσασθαι.*“ 2) Praefat. Prochir. §. 3. „*Ἐπειδὴ δὲ ἀνωτέρω ἀνακαθάρσεως τῶν παλαιῶν νόμων ἐμνημονεύσαμεν, εἰδέναι χρή, ὅτι . . . . . τὰ μέντοιγε συνεστῶτα τῶν παλαιῶν νόμων ἐν τῷ οἰκείῳ σχήματι μενόντων ἐν ἑτέραις ἑξήκοντα βίβλοις καθυπετάξαμεν, τοῖς βουλομένοις σπουδὴν καὶ περὶ τὴν γνῶσιν καὶ μάθησιν του πλάτους τῶν νόμων ἐγκαταλείψαντες.*“ 3) Locum exhibui §. 1. not. 1. 4) Cf. §. 1. not. 1. 5) Maxime mihi satisfecit interpretatio, quam dedit Zachariae de L. *αἱ ῥοπαί* p. 99—101. et Prochir. p. LXXXV sq. De aliorum coniecturis videatur Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. II. p. 46 sq. 6) In hanc sententiam abiit Heimbach Anecd. T. I. p. XLII.

aliud opus erat in promtu, cuius ad exemplum laborem suum componere potuissent. Atque ille quidem materiarum ordo, qui repurgationis sexaginta libris constantis fuit, in secunda editione quadraginta libris comprehensa denuo fuisset mutandus, in quo haud parum laboris et haud exiguum temporis spatium per se patet fuisse consumendum. Neque ulla causa prodita est, neque potest excogitari, quae Basilium tam brevi temporis spatio interiecto ad secundam repurgationis editionem suscipiendam et promulgandam moverit. Si prima repurgationis editio Prochiri editi tempore iam finita et promulgata erat, in prooemio Epanagoges haud dubie causae secundae editionis tam celeriter parandae ac promulgandae erant exponendae, quarum tamen in illo prooemio vestigium extat nullum. Quae cum ita sint, coniecturam de duabus editionibus a Basilio susceptis et promulgatis censeo reiiciendam.

Itaque difficultatibus ex utriusque prooemio locis oriundis alia ratione medendum est. In prooemio Prochiri Basilius postquam §. 1. ad corpus legum a se nuper repurgatum (*ἐν τῷ παρ' ἡμῶν ἀρτίως ἀνακεκαθαρμένῳ τοῦ νόμου πλάτει*) legum ulterius cognoscendarum cupidos ablegavit, §. 3. ait: „Quod autem superius de repurgatione veterum legum mentionem fecimus, sciendum est etc.“ Iam supra dictum est, his verbis uti Basilium non potuisse, si repurgationem veterum legum sexaginta libris comprehensam Prochiri editi temporo iam promulgasset. In praefatione Epanagoges Basilius loquitur de repurgatione veterum legum quadraginta libris constante iam perfecta et promulgata. Nam *ἐκ τῶν εἰρημένων τεσσαράκοντα βίβλων* τῶν προκεκριμένων, e supradictis quadraginta libris *antea iam promulgatis* Basilius dicit delectum se fecisse in quadraginta titulis (Epanagogen), quod dicere non potuisset, nisi quadraginta repurgationis libri iam fuissent perfecti et editi. Probabile ergo est, repurgationem veterum legum Prochiri editi tempore nondum fuisse absolutam, nedum promulgatam. Quod Basilius in prooemio Prochiri §. 3. praeterito tempore utitur dicendo: *τὰ μέντοιγε συνεστῶτα τῶν παλαιῶν νόμων ἐν τῷ οἰκείῳ σχήματι μενόντων ἐν ἑτέραις ἑξήκοντα βίβλοις* καθυπετάξαμεν, quae vero sunt conservata ex antiquis legibus in suo habitu manentibus in aliis sexaginta libris *adstruximus*[7]), ideo non obstat, quod illud *καθυπετάξαμεν*, adstruximus, idem est, quod adstrui iussimus, cum Basilius illam repurgationem per alios faciendam curaverit. Quo sensu si illud acceperis, omni res eximitur dubitatione. Basilius in prooemio Prochiri §. 3. de repurgatione veterum legum, quam aliis faciendam mandaverat, subditos reddit certiores. Quod Basilius in eodem prooemio §. 1. loquitur de hoc opere quasi iam perfecto „*ἐν τῷ παρ' ἡμῶν ἀρτίως ἀνακεκαθαρμένῳ τοῦ νόμου πλάτει*“ in corpore legum a nobis nuper repurgato, perinde atque illud *καθυπετάξαμεν*, commode potest sic explicari: in corpore legum, quod confici nuper iussimus. Quod, licet repurgatio veterum legum nondum esset finita, numeri sexaginta librorum, quibus illa constaret, Basilius fecit mentionem, mirum non est, cum etiam a Iustiniano numerum quinquaginta librorum Digestis fuisse praestitutum inter omnes constet. Aliquot annis praeterlapsis repurgatio veterum legum absoluta est et promulgata, nec vero sexaginta, sed quadraginta libris. Itaque Basilius consilium de sexaginta libris componendis ab initio captum postea deseruit et mutavit. Quae causa mutati fuerit consilii, coniici tantum potest. Equidem ipso Prochiro Basilium ad numerum librorum repurgationis mutandum motum esse arbitror. Sicut enim Prochirum quadraginta constabat titulis, ita Basilio nunc melius visum est, numerum librorum repurgationis numero titulorum Prochiri accommodare. Quodsi Prochiri editi tempore repurgatio veterum legum sexaginta libris constans iam fuisset edita et promulgata, Basilius Prochirum haud dubie sexaginta titulis composuisset, sicuti postea numerum titulorum Epanagoges numero quadraginta librorum repurgationis exaequavit. Sed quia Prochiri editi tempore repurgatio veterum legum nondum fuit absoluta et promulgata, Basilius, ut conditioni iuris civilis miserae aliqua certe ex parte medelam afferret, interim Prochirum edidit. Prochiri ipsius indoles atque argumentum probant, repurgationem veterum legum tunc, cum Prochirum promulgaretur, nondum fuisse absolutam. Nam si fuisset absoluta, sicuti Epanagoge, ita etiam Prochirum delectum solum contineret ex repurgatione factum. Verum enimvero Prochirum etiam multa a Basilio recens constituta continet, quae ab enchiridio iuris, quo nomine Basilius ipse in prooemio §. 2. Prochirum appellat, aliena sunt nec nisi ideo Prochiro inserta, quod repurgatione ad finem nondum perducta aliqua certe ex parte legum necessitati subveniendum et iuri incerto medendum esse videbatur. Quod in Epanagoge longe aliter se habet. Nam novellae Basilii constitutiones, quae Prochiro reperiuntur insertae, ab Epanagoges textu remotae sunt[8]) et quae in Epanagoge leguntur recens constituta, e Prochiro a scholiasta ignoto sunt addita[9]). Quod et ipsum ex promulgatione repurgationis veterum legum post editum Prochirum facta videtur explicandum. Nam cum repurgatio veterum legum, quae causam dedit secundae Prochiri editioni parandae, leges veteres adhuc validas et ratas manentes contineret, Basilius in Epanagoge elaboranda in eo poterat acquiescere, ut delectum ex repurgatione faceret, qui introductioni in repurgationem inserviret, nec necesse habebat novas constitutiones Prochiro insertas in Epanagoge repetere, ex Prochiro quippe omnibus iam notas. Has enim constitutiones in Epanagoge praetermissas nihilominus vigorem suum retinuisse et in usu mansisse probant scholia ad Epanagogen, quorum auctor Basilio aequalis illas ex Prochiro in scholiis repetiit[10]).

Tempus, quo repurgatio veterum legum a Basilio fuerit promulgata, ita potest definiri, ut post annum 883. hoc factum sit[11]). Nam Photius, Patriarcha Constantinopolitanus, qui veterem Nomocanonem XIV titulis con-

---

7) Verbum *καθυποτάττω* subiiciendi significationem habet. Bene tamen monet Zachariae de L. Delineatio p. 42. not. 6. non hoc dicere Imperatorem, uni volumini, quo leges abrogatae continentur, sexaginta libros ab ipso fuisse subiectos, quod Heimbach Anecd. T. I. p. XL. voluit, sed hoc dicere, veteres leges sexaginta libris subiectas, i. e. per sexaginta libros digestas sive in sexaginta libris dispositas esse. 8) Probatur id scholiis ad Epanagogen recens editis, quorum auctor novas Basilii constitutiones in Prochiro positas, in Epanagoge autem praetermissas, ex illo repetit. Exempla adduxit Zachariae de L. Collect. libror. iur. Gr. Rom. ineditor. p. 57. not. 2. 9) Sic Epanagoges tit. XXXIX. capita 61. 62. 63., quae continent constitutiones Basilii in Prochiro collocatas, haud dubie a scholiasta e Prochiro inserta sunt. Cf. Zachariae de L. l. l. p. 207. not. 7. 10) Zachariae de L. l. l. p. 57. 11) Cf. Zachariae de L. Prochir. p. XCII sq.

stantem anno 883. denuo edidit, leges civiles, quae ibi reperiuntur adiectae, desumsit e Collectione constitutionum ecclesiasticarum, in qua loci Digestorum e summa Digestorum Anonymi, loci Codicis, ut videtur, e Stephani commentario ad Codicem fluxerunt. Basilicorum nulla facta est mentio [12]). Dixerit quispiam, ex eo, quod Photius Digestorum locos e summa Anonymi laudavit, cuius usus etiam in Basilicis Leonis factus est, posse derivari, id ideo fecisse Photium, quod cognitum haberet, in repurgationem veterum legum a Basilio factam Anonymi summam Digestorum esse receptam. Sed ut omittam, Codicis locos a Photio e Stephani commentario, in Basilicis Leonis autem (et sic etiam in repurgatione Basilii) maximam partem e Thalelaei commentario esse petitos, leges civiles in Nomocanone adiectae inprimis e Collectione constitutionum ecclesiasticarum fluxerunt. Silentium Photii de repurgatione veterum legum a Basilio instituta argumento est, eam Nomocanonis editi tempore nondum fuisse promulgatam. Promulgatam enim repurgationem Photius vix ausus fuisset ignorare, tum ne Basilii odium sibi contraheret, tum quia opus tanti ponderis, tantae auctoritatis negligi omnino non potuit. Licet enim repurgatio veterum legum, si Basilicorum exemplum sequimur, e Basilii consilio non eam habuerit vim, ut per receptas in textum repurgationis versiones librorum iuris Iustinianei usus reliquarum versionum tolleretur, quippe quae interpretationi etiam in posterum adhiberentur, publica tamen auctoritas et Imperatoris sanctio necessario effecerunt, ut versionum in repurgationis textum translatarum non solum in iudiciis, sed etiam extra forum a Iureconsultis in libris componendis prae reliquis ratio haberetur. Itaque si Photius Nomocanonem post promulgatam repurgationem composuisset, verbi causa Codicis locos in eo laudatos e Thalelaei commentario, quem, uti in Basilicis Leonis, ita etiam in repurgatione a Basilio facta adhibitum esse probabile est, desumsisset. Quae cum ita sint, repurgatio veterum legum post annum 883., quo Photius Nomocanonem composuit, ante Epanagogen, utraque autem ante annum 886., quo Basilius diem obiit supremum, promulgata esse debet.

Consilium, quod Basilius habuit in repurgatione veterum legum instituenda, hoc videtur fuisse. Cum Basilii tempore secundum ea, quae Cap. I. §. 2. monuimus, in iudiciis variae librorum iuris Iustinianei (exceptis Novellis) versiones in usu essent, quarum ex promiscuo usu multa orta sunt incommoda, ex dissensu interpretum multae controversiae, Basilius tam tristi iuris civilis conditioni ita voluit mederi, ut ex pluribus eiusdem libri iuris Iustinianei versionibus graecis unam deligeret et in textum repurgationis transferret, ad quam tam iudices, quam partes provocarent. Quod non ita intelligendum, ut usus reliquorum commentariorum in repurgationem non receptorum prorsus fuerit prohibitus. Usum enim eorum minime desiisse, sed ad interpretationem eos etiam postea fuisse adhibitos, argumento sunt scholia antiqua, quae vocantur, ad Basilica Leonis e commentariis Dorothei, Stephani et Cyrilli ad Digesta, Anatolii, Isidori et Theodori ad Codicem excerpta, quae Basilicis addere vix quisquam ausus fuisset, si usus horum commentariorum fuisset vetitus. Quibus finibus circumscriptus fuerit usus reliquorum commentariorum praeter eos, qui repurgationis textum formarunt, infra, cum de mutua Basilicorum et iuris Iustinianei ratione disseretur, investigabitur, cum probabile sit, eandem intercessisse inter repurgationem Basilii et ius Iustinianeum rationem, quae huic cum Basilicis Leonis fuerit.

Quaeritur, quasnam ex pluribus librorum iuris Iustinianei versionibus Basilius in repurgationis textum transtulerit. Ad quam quaestionem expediendam Basilica Leonis in auxilium sunt vocanda. Nam cum Leo non multo post Basilium novam legum veterum repurgationem sexaginta libris constantem ediderit, cui Basilicorum nomen est, eam Basilianae persimilem fuisse valde probabile est [13]). Ac primum quidem utrique operi nomen fuit *ἀνακάθαρσις τῶν παλαιῶν νόμων*, repurgatio veterum legum, quod argumento est, indolem utriusque eandem fuisse. Deinde Prochiri Basiliani cum Basilicis Leonis comparatio docet, utrumque Imperatorem eandem componendi operis probasse rationem. Sicut enim singuli Basilicorum Leonis tituli ex Institutionibus, Digestis, Codice et Novellis, i. e. ex graecis horum librorum, exceptis Novellis, versionibus et commentariis compositi sunt, ita idem in Prochiro factum est [14]). Tum Leo ipse in Novella 1. loquitur de legibus paulo ante a patre et nunc a se confirmatis et promulgatis, quibus designare videtur tum patris, quam suam veterum legum repurgationem, qua utriusque coniunctione persimilis indicatur utriusque indoles. Ex Prochiro cum Basilicis Leonis collato derivari etiam potest, quasnam potissimum librorm iuris Iustinianei versiones in repurgatione Basilius praetulerit, maxime cum Prochirum repurgatione nondum promulgata editum fuerit et probabile sit, eandem compilandi rationem, quae in Prochiro placuit, etiam in repurgatione fuisse adhibitam. Accedit, quod Epanagoge, quae est secunda Prochiri editio, secundum prooemii §. 1. delectus est ex quadraginta repurgationis libris factus, ita ut ex Epanagoge cognosci possit, quae librorum iuris Iustinianei versiones in repurgationis textum receptae sint. Fontes Prochiri et Epanagoges sunt iidem [15]); in Epanagoge tamen nova capita adiecta sunt, quae in Prochiro non extant [16]). Prochirum maximam partem desumtum est, ut ipse Basilius in prooemio profitetur, ex libris iuris Iustinianei et Novellis Iustiniani eorumve graecis versionibus et commentariis. Quantum ad Institutiones, Theophili paraphrasis potissimum in Prochiro excerpta est, quod ad Digesta, summa Digestorum Anonymi usi sunt Prochiri compilatores; e Codicis versionibus praecipue eam adhibuerunt, quae Theodori est, pauca e Thalelaei com-

12) Unicus locus, quo Basilica laudantur, est Photii Nomocan. tit. XII. cap. 4. (in Voelli et Iustelli bibl. iur. canon. T. II. p. 1068.), ubi haec leguntur: „*Η α΄. διατ. τοῦ ια΄. τιτ. τοῦ α΄. βιβλίου τοῦ κώδικος κελεύει τὰ ἱερὰ κλείεσθαι, ἥτις οὐκ ἐτέθη εἰς τὰ βασιλικά.*" Quamvis haec verba *ἥτις οὐκ ἐτέθη εἰς τὰ βασιλικά*, etiam in novissima Nomocanonis et commentarii Balsamonis editione (in Collect. canon. a Rhalli et Potli edita T. I. p. 268.) legantur, tamen haud dubie non a Photio profecta sunt, sed a commentario Balsamonis, qui diligenter notare solet, an et ubi locus iuris Iustinianei a Photio laudatus in Basilicis reperiatur, in *τὸ κείμενον* irrepserunt. Cf. Heimbach de Basil. origine p. 11—13. 13) Causas pro hac coniectura militantes exposuit Zachariae de L. Prochir. p. LXXXVIII sq. 14) Quod ad Prochirum, pluribus hoc ostendit Zachariae de L. Prochir. p. LXII sq. 15) De fontibus Prochiri disseruit Zachariae de L. Prochir. p. LXII sq. 16) Concordantiam Prochiri cum Epanagoge exhibuit Zachariae de L. Coll. libror. iur. Gr. Rom. ineditor. p. 218—223., sicut et tabulam, qua indicantur fontes Epanagoges et loci Basilicorum paralleli l. l. p. 224—235.

mentario sumserunt; Novellarum aut integrum textum aut Theodori vel Athanasii epitomas in Prochirum transtulerunt. Iidem fuerunt fontes Epanagoges. Similiter in Basilicis Leonis Institutionum loci desumti sunt e Theophili paraphrasi, Digestorum e commentario Anonymi; Novellarum aut integer textus aut certe quod ad latinas Novellas attinet, epitomae Theodori vel Athanasii in textum Basilicorum transierunt. Idem valet de repurgatione veterum legum Basilii, cum Epanagoge delectus ex hac fuerit. Quod Prochiri compilatores Codicis locos ex Theodoro, Basilicorum confectores ex Thalelaeo sumserint, hae causae fuisse videntur. Theodori epitomae constitutionum breviores quippe indoli enchiridii iuris, cuiusmodi Prochirum e Basilii consilio erat, longe magis videbantur convenire, quam Thalelaei indices constitutionum. Basilicorum autem compilatores Thalelaeum his ex causis praetulerunt. Ac primum quidem Thalelaei, qui ipse in Codice conficiendo fuit occupatus, maior, quam reliquorum Codicis interpretum, fuit auctoritas. Deinde versio latinarum constitutionum *κατὰ πόδα* ab eo confecta dignissima et aptissima erat, quae in novum legum corpus transferretur. Tum epitomae constitutionum a Thalelaeo confectae longiores et accuratiores sunt, quam quas reliqui interpretes confecerunt, inter quos Theodorus summa brevitate conspicuus est. Denique introductiones, quas Thalelaeus singulis constitutionibus solet praemittere, casus ab eo propositi, quos rescriptis Imperatorum causam dedisse fingit, tanti momenti Basilicorum architectis videntur fuisse, ut, cum consilium non esset novi legum Codicis conficiendi, sed iuris Iustinianei usui et necessitatibus illius temporis accommodandi, neque ea putarent negligenda, quae illustrando atque interpretando illi iuri possent inservire.

Ratio compilandae et componendae veterum legum repurgationis Basilii haud dubie eadem fuit, quam in Prochiro tit. I—XXI. et in Basilicis Leonis adhibitam esse videmus[17]). In utroque opere ita versati sunt compilatores, ut sub singulis titulis initio fragmenta Institutionum, deinde Digestorum, tum Codicis locos, postremo Novellas reponerent, neque inter Prochirum et Basilica Leonis aliud quid interesset, nisi quod his plerumque omnia eiusdem tituli Digestorum et Codicis fragmenta, Prochiro nonnulla nonnisi continebantur.

Mutationes iuris Iustinianei in repurgatione Basilii factae in universum persimiles fuisse videntur his, quae in Basilicis Leonis deprehenduntur. Ac primum quidem verba artis latina in graecis versionibus et commentariis retenta in graecum sermonem translata sunt, sicut id in Prochiro factum ipse Basilius auctor est[18]). Deinde quod ad iuris praecepta attinet, interpolationum larga fuit materia. Nam cum in repurgatione instituenda id ageret Basilius, ut ius Iustinianeum conditioni iuris, quae tunc temporis obtinuit, accommodaretur, fieri non potuit, quin multa tunc temporis antiquata omitterentur, sensus vel aliquo demto vel addito mutaretur. Eorum tamen, quae Basilius recens constituerat, in repurgatione non videtur habita esse ratio, nisi quod iuris Iustinianei praecepta nova constitutione sublata in repurgationem non sunt translata, quod etiam in Basilicis Leonis contigit. Constitutiones enim Basilii ipsae, quibus iuris Iustinianei praecepta mutata vel partim abrogata sunt, in repurgationem minime translatae esse videntur, sicuti nec Novellae Leonis in eius Basilica, quamvis certum sit, Novellas Leonis eatenus in Basilica vim exercuisse, ut instituta iuris a Leone abrogata causam dederint locis iuris Iustinianei eiusmodi instituta spectantibus in Basilicis omittendis. Basilii constitutiones aut Prochiro insertae sunt, aut post Prochirum editum seorsim promulgatae. Quod Basilii constitutiones Prochiro insertae non sunt translatae in Epanagogen, argumento esse non potest, eas in repurgatione veterum legum fuisse repositas. Cui si insertae fuissent, auctor scholiorum ad Epanagogen Basilio aequalis eas in scholiis non repetiisset.

Ordo, quo materiae in repurgatione repositae fuerunt, idem erat cum titulis Epanagoges. Basilius enim ipse in prooemio Epanagoges auctor est, se ex quadraginta repurgationis libris delectum fecisse quadraginta titulis constantem, qui delectus ipsa Epanagoge est. Itaque accipiendum est, singulis repurgationis libris singulos Epanagoges respondere titulos tam numero, quam argumento. Zachariae de L. editioni Epanagoges adiecit tabulam, qua indicantur fontes Epanagoges et loci Basilicorum paralleli. Ope huius tabulae et nixus prooemio Epanagoges, quo Epanagoges tituli libris repurgationis dicuntur respondere, similem confeci tabulam §. huic adiectam, qua Epanagoges tituli et repurgationis Basilianae libri cum Basilicis Leonis conferuntur ita, ut in tertia columna, quinam libri et tituli Basilicorum Leonis singulis repurgationis libris respondeant, indicetur simul et singulis Basilicorum libris subiiciantur loci librorum iuris Iustinianei in eos translati. Qua ex tabula apparebit, quid inter repurgationem Basilianam et Basilica Leonis ratione ordinis materiarum intersit et quaenam iuris Iustinianei partes in repurgationem transierint, quas paene easdem fuisse, quae in Basilicis receptae fuerint, valde probabile est. Certum est, ea, quae de usuris libris iuris Iustinianei continentur, in repurgationem Basilii non fuisse translata. Nam Basilius usurarum sive ex promissione, sive ex alia causa debitarum perceptionem prorsus prohibuerat[19]). Leo Novella 83 usuras capere rursus permisit. Ceterum non potui coniiciendo assequi, ubi in Basilii repurgatione posita fuerint, quae Basilicorum libris XV. XVI. XXXIV. XLII. XLVI. L—LVII. LIX. continentur. Quamvis enim credi vix possit, materias de rei vindicatione et Publiciana in rem actione, de usufructu, de hereditatis petitione, de dominio et usucapione, de exceptionibus, de obligationibus et actionibus in repurgatione Basiliana fuisse praetermissas, non potui tamen locum eis in tabula illa assignare. Coniicio, quae Basilicorum libris XV. XVI. L. continentur, reposita fuisse in libro repurgationis XXXIX.; quae Basilicorum libro XLII., in repurgationis libro XXXIII.; quae Basilicorum libris LI. et LII., in repurgationis libro XXVIII. Quo repurgationis loco repositae fuerint, quae continentur Basilicorum libro XXXIV. materiae de captivis et postliminio, libro LIII. de iure nautico, libro LIV. de decurionibus, muneribus et honoribus et excusationi-

17) De hac disseruit Zachariae de L. Prochir. p. LXIV. 18) Prochir. prooem. §. 1. „. . . . . *τῶν ῥωμαϊκῶν λέξεων τὴν συνθήκην εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν μετεποιήσαμεν.* 19) Prochir. tit. XVI. cap. 4. Hunc locum in Epanagoges tit. XXVIII. cap. 4. repetitum ex Epanagoge censet expungendum Zachariae de L. Coll. libr. iur. Gr. Rom. ineditor. p. 162. not. 4., cum alioquin sanctiones a Basilio in Prochiro noviter introductae in Epanagogen non sint translatae. Quod illi non assentior, imo usurarum prohibitionem ideo in Epanagoge repetitam auctore ipso Basilio arbitror, quod usurarum prohibitionem variis hominum artibus et machinationibus semper fuisse circumventam et elusam historia omnium temporum docet.

Epanagoge.	*Repurgatio veterum legum Basilii.*	*Basilica Leonis.*
Titulus XI. περὶ τάξεως καὶ κριτηρίων.	Lib. XI.	Lib. III. 1.[23]) Nov. 123. c. 7. 8. Lib. VII. Dig. lib. II. tit. 1—13. lib. IV. tit. 8. lib. V. tit. 1. Cod. lib. I. tit. 4. 51. lib. II. tit. 1. 2. 13—17. 56. 57. lib. III. tit. 1—8. 10—22. 24—26. lib. VII. tit. 40. Nov. 49. c. 3. Nov. 53. c. 1—4. Nov. 60. c. 2. Nov. 71. c. 1. Nov. 82. c. 2—13. Nov. 96. c. 2. §. 1. Nov. 112. c. 2. Nov. 113. c. 1. Nov. 115. c. 2. Nov. 124. c. 1—4. Nov. 125. c. 1. Nov. 151. pr. c. 1. Lib. VIII. Dig. lib. III. tit. 1. 3. 4. Cod. lib. II. tit. 6—10. 12. Lib. IX. Dig. lib. XLII. tit. 1—8. lib. XLVI. tit. 7. 8. lib. XLIX. tit. 1—13. Cod. lib. VII. tit. 42—48. 50—60. 62—75. Nov. 20. pr. c. 1—9. Nov. 23. c. 1—4. Nov. 49. pr. c. 1. Nov. 75. Nov. 93. c. 1. Nov. 115. c. 1. Nov. 119. c. 4. 5. Nov. 126. c. 1—3. Nov. 134. c. 3. Nov. 135. c. 1.
Titulus XII. περὶ μαρτύρων.	Lib. XII.	Lib. XXI. Dig. lib. XXII. tit. 5. lib. III. tit. 2. Cod. lib. IV. tit. 20. lib. II. tit. 11. Nov. 90. c. 1—9.
Titulus XIII. περὶ συμβολαίων.	Lib. XIII.	Lib. XXII. Dig. lib. XII. c. 2. 3. lib. XXII. tit. 3. 4. Cod. lib. IV. tit. 1. 19. 21. 22. Nov. 44. c. 1. 2. Nov. 47. c. 1. 2. Nov. 49. c. 2. Nov. 73. c. 1—9. Nov. 119. c. 3.
Titulus XIV. περὶ μνηστείας.	Lib. XIV.	Lib. XXVIII. tit. 1. Dig. lib. XXIII. tit. 1. Cod. lib. V. tit. 1.
Titulus XV. περὶ ἀῤῥαβώνων καὶ δωρεῶν μνηστείας.	Lib. XV.	Lib. XXVIII. tit. 2. 3. Cod. lib. II. tit. 45. lib. V. tit. 1. 3. Nov. 123. c. 39.
Titulus XVI. περὶ γάμου καὶ ἀκριβείας αὐτοῦ.	Lib. XVI.	Lib. XXVIII. tit. 4. Inst. lib. I. tit. 10. Dig. lib. XXIII. tit. 2. Cod. lib. V. tit. 4. 6. Nov. 22. c. 8. 11—13. 19. Nov. 89. c. 8. Nov. 117. c. 2. 3. 6.
Titulus XVII. περὶ γάμων κεκωλυμένων.	Lib. XVII.	Lib. XXVIII. tit. 5. 6. Inst. lib. I. tit. 10. lib. III. tit. 2. Dig. lib. III. tit. 2. lib. XXIII. tit. 2. Cod. lib. V. tit. 4. 5. 6. 7. 8. lib. IX. tit. 13. Nov. 12. pr. c. 1—3. Nov. 22. c. 17.
Titulus XVIII. περὶ προικός.	Lib. XVIII.	Lib. XXIX. tit. 1. 2. 3. 5. 6. Dig. lib. XXIII. tit. 3. 4. 5. Cod. lib. V. tit. 12. 13. 14. 15. Nov. 97. c. 2—5. Nov. 100. Lib. XXVIII. tit. 8—15. Dig. lib. XXIV. tit. 3. lib. XXV. tit. 1. 2. Cod. lib. V. tit. 18—23. Nov. 22. c. 20—36. 38—48. Nov. 39. pr. c. 1. 2. Nov. 53. c. 6. pr. Nov. 91. c. 1. Nov. 117. c. 5.

23) Basil. III. 1. cap. 13. 14. convenit cum Epanagog. tit. XI. cap. 12. 13.

Epanagoge.	*Repurgatio veterum legum Basilii.*	*Basilica Leonis.*
Titulus XIX. *περὶ πρὸ γάμου καὶ διὰ γάμου δωρεᾶς.*	Lib. XIX.	Lib. XXVIII. tit. 13. Nov. 91. c. 2. Lib. XXIX. tit. 4. 7. Nov. 61. c. 1. Nov. 127. c. 2.
Titulus XX. *περὶ δωρεῶν μεταξὺ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς γινομένων.*	Lib. XX.	Lib. XXX. Dig. lib. XXIV. tit. 1. Cod. lib. V. tit. 16.
Titulus XXI. *περὶ λύσεως γάμου.*	Lib. XXI.	Lib. XXVIII. tit. 7. Dig. lib. XXIV. tit. 2. Cod. lib. V. tit. 17. Nov. 22. c. 5—7. 9. 10. 15. 16. Nov. 117. c. 8. 9. 11. 12—15. Nov. 134. c. 10. 11.
Titulus XXII. *περὶ δωρεῶν καὶ ἀνατροπῆς αὐτῶν.*	Lib. XXII.	Lib. XLVII. Dig. lib. XXXIX. tit. 5. 6. Cod. lib. VIII. tit. 53—57. Nov. 52. c. 2. Nov. 87. pr. Nov. 162. c. 1.
Titulus XXIII. *περὶ πράσεως καὶ ἀγορασίας.*	Lib. XXIII.	Lib. XIX. Dig. lib. XVIII. tit. 1—7. lib. XIX. tit. 1. 3 lib. XXI. tit. 1—3. Cod. lib. IV. tit. 38—59. lib. VIII. tit. 44.
Titulus XXIV. *περὶ μισθώσεως.*	Lib. XXIV.	Lib. XX. Dig. lib. XX. tit. 2—5. Cod. lib. IV. tit. 64—66. Nov. 7. c. 3. §. 2.
Titulus XXV. *περὶ καταθήκης.*	Lib. XXV.	Lib. XIII. tit. 2. Dig. lib. XVI. tit. 3. Cod. lib. IV. tit. 34. Nov. 88. c. 1. 2.
Titulus XXVI. *περὶ κοινωνίας.*	Lib. XXVI.	Lib. XII. tit. 1—3. Dig. lib. X. tit. 3. lib. XVII. tit. 2. Cod. lib. III. tit. 37. 38. 40. lib. IV. tit. 37.
Titulus XXVII. *περὶ διαλύσεως.*	Lib. XXVII.	Lib. XI. Dig. lib. II. tit. 14. 15. Cod. lib. II. tit. 3—5.
Titulus XXVIII. *περὶ χρέους καὶ ἐνεχύρων.*	Lib. XXVIII.	Lib. XIII. tit. 1. Dig. lib. XIII. tit. 6. Cod. lib. IV. tit. 23. Lib. XIV. Dig. lib. XVII. tit. 1. Cod. lib. IV. tit. 35. Lib. XVII. Dig. lib. III. tit. 5. Cod. lib. II. tit. 18. Lib. XVIII. Dig. lib. XIV. tit. 3—6. lib. XV. tit. 1—4. Cod. lib. IV. tit. 25. 26. 28. Lib. XXIII. tit. 1. 3. 4. Dig. lib. XII. tit. 1. lib. XXII. tit. 1. Cod. lib. IV. tit. 2. 30. 32. Nov. 32. c. 1. Nov. 52. c. 1. Nov. 121. c. 2. Nov. 136. Nov. 138. Nov. 160. c. 1. Lib. XXIV. Dig. lib. XII. tit. 4—7. lib. XIII. tit. 2—4. lib. XVI. tit. 2. Cod. lib. IV. tit. 4—7. 9—17. 31. Lib. XXV. Dig. lib. XIII. tit. 7. lib. XX. tit. 1—6. Cod. lib. IV. tit. 24. lib. VIII. tit. 9. 13—34. 45. Nov. 53. c. 5. Lib. XXVI. Dig. lib. XIII. tit. 5. lib. XVI. tit. 1. lib. XLVI. tit. 1—4.

Epanagoge.	*Repurgatio veterum legum Basilii.*	*Basilica Leonis.*
		Cod. lib. IV. tit. 18. 29. lib. VIII. tit. 39—43. Nov. 4. c. 1—3. Nov. 99. c. 1. Nov. 115. c. 6. Lib. XXVII. (?) Dig. lib. XLIV. tit. 6. Cod. lib. VIII. tit. 36. Nov. 112. c. 1. Lib. XLIII. Dig. lib. XLV. tit. 1—3. lib. XLVI. tit. 5. Cod. lib. I. tit. 54. lib. VIII. tit. 37. 38.
Titulus XXIX. *περὶ διαθήκης καὶ κωδικέλλου.*	Lib. XXIX.	Lib. XXXV. tit. 1—3. 5. 6. 21. Dig. lib. XXVIII. tit. 1. 4. lib. XXIX. tit. 1. 3. lib. XXXVII. tit. 1. 13. lib. XLIII. tit. 3. Cod. lib. VI. tit. 21—23. 32. Lib. XXXVI. Dig. lib. XXIX. tit. 7. Cod. lib. VI. tit. 36. Nov. 159. pr.
Titulus XXX. *περὶ τῶν κωλυομένων διατίθεσθαι.*	Lib. XXX.	Lib. XXXV. tit. 4. Dig. lib. XXIX. tit. 6. Cod. lib. VI. tit. 34.
Titulus XXXI. *περὶ διαθήκης ὑπεξουσίων, καὶ λύσεως ὑπεξουσιότητος.*	Lib. XXXI.	Lib. XXXI. tit. 1—5. Inst. lib. I. tit. 12. §. 1—9. Dig. lib. I. tit. 6. lib. XXXVII. tit. 15. Cod. lib. VIII. tit. 46. 48. 49. Nov. 81. c. 1. 3. Lib. XXXII. Cod. lib. V. tit. 27. Nov. 18. c. 11. Nov. 78. c. 4. Nov. 89. c. 12. 13. Lib. XXXIII. tit. 1. Inst. lib. I. tit. 11. §. 4. 9—11. Dig. lib. I. tit. 7. Cod. lib. VIII. tit. 47.
Titulus XXXII. *περὶ ἀνατροπῆς διαθήκης.*	Lib. XXXII.	Lib. XXXIX. tit. 1. 2. Dig. lib. V. tit. 2. lib. XXVIII. tit. 3. lib. XXXVII. tit. 5. Cod. lib. III. tit. 28.
Titulus XXXIII. *περὶ τῶν ἐκ διαθήκης καὶ ἐξ ἀδιαθέτου κληρονόμων.*	Lib. XXXIII.	Lib. XXXV. tit. 9—20. Dig. lib. XXVIII. tit. 5—8. lib. XXIX. tit. 2. 4. 5. lib. XXXVI. tit. 1. lib. XXXVII. tit. 11. Cod. lib. VI. tit. 24—27. 30. 31. 33. 35. 52. Nov. 18. c. 7. Nov. 107. c. 1. 2. Nov. 108. Nov. 158. pr. c. 1. Lib. XL. Dig. lib. XXXVII. tit. 1—4. 8—10. 12. lib. XLIII. tit. 2. Cod. lib. VI. tit. 9—11. 13—15. 17. 19. lib. VIII. tit. 2. Lib. XLI. tit. 7. Dig. lib. XXXVII. tit. 6. 7. Cod. lib. VI. tit. 20. Nov. 18. c. 6. Nov. 97. c. 6. Lib. XLV. tit. 1—5. Dig. lib. XXXVIII. tit. 6—17. Cod. lib. VI. tit. 18. 55—62. Nov. 118. c. 1—4. Nov. 164. c. 1.
Titulus XXXIV. *περὶ φαλκιδίου καὶ ἀποκλήρων.*	Lib. XXXIV.	Lib. XXXV. tit. 8. Dig. lib. XXVIII. tit. 2. Cod. lib. VI. tit. 28. 29. Nov. 115. c. 3. 4. Lib. XLI. tit. 1—6. Dig. lib. XXXV. tit. 2. 3.

Epanagoge.	*Repurgatio veterum legum Basilii.*	*Basilica Leonis.*
		Cod. lib. III. tit. 29. 30. lib. VI. tit. 49. 50. lib. VIII. tit. 3. Nov. 1. c. 1—4. Nov. 18. c. 1—4. Nov. 48. c. 1. Nov. 92. c. 1. Nov. 115. c. 5. Nov. 117. c. 1. Nov. 119. c. 11.
Titulus XXXV. *περὶ τοῦ τοὺς τελευτῶντας ἤγουν τὰ λείψανα αὐτῶν μὴ ἐνυβρίζεσθαι παρὰ τῶν δανειστῶν καὶ πότε δεῖ ἐνάγειν τοὺς δανειστὰς κατὰ τῶν κληρονόμων τῶν τελευτησάντων.*	Lib. XXXV.	Lib. XXIII. tit. 2. c. 1. 2. Nov. 60. c. 1. Nov. 115. c. 5.
Titulus XXXVI. *περὶ λεγάτου.*	Lib. XXXVI.	Lib. XLIV. Dig. lib. XXX. XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIV. tit. 1—8. lib. XXXV. tit. 1. lib. XXXVI. tit. 2—4. lib. XXXVII. tit. 5. lib. XLI. tit. 8. lib. XLIII. tit. 3. Cod. lib. VI. tit. 37—48. 51. 53. 54.
Titulus XXXVII. *περὶ ἐλευθεριῶν καὶ ἀπελευθέρων.*	Lib. XXXVII.	Lib. XLVIII. Dig. lib. XL. tit. 1—9. 12—16. Cod. lib. I. tit. 13. lib. VII. tit. 1. 2. 4. 6—8. 10—24. Nov. 78. c. 1. 2. Nov. 119. c. 2. Nov. 162. c. 2. 3. Lib. XLIX. Dig. lib. XXXVII. tit. 14. 15. lib. XXXVIII. tit. 1—5. Cod. lib. VI. tit. 3—7.
Titulus XXXVIII. *περὶ ἐπιτρόπων καὶ ἀποκαταστάσεως.*	Lib. XXXVIII.	Lib. XXXVII. Dig. lib. III. tit. 5. fr. 30. 31. §. 5. fr. 7. pr. lib. XXVI. tit. 1—10. lib. XXVII. tit. 3. Cod. lib. I. tit. 4. const. 30. lib. V. tit. 28—34. 38—40. 43. 44. 48. 59. 61. Nov. 72. c. 1—8. Nov. 94. Nov. 118. c. 5. Lib. XXXVIII. Dig. lib. XXVII. lib. XLII. tit. 7. lib. XLVI. tit. 6. Cod. lib. V. tit. 35—37. 41. 42. 45. 46. 48—58. 60. 62. 63. 65—72. Lib. X. Dig. lib. IV. tit. 1—4. 6. 7. Cod. lib. II. tit. 19—54. lib. V. tit. 73. Nov. 119. c. 6.
Titulus XXXIX. *περὶ καινοτομιῶν καὶ ὅρων.*	Lib. XXXIX.	Lib. LVIII. Dig. lib. VIII. tit. 1—6. lib. IX. tit. 2. fr. 29. §. 1. lib. XXXIX. tit. 1—3. lib. XLIII. tit. 1. 7—15. 19—26. 28. Cod. lib. III. tit. 34. 39. lib. VIII. tit. 1. 10—12. lib. XI. tit. 43. Nov. 63. Nov. 165.
Titulus XL. *περὶ ποινῶν.*	Lib. XL.	Lib. XL. Dig. lib. III. tit. 6. lib. IX. tit. 1—4. lib. XI. tit. 3—6. lib. XIII. tit. 1. lib. XXV. tit. 7. lib. XXXIV. tit. 9. lib. XLIII. tit. 16. 27. 29. 31—33. lib. XLVII. tit. 1—16. 18—23. lib. XLVIII. tit. 1—24. Cod. lib. I. tit. 3. const. 13. lib. I. tit. 6. const. 3. lib. I. tit. 9. const. 1—6. lib. I. tit. 10. const. 3. 16. 19. lib. III. tit. 35. 39. 41. 43. lib. IV. tit. 8. lib. VI. tit. 2. lib. VIII. tit. 6. lib. IX. tit. 1—16. 18—20. 22—42. 44—51. lib. XI. tit. 41. Nov. 14. 51. Nov. 142. c. 1. 2. Nov. 143. 150.

CAPUT III.

Basilica Leonis *).

SECTIO I.

HISTORIA ORIGINIS.

§. 1. Leo, Basilicorum auctor.

Leo Sapiens, Basilii Macedonis filius et in imperio successor, repurgationem veterum legum a patre factam denuo edidit in sexaginta libros divisam. Ipse Imperator edictum proposuit, quod in Codice Paris. gr. 1352 Basilicorum operi praemissum est et ab ipso *προοίμιον* appellatur[1]). Quo in edicto Leo Iustinianum reprehendit, quod suam legum collectionem in varia et separata opera diviserit, Institutiones videlicet, Digesta, Codicem, quibus accesserint Iustiniani Novellae, quae etiam proprium locum obtinuerint[2]). Difficultatem inde oriundam, quod iuris praecepta in quatuor diversis operibus essent conquirenda, Leo, ut ipse in hoc edicto auctor est, ita tollere studuit, ut omnes leges antea in quatuor operibus dispersas uno corpore sex voluminibus comprehenso et in sexaginta libros diviso complecteretur, quae inutilia essent et abrogata, omitteret, supervacanea e textu eliminaret, denique quae ad eandem materiam spectantia antea in diversis collectionibus essent posita, in unum titulum conferret, quo facilius reperirentur[3]). Non minus locus, quem illud Leonis edictum in Codice Paris. 1352 habet, quam consilium a Leone in eo de sua legum collectione expositum argumento sunt, hoc edicto Basilica fuisse promulgata[4]). Nam indoles et compositio Basilicorum eadem est, quae ex consilio Leonis in dicto edicto exposito esse debebat. Ita verbi causa quae ad eandem iuris materiam spectantia in Institutionibus, Digestis, Codice et Novellis dispersa reperiuntur, in Basilicis sub uno titulo sunt reposita.

In prooemio Basilicorum Leo repurgationis veterum legum a Basilio patre institutae mentionem fecit nullam et perinde locutus est, ac si ipse primus de eiusmodi repurgatione suscipienda cogitasset. Nec tamen exinde argumentum desumi potest, quo probetur, repurgationem veterum legum a Basilio non fuisse perfectam et promulgatam, cum ex Epanagoges prooemio certa sit repurgationis promulgatio a Basilio facta. Silentium de repurgatione Basiliana in prooemio Basilicorum exinde explicandum est, quod hoc prooemium epitome constitutionis longioris Leonis esse videtur[5]). Quod inprimis argumento eorum probatur, quae in eiusmodi edicto, quo tam vastum legum corpus promulgabatur, necessario dicenda erant nec vero dicta sunt. Primum enim in prooemio mentio facta est nulla eorum, quibus Basilicorum componendorum curam Leo commiserit, nulla praeceptorum, quibus Imperator operis componendi rationem, methodum et oeconomiam designaverit, nulla versionum librorum iuris Iustinianei et commentariorum de eis scriptorum in textu corporis legum componendo adhibendorum, nulla ordinis materiarum iuris collocandarum, nulla fontium novae legum collectionis, nulla denique eorum, quae singulo quoque volumine et singulis libris continerentur. Ut a fontibus incipiam, ex prooemio Basilicorum, quale nunc est, derivandum est, Basilica nonnisi ex iure Iustinianeo fuisse hausta. Sed etiam multi loci Basilicorum ex Prochiro desumti sunt[6]), cuius rei in edicto, quo Basilica promulgata sunt, necessario mentio erat facienda. Deinde in prooemio Basilicorum desideratur mentio praeceptorum, quibus Leo definivit, quaenam ex veteribus legibus utpote inutilia ac supervacanea essent in nova collectione omittenda, cuiusmodi praecepta genuina constitutione fuisse comprehensa eo magis probabile est, quo plura ex iure Iustinianeo in Basilica transierunt iam Iustiniani aetate Novellis eius abrogata. Tum prooemium Basilicorum nihil continet de vi, quam Leo constitutiones a se latas in Basilicis condendis habere voluerit, quam non mininam fuisse exinde patet, quod loci iuris Iustinianei institutum iuris a Leone abrogatum spectantes in Basilicis omissi sunt, veluti loci de decurionibus agentes[7]). Etiam inscriptio prooemii Basilicorum longe alia est, atque esse solet in constitutionibus; deest enim in ea nomen magistratus, ad quem data est constitutio. Prooemium Basilicorum caret subscriptione constitutionibus addi solita. Quae omnia argumento sunt, prooemium Basilicorum nonnisi partem et epitomen esse edicti Leonis, quo Basilica promulgata sunt.

Repurgatio veterum legum a Leone instituta effecit, ut repurgatio Basilii in oblivionem veniret. Iam auctor Epitomes legum anno 920. confectae repurgationis veterum legum a Basilio factae mentionem facere omisit; ne uno quidem verbo Basilium eiusmodi opus suscepisse indicavit, licet pluribus enarraverit, Leonem sexaginta libris

*) Zachariae, Delineatio hist. iur. Gr. Rom. §. 29. Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. II. p. 62—149. 1) „*Λέοντος ἐν Χριστῷ βασιλεῖ αἰωνίῳ εὐσεβοῦς βασιλέως τῆς ἐν ὅλοις βιβλίοις ἑξήκοντα πάσης νομοθεσίας πεπραγματευμένης παραλλήλου συναγωγῆς καὶ συντάξεως προοίμιον.*" 2) „*Ἰουστινιανῷ τῷ βασιλέων περιωνύμῳ ἦλθε μὲν εἰς ἐπίνοιαν, τὰ τῶν πρεσβυτέρων αὐτοκρατόρων συλλέξαι θεσπίσματα καὶ τῇ τούτων παραλλήλῳ συντάξει τοῖς περὶ τοὺς νόμους στρεφομένοις τὸ ἐκ τῆς αὐτῶν ἀσχολίας ἐλαφρῦναι. οὐ μὴν ἔτυχε τὸ ἔργον τελείας καὶ ἀνενδεοῦς καταστάσεως καὶ διόρθωσιν δέξασθαι κρείττονα. καὶ γάρ, ὅτε παρὰ Ἀδριανοῦ τοῦ πάλαι Ῥωμαίων ἄρξαντος συνελέγη, λαβὼν καὶ ταῦτα ἐν τεύχεσι ν' διατάξας ἰδίαν καὶ διακεκριμένην ἀπειργάσατο πραγματείαν, δίγεστα τούτοις ἤτοι πανδέκτην ὄνομα θέμενος. καὶ ὅσα δὲ ἐν τοῖς κώδιξι, καὶ ταῦτα συναγαγὼν ἐν ἰδίῳ ἐδάφει διώρισεν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ ἰνστιτοῦτα, τουτέστιν ἡ τῶν νόμων εἰσαγωγή, καὶ ταῦτα ὁμοίως ἥνωται μέν, ἰδιορυθμίζεται δέ. ἔτι δὲ καὶ ἃς ὁ ἀνὴρ ἐφιλοπόνησε νεαρὰς διατάξεις, καὶ ταῦτα ἰδίας ἔτυχε χώρας. οὕτως οὖν ἡ τῶν νόμων ἀπομεμερισμένη οὖσα κατάστασις ἐλλείπειν ἔδοξε τῇ βασιλείᾳ ἡμῶν εἴς τε τὸ παρελεῖν τῆς τῶν νόμων φιλομαθίας τὴν δυσχέρειαν, καὶ εἰς τὸ αὐτὴν τάξεως τυχεῖν ἀκριβοῦς.*" 3) „*Τοιγαροῦν τὰς πάσας τῶν νόμων πραγματείας ἡμεῖς σωματοποιησάμενοι ἐν τεύχεσιν ἓξ συνεκεφαλαιώσαμεν· πᾶν μὲν ἐναντίον καὶ τὴν χρῆσιν οὐ παρεχόμενον ἐν τοῖς πράγμασι, διὰ τό, ὡς εἰκός, πολλὰ τῶν τῆς ἀρχαιότητος νομοθετημάτων παρευδοκιμηθῆναι τοῖς ὕστερον, ὑπεξελόντες καὶ ἀποκρίναντες· πᾶν δέ, ὃ μὴ ἀναγκαῖον, ἀλλὰ περιττὸν ἐδόκει, ἀποτεμόντες τῆς συνυφάνσεως· ἔπειτα δὲ τὰ ἀνὰ μέρος καὶ κατὰ διασπορὰν περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος εἰρημένα εἰς μίαν τίτλου περιοχὴν καταστήσαντες, οἷον ὅσα περὶ γάμοις, ὅσα περὶ λεγάτων, ὅσα περὶ ἐπιτρόπων· καὶ ἁπλῶς ὅσα σύστοιχα καὶ πρὸς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ὁρῶντα, ταῦτα ἐξ ἀλλήλων ἀδιάσπαστα καὶ ἐν τῇ συντάξει τηρήσαντες, ἐν ἑξήκοντα ὅλοις βιβλίοις ἀπαρτισάμενοι, παρέχομεν τῇ περὶ τοὺς νόμους φιλοπονίᾳ ῥᾳδίαν μὲν τὴν ἔντευξιν, τελείαν δὲ τὴν παντὸς οὑτινοσοῦν ζητουμένου διάκρισιν· μηδενὸς νομοθετήματος ὀρθὴν φέροντος τὴν ψῆφον παραλειφθέντος ἐκ τῆς ἄνω τοῦ χρόνου φορᾶς καὶ μέχρι τῆς ἡμῶν βασιλείας τεθεσπισμένων.*" 4) Vide Mortreuil, Hist. T. II. p. 63 sq. 5) Zachariae, *Αἱ ῥοπαί* p. 97. not. 61. Mortreuil l. l. p. 64. 6) Quos indicavit Zachariae de L. Prochir. p. 352—356. 7) Hoc notaverunt Biener in: Zeitschr. f. gesch. RW. T. VII. p. 153. not. 3. Heimbach editio Basil. T. I. p. 332. not. 9.

totum fere ius inde a lege duodecim tabularum fuisse complexum[8]). Et auctor quidem Epitomes repurgationis Basilianae cognitionem habere debuit, cum vix triginta annis post eam promulgatam opus suum scripserit. Nihil aliud accipi potest, quam eum consulto de repurgatione veterum legum a Basilio instituta tacuisse, satis fecisse sibi visum, novissimae legum repurgationis a Leone Sapiente susceptae facta mentione. Quod silentium mirum esse non potest, cum usus repurgationis veterum legum a Basilio factae Basilicis a Leone promulgatis cessaverit. Sic factum est, ut posteri nonnisi repurgationis veterum legum a Leone institutae mentionem facerent, veluti Michael Attaliata[9]), auctor Synopseos minoris, cui apud Graecos nomen est *μικρὸν κατὰ στοιχεῖον*[10]), Matthaeus Blastares[11]), Michael Psellus[12]), Theodorus Balsamon[13]), Harmenopulus[14]), quibus accedit subscriptio Codicis Paris. gr. 2005[15]).

Basilica Leonis a Graecis diversis nominibus appellantur[16]). Prima atque authentica appellatio est *ἀνακάθαρσις τῶν παλαιῶν νόμων*, repurgatio veterum legum. Hac enim iam Basilius usus est, cum Prochirum promulgaret[17]). Eodem nomine Basilica Leonis appellantur[18]. Prae ceteris Balsamon in commentario ad Photii Nomocanonem hac usus est appellatione[19]). Voluerunt Imperatores hoc nomine consilium, quod in digerendis veteribus legibus sibi proposuerant, designare. Posteriori tempore Basilica vocabantur *ἡ ἑξάβιβλος* vel *ἡ ἑξηκοντάβιβλος* (apud Psellum *τὸ ἑξηκοντάβιβλον*). Appellatio prior inde orta est, quod Basilica in sex volumina, *ἓξ τεύχη* erant divisa[20]); posterior a numero sexaginta librorum[21]).

---

8) Praefat. Epitomes §. 3. (Zachariae de L. Ius Graeco-Rom. T. II. p. 280 sq.) „*Ἀπὸ τούτῳ ζήλῳ θείῳ κινηθεὶς ὁ γαληνότατος καὶ πρᾳότατος ἡμῶν βασιλεὺς Λέων ἐπισυνῆξε συλλήβδην σχεδὸν ἅπαντα τὸν νόμον ἀπό τε τοῦ δυοδεκαδέλτου, τῶν διγέστων Ἰουστινιανοῦ καὶ ἰνστιτούτων σὺν τῶν καλουμένων νεαρῶν, καὶ ἐν ἑξήκοντα βιβλίοις ἐπεκτείνας διὰ Συμβατίου πρωτοσπαθαρίου καὶ λοιπῶν θείων ἐννόμων ἀνδρῶν· καὶ ὡς λόγος εἰπεῖν ἑκάστῃ πραγματείᾳ τὰ ἴδια ἴδικτα ἀπένειμε, τήν τε τραχύτητα τοῦ νόμου σὺν τῶν ἐκεῖσε λέξεων εἰς πρᾳότητα λειώσας, καὶ ταῦτα ἐπὶ τέσσαρσι βίβλοις διαστήσας, πάσῃ τῇ ὑφηλίῳ ὡς πολιοῦχος ὑπάτευσεν ὁ καλλίνικος καὶ πρᾳότατος ἡμῶν βασιλεύς.*" 9) *Ποίημα νομικόν*. Praefat. fin. „*Τελευταῖος δὲ πάντων ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμος κῦρος Λέων σκοπήσας μίαν πραγματείαν ποιῆσαι καὶ συνάψαι τὰ διεστῶτα εἰς ἕν, τά τε δίγεστα καὶ τοὺς κώδικας, καὶ πολλὰ τῶν ἰνστιτούτων, καὶ αὐτὰς τὰς Ἰουστινιανοῦ νεαράς, δι' ἐννόμων ἀνδρῶν ἀγρύπνως ἐρανισάμενος, καὶ τὴν τούτων συμπληρώσας ὑπόστασιν, ἐν βιβλίοις ἑξήκοντα, τεύχεσι δὲ συνεκεφαλαίωσεν ἕξ.*" 10) Lit. N *κεφ. θ'*. (Zachariae de L. Ius Gr.-Rom. T. II. p. 171.) „*Τελευταῖος δὲ καὶ ὕστερος πάντων Λέων ὁ σοφὸς ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμος τὰ δίγεστα καὶ τοὺς κώδικας καὶ τῶν ἰνστιτούτων πολλὰ καὶ τὰς νεαρὰς αὐτὰς εἰς ἓν πάντα συναγαγών, καὶ ὁμοῦ τὴν τοιαύτην πραγματείαν ἐν βιβλίοις συμπληρώσας ξ', τὴν λεγομένην ἑξηκοντάβιβλον τελείως ἀπήρτισεν, ἣν καὶ εἰς τεύχη ἓξ διεμέρισε, τεῦχος ὀνομάσας ἕκαστον τῶν μειζόνων τμημάτων, ὃ καὶ πολλῶν βιβλίων ἐστὶ περιεκτικόν.*" 11) Syntagm. Praefat. „*Τελευταῖος δὲ πάντων ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμος Λέων ὁ σοφός, μίαν τὰ πάντα ποιησάμενος πραγματείαν διά τινος Σαββατίου πρωτοσπαθαρίου, καὶ τὰ διέχοντα τῇ θέσει συνάψας εἰς ἕν, τά τε δίγεστα καὶ τοὺς κώδικας, καὶ πολλὰ τῶν ἰνστιτούτων, καὶ αὐτὰς τὰς τοῦ Ἰουστινιανοῦ νεαράς, ἐν βιβλίοις μὲν ἑξήκοντα, τεύχεσι δὲ ὠργάνωσεν ἕξ.*" 12) Synopsis legum v. 44 sq.:

Εἶτα συνοπτικώτερον τοῦ Λέοντος βιβλίον,
Τὸ πᾶν ἑξηκοντάβιβλον πάντας τοὺς νόμους ἔχον,
Τοὺς κώδικας, τὰ δίγεστα, τοὺς νεαρὰς συντόμως,
Τὰ σύμφυλα, τὰ σύμπνοια τῶν διαφόρων νόμων
Διακρινοῦν, ὑποτιτλοῦν, οἰκείως καὶ γνησίως.

Vide, quae de variis virorum doctorum sententiis de hoc loco notavit Mortreuil, Hist. T. II. p. 66. not. b. Et vox quidem *συνοπτικώτερον* causa fuit, cur Zepernick, Praetermissa de vita et constitutionibus Leonis Sect. III. §. 22. p. 389. hoc loco non de Basilicis, sed de Ecloga Leonis agi putaret et cum Busqueto, primo Pselli editore pro *ἑξηκοντάβιβλον* legendum censeret *ἑξηκοντάτιτλον*. Pohl ad Suaresii Notit. Basil § X. p. 33. eandem coniecturam adoptavit. Egomet ipse in Diss. de Basil. origine p. 7. S. dixeram, Psellum loco laudato loqui de compendio legum, non de Basilicis; nec vero hoc compendio Eclogam Leonis designari, quippe quae non sexaginta, sed quadraginta titulis constet. Praeterea lectionem *πᾶν ἑξηκοντάβιβλον* reieceram, quum *ἡ ἑξηκοντάβιβλος* ab omnibus dicatur, et legendum censueram: *τὰ τὴν πᾶσαν ἑξάβιβλον, πάντας τοὺς νόμους ἔχον*, quo designaretur brevior Leonis libellus breviter Basilicorum et omnium legum argumentum exhibens. Verum post ea, quae Mortreuil l. l. notavit, meam de lectione *τὸ πᾶν ἑξηκοντάβιβλον* sententiam nunc ipse respuo et in hac lectione acquiesco. Non solum enim *ἡ ἑξηκοντάβιβλος*, verum etiam *τὸ ἑξηκοντάβιβλον* dicitur, cum in scholiis Basilicorum saepissime legatur *τὸ μονόβιβλον*. Ita etiam Mortreuil nunc assentior, non de breviore compendio, sed de Basilicis Psellum hoc loco agere, quamvis Basilica appellentur *συνοπτικώτερον βιβλίον*. Nam in prooemio quoque Basilicorum legitur *συνεκεφαλαιώσαμεν* et in praefatione Epitomes anno 920. compositae legitur *συλλήβδην*: utroque autem loco de Basilicis sermo est. Ac revera Basilica, si cum libris iuris Iustinianei ea comparaveris, merito appellantur *συνοπτικώτερον βιβλίον*, cum quae ad unam iuris materiam pertinentia praecepta per quatuor iuris Iustinianei partes dispersa sunt, in Basilicis plerumque sub uno titulo reperiantur reposita. 13) In praefatione ad Photii Nomocanonem versibus conscripta (apud Voellum et Iustellum in bibl. iur. can. T. II. p. 788. et in Rhallii et Potli Collect. canon. T. I. p. 1 sq.):

Ἄναξ εὐρυμέδων δὲ κραταιός, πάνσοφος Λέων,
Καὶ Φώτιός τ' ἀγακλυτὸς πατριάρχης,
Τὴν δ' οὐρανίην τετραγωνίσαντες σφαῖραν,
Τέτταρα κατὰ κλίματα, ἠδὲ μέτρα πάσης γῆς,
Κανόσιν, ὡς ἀστράσιν ἀπλανέσιν, ἠδὲ πλανήταις,
Πρὸς δὲ νόμοις, ἠπείροιο λευκαίνουσι κελεύθους,
Θεῖα κατηστέρισαν σοφίῃ τε φραδμοσύνῃ τε.

14) Hexabibl. Lib. I. tit. 1. §. 7. „*Τελευταῖος δὲ καὶ ὕστερος πάντων Λέων ὁ σοφός, ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμος, τὰ δίγεστα καὶ τοὺς κώδικας καὶ τῶν ἰνστιτούτων πολλὰ καὶ τὰς νεαρὰς αὐτὰς εἰς ἓν πάντα συναγαγὼν ὁμοῦ, καὶ τὴν τοιαύτην πραγματείαν ἐν βιβλίοις συμπληρώσας ἑξήκοντα, τὴν λεγομένην ἑξηκοντάβιβλον τελείως ἀπήρτισεν, ἣν καὶ εἰς τεύχη ἓξ διεμέρισε, τεῦχος ὀνομάσας ἕκαστον τῶν μειζόνων τμημάτων, ὃ καὶ πολλῶν βιβλίων ἐστὶ περιεκτικόν.*" 15) „. . . . *τῶν ξ'. βιβλίων βασιλικῶν νομίμων, τῆς τελευταίας ἀνακαθάρσεώς φημι, ἣν ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμος καὶ σοφώτατος συνεστήσατο Λέων.*" Haec verba edidit Zachariae de L. Delineatio p. 45. 16) Cf. Mortreuil l. l. T. II. p. 85—87. 17) Prochir. praefat. §. 3. Vide et praefat. § 1. „*ἐν τῷ . . . ἀνακεκαθαρμένῳ τοῦ νόμου πλάτει.*" Epanagoges praefat. §. 1. „*καὶ πρῶτον μὲν τὰ ἐν πλάτει τῶν παλαιῶν νόμων κείμενα ἅπαντα ἀνακαθαρίσασα, ἐν τεσσαράκοντα βιβλίοις κ. τ. λ.*" 18) Inprimis in scholiis Basilicorum, veluti Basil. ed. Heimb. T. III. p. 172. T. V. p. 704. 772. Cf. Zachariae de L. *Αἱ ῥοπαί* p. 100. not. 64. 19) Vide Voelli et Iustelli bibl. iur. can. T. II. p. 817. 848. 858. 875. 978. 1067. 20) Divisionis Basilicorum in *ἓξ τεύχη* mentionem faciunt ipse Leo in prooemio Basilicorum, Michael Attaliata in praefatione *τοῦ νομικοῦ ποιήματος* (Leunclav. Ius Gr.-Rom. T. II. p. 2.), Matthaeus Blastares in praefatione Syntagmatis (Beveregii Synod. T. II p. 2.) et Harmenopulus Hexabibl. Lib. I. tit. 1. §. 2. 21) Hanc in sexaginta libros divisionem ipse Leo in prooemio Basilicorum testatur. Appellatione *τῆς ἑξηκονταβίβλου* usi sunt auctor Synopseos minoris lit. N. cap. 9. Harmenopulus Hexabibl. Lib. I. tit. 1. §. 7. *Τὸ ἑξηκοντάβιβλον* Basilica appellat Michael Psellus Synops. legum v. 45.

Designantur Basilica etiam *τὰ ἑξήκοντα κεφάλαια βασιλικῶν* [22]); quod tamen factum est a Marco patriarcha Alexandriae, qui eorum nullam habuit cognitionem [23]). Frequentissima appellatio, qua Basilica designantur et unde Basilicorum nomen descendit, est *ὁ βασιλικός*, sc. *νόμος*, lex imperialis, vel *τὰ βασιλικά*, sc. *νόμιμα*, iura imperialia. Utroque nomine tam in scholiis Basilicorum, quam in aliis iuris Graeco-Romani fontibus saepissime designantur. Utraque appellatio iam inde a seculo decimo medio usurpari coepta est. Iam incertus auctor libelli, cui titulus est *σύντομος διαίρεσις τῶν νεαρῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ*, appellatione *τῶν βασιλικῶν* utitur [24]), quem seculo decimo vixisse probabile est [25]). Synopsis Basilicorum, quae circa annum 969 edita est, titulum habet: *Ἐκλογὴ καὶ σύνοψις τῶν βασιλικῶν ἑξήκοντα βιβλίων σὺν παραπομπαῖς κατὰ στοιχεῖον* [26]). In scholiis Basilicorum antiquis, quae vocantur, maxime iis, quae e Thalelaei commentario ad Codicem excerpta sunt, frequentissimae sunt formulae loquendi: *καὶ τὰ ἑξῆς, ἔχει δὲ τὸ κατὰ πόδας, ὡς ἐν τῷ βασιλικῷ κεῖται.* His usi sunt scholiorum antiquorum compilatores, quibus designarent, necesse non esse, ut in scholiis repeterentur, quae iam textu Basilicorum essent comprehensa. Quae scholiorum antiquorum compilatio cum, ut infra pluribus demonstrabitur, seculo decimo medio facta esse videatur, haud immerito scholiorum antiquorum compilatores auctores nominis Basilicorum fuisse coniicimus. Basilicorum nomen descendit a voce *βασιλεύς*, non a nomine *Βασίλειος* [27]). Nam ut taceam, Basilicorum appellationem a nomine Basilii Imperatoris iam ideo derivari non posse, quod adiectivum formandum esset *βασιλειχός*, ut a *Λαρεῖος* descendit *Λαρειχός*, absurdum fuisset, repurgationi veterum legum a Leone institutae ac promulgatae nomen a Basilio desumtum tribui, cuius repurgatio post corpus legum a Leone promulgatum in usu esse desiit. In *Πεῖρα* tit. XXXVIII. §. 8. Basilica appellantur *αἱ βασιλικαὶ δέλτοι;* tit. LIV. §. 10. *τὸ ἔδαφος τῶν νόμων.* Denique Basilica etiam appellantur *τὰ ἀνακεκαθαρμένα βιβλία*, maxime in Indice Reginae.

In Codice Taurinensi CCC. B. v. 7. quinque extant edicta, quibus Basilicis vim legis tributam fuisse nonnulli viri docti crediderunt. Codex iste est seculi decimi quinti; folia tamen initio posita recentiori manu scripta sunt [28]). Hac manu quinque edicta, quibus de agitur, scripta deprehenduntur [29]). Reliqua Codicis pars Prochirum auctum continet. Regulariter haec quinque edicta (*προςτάγματα*) extant in appendice Prochiri aucti circa annum 1200 composito, alia inter iuris Graeco-Romani monumenta. Extant in maiore parte Codicum, qui a Prochiro dependent [30]). Pasini in Catalogo Mss. Taurinensium ea hoc modo designat: Edicta observationem Basilicorum imperantia; secundum auctores Catalogi Parisiensis ad Codicem graecum 1343 attributa sunt Andronico Palaeologo et indicantur promulgata occasione eius, quod Gregoras Histor. lib. IX. cap. 9. narrat [31]). Ex quibus apparet, valde incertam esse rationem, quae inter Basilica et haec edicta intercedat, praesertim cum in his ne uno quidem verbo sermo sit de Basilicis et eis nihil contineatur, nisi generale praeceptum de legibus et constitutionibus observandis, quod ad quamvis aliam legislationem imperii Orientalis referri potest. Haec quinque edicta Zachariae de L. primus edidit [32]). Primum edictum inscriptum est: *ὁρκωμοτικὸν τῶν καθολικῶν κριτῶν γεγονὸς καθ᾽ ὃν καιρὸν ἐσφραγίσθησαν.* Initium est: *Ἐπεὶ ἐξελέγην παρὰ τῆς* .. Secundum inscriptum est: *Πρόςταγμα ὁρκωμοτικόν;* initium est: *Ἡ βασιλεία μου τὸ παρὸν* ... [33]). Tertii edicti initium est: *Ἐπεὶ διωρίσατο καὶ ἔταξεν* ... Quartum incipit ab his verbis: *Ἐπεὶ ἡ βασιλεία μου πολύν τινα* ... Iudicibus eo potestas datur, ad sententias executioni mandandas auxilium manus militaris requirendi. Neque tertium, neque quartum edictum nomen Imperatoris, cui originem debent, in fronte habent. Data sunt *μηνὶ μαρτίῳ ἰνδ. β'.*, quod tamen ad tempus Basilicis multo recentius referendum videtur. Primus ea edidit Giraud [34]) secutus exemplum e Codice Taurinensi sumtum. Quintum edictum inscriptum est: *Κατάκρισις ἐκτεθεῖσα εἰς τοὺς κριτὰς παρὰ Λέοντος καὶ Ἀλεξάνδρου τῶν εὐσεβῶν βασιλέων.* Diem habet: *μηνὶ δεκεμβρίῳ α'. ἰνδ. ς'.* i. e. anno 888 vel 903. Extat in fronte Hexabibli Harmenopuli et seorsim editum est a Bonefidio, Leunclavio et Fabricio [35]).

§. 2. Cui Leo Basilicorum componendorum curam commiserit?

Leo pluribus legum peritis Basilicorum componendorum curam commisit. Cuius rei testis aetati Leonis proximus est auctor Epitomes legum anno 920. compositae [1]). In scholiis Basilicorum recentioribus Basilicorum compilatores appellantur *οἱ τὰ βασιλικὰ ἀνακαθάραντες*, Basilicorum repurgatores [2]), *οἱ τὴν ἀνακάθαρσιν ποιησάμενοι* [3]). Nomina et dignitates horum virorum non innotuerunt, uno excepto, qui praefectus quodammodo

---

22) Leunclav. Ius Gr.-Rom. T. I. p. 363. 23) Hoc notavit Mortreuil l. l. p. 86. not. a. 24) „*Ἐδεήθης μαθεῖν παρ᾽ ἡμῶν, ποῖαι μὲν τῶν νεαρῶν Ἰουστινιανοῦ νομοθεσιῶν οὐ κατεστρώθη* (lege *κατεστρώθησαν*) *ἐν τοῖς λεγομένοις βασιλικῶν βιβλίοις.*" Cf. Heimbach, Anecd. T. II. p. 234. 25) Heimbach, Anecd. T. II. p. LXVI. 26) Cf. Zachariae de L. Delineatio p. 64. Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. II. p. 435. 27) Zachariae de L. Delineatio p. 45. not. 13. Mortreuil l. l. T. II. p. 86 sq. Psellus in Synopsi legum v. 438. originem nominis Basilicorum a voce *βασιλεύς* designat his verbis: „*ὧν ἡ μὲν γνῶσις ἀσφαλής, βασιλικὴ δὲ κλῆσις.*" Mortreuil l. l. p. 86. not. d. 28) Pasini Catal. Mss. Taurin. T. I. p. 391. Revue de la législation T. III. p. 292. 293. 29) Primus ad ea animum advertit Haubold, Man. Basil. p. 237. not. *. 30) Biener, in: Zeitschr. f. gesch. RW. T. VIII. p. 275. Sic extant in Codice Marciano 180 (Zanetti, Catal. manuscript. Bibl. Marc. p. 104.) Vaticano 856 (Assemani, Bibl. iur. orient. T. II. p. 588.) Paris. 1343. 1351. A. 1368. 1356., Bieneriano (olim Meermaniano 169.) Vid. Mortreuil, Histoire T. II. p. 83. 31) Cf. Mortreuil l. l. p. 83. 32) Heidelb. Jahrb. der Literatur 1836. p. 866—876. Equidem benevolentia Amadei Peyroni, illustris professoris Taurinensis, iam anno 1831 nactus eram exemplum quinque edictorum e Codice Taurinensi descriptum; consulto tamen omisi illa primo editionis novae Basilicorum volumini praefigere, cum ea cum Basilicis nullo modo cohaerere viderentur. 33) Has constitutiones iam indicavit Du Cange, Glossar. med. et infim. Graecitat. s. v. *Ὅρκος* ex Codice Colbertino 4590, quo continentur. 34) Revue de la législation T. III. p. 460—465. T. IV. p. 147—153. 36) Bonefidius, Ius orientale T. I. p. 14. Leunclav. Ius Gr.-Rom. T. I. p. 103. Fabricius, Bibl. Graeca T. XII. p. 416.

1) Praefat. § 3. „*ἐν ἑξήκοντα βίβλοις ἐπεκτείνας διὰ Συμβατίου πρωτοσπαθαρίου καὶ λοιπῶν θείων καὶ ἐννόμων ἀνδρῶν.*" 2) Sch. Basil. Heimb. T. I. p. 651. „*σημείωσαι καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ τέλους τῆς παραγραφῆς, ὅτι οἱ τὰ βασιλικὰ ἀνακαθάραντες ἓν ἕκαστον νόμιμον τῷ προσφόρῳ τίτλῳ ὑπέταξαν.*" 3) Sch. 2. T. V. p. 701. „*Τοῦτο τοῦ κατὰ πόδας ὂν καὶ ἐν τῷ προκανόνι μὴ τεθὲν, ὅμως οἱ τὴν ἀνακάθαρσιν ποιησάμενοι τὸν προκανόνα καταστρώσαντες παρενεῖραν τῷ προκανόνι.*"

eis fuisse videtur. Auctor Epitomes eum appellat Symbatium[4]), Matthaeus Blastares Sabbatium[5]); uterque ei tribuit dignitatem Protospatharii. In quo auctor Epitomes, utpote Leonis aetati proximus maiorem fidem meretur, et probabile est, nomen Symbatii, et si non ab ipso Matthaeo, at certe a librariis esse corruptum[6]). Nonnulli viri docti[7]) apud Matthaeum Blastarem Sabbatii nomini nomen Samonae substituerunt, qui dignitate Protospatharii per totum imperii Leonis tempus functus est[8]). Sed cum eiusmodi dignitate plures personae eodem tempore in aula Byzantina ornari solerent[9]), nihil causae est, cur nomen Sabbatii apud Matthaeum Blastarem in nomen Samonae mutetur[10]).

Haud dubie Leo ad Iustiniani exemplum viris, quibus Basilicorum compilationem mandavit, praecepta dedit, quae in opere componendo sequerentur. Qua in re ita potuit versari, ut aut specialia praecepta proponeret de materiarum ordine, de operis oeconomia, de fontibus, ex quibus opus esset hauriendum, de compilandi ratione, aut in universum repurgationem Basilianam respici vellet nec nisi definiret, in quibus ordo eius mutandus, quae ei addenda vel adimenda essent. Leo aut singularem de concipiendis Basilicis constitutionem emisit, aut in universum repurgationem Basilii compilatoribus exemplo proposuit et ea duntaxat definivit, quibus eam mutari et locupletari vellet. Equidem magis inclino, ut hoc sentiam. Vix enim opus erat specialibus novis praeceptis, cum ratio compilandi e Prochiro, Epanagoge et repurgatione Basilii cognita esset, quam etiam Basilicorum compilatoribus placuisse ipsa Basilica docent[11]).

§. 3. Quo tempore Basilica Leonis confecta et promulgata sint?

Cum Leo anno 886. Basilio patri in imperio successerit et anno 911. diem obierit supremum, Basilicorum confectio et promulgatio intra hos annos facta esse debet. Quodsi de tempore certius definiendo quaeritur, Novellarum Leonis ratio necessario habenda est. Quamvis enim harum Novellarum sanctiones in Basilicis non sint receptae, iam ideo quod novas leges continebant, quae a repurgatione veterum legum iam e consilio Leonis erant alienae[1]), constitutiones tamen Leonis a Basilicorum compilatoribus non omnino negectae sunt, ita ut vim quandam in Basilicis compilandis eis tribuamus necesse sit. Cuius rei testimonia haec sunt:

I. Novella Leonis 46. leges de curiis et decurionibus abrogavit. Ratione huius Novellae habita loci iuris Iustinianei de decurionibus agentes in Basilicis praetermissi sunt, cuius rei, quod ad nonnullos locos attinet, certa habemus testimonia[2]).

II. Novella Leonis 48. mulieres a testimonio in contractibus perhibendo excludit, in rebus autem mulierum propriis, quibus interesse viros non decet, veluti in partu, mulierum testimonium non solum admittit, verum etiam viros a testimonio perhibendo arcet. Huius Novellae rationem habuerunt Basilicorum compilatores, cum Basil. lib. XXI. tit. 1. cap. 17. sic exhibuerint: *„Γυνὴ ἐν διαθήκῃ οὐ μαρτυρεῖ· ἐν ἄλλοις δὲ μαρτυρίαν νέμει, ἐν οἷς οἱ ἄνδρες οὐ παρακαλοῦνται."* Verba *ἐν ἄλλοις δὲ κ. τ. λ.* interpolata sunt ex Novella Leonis 48. in fine. Cui quis obiecerit, verba *ἐν ἄλλοις δὲ μαρτυρίαν νέμει κ. τ. λ.* etiam ex Epanagoge desumi a Basilicorum compilatoribus potuisse, quae simile quid continet[3]). Sed cum in Epanagoge nihil dicatur, nisi mulieres in partu testimonium posse praebere, in Novella Leonis 48. autem mulierum testimonium in rebus earum propriis, quibus viris interesse fas non est (*ἐν πράγμασι δὲ γυναιξὶν ἰδιάζουσιν, οὐ μὴ θεμιτὸν ἐντυγχάνειν ἀνδράσιν, φημὶ δὴ ἐπί τε ὠδίνων καὶ εἴ τι ἕτερον, ὃ μόνη θῆλυς ὄψις ὁρᾷ, τὰ οἰκεῖα καὶ ἀῤῥένων ὀφθαλμοῖς ἀθέατα μαρτυρείτωσαν*"), admittatur, quibus egregie conveniunt Basilicorum verba: *„ἐν ἄλλοις δὲ μαρτυρίαν νέμει, ἐν οἷς οἱ ἄνδρες οὐ παρακαλοῦνται;* longe probabilius est, compilatores ex Novella Leonis 48., quam ex Epanagoge haec verba adiecisse, praesertim cum Prochiri quidem in Basilica recepti multa extent exempla, Epanagoges autem receptae nullum. Quodsi quis dixerit, verba *ἐν ἄλλοις δὲ κ. τ. λ.* non Basilicorum compilatoribus originem debere, sed sequiori tempore esse interpolata, obiicio, totidem verbis illum Basilicorum locum in Synopsi Basilicorum legi[4]), ita ut interpolatio ista iam ante, quam Synopsis ederetur, facta esse debeat. Sed de interpolatione seriori tempore post Basilica facta cogitari nequit. Alioquin, cum Novellis Leonis ius Iustinianeum multis in partibus mutatum sit, plures eiusmodi interpolationes ex Novellis Leonis factae in Basilicis deprehenderentur. Quae cum minime reperiantur et Novellarum Leonis nonnisi in scholiis Basilicorum mentio fieri

4) Cf. not. 1. 5) Syntagm. praef. 6) Glossae Nomicae s. v. *Ἰντερβάλλουμ σεπούλκρι* (in Ottonis Thes. iur. T. III. p. 1743 occasione L. 3. pr. D. XI. 8. allegatae) mentionem faciunt Sabbatii his verbis: *„ὁ δὲ Σαββάτιος ἐν τῷ ἰδίων νόμῳ τοῦτο θεὶς τὸ κεφάλαιον εἰς τιτ. λθ'. κεφ. ςδ'. ἐπήγαγε τὸ αὐτό, καὶ ἐπὶ δυσῳδίᾳ πρὸς τὴν τοῦ γείτονος οἰκίαν οὐκ ἐξικνεῖται."* Hic locus autem tam obscurus est, ut, quid de eo sentiam, nesciam. Neque Mortreuil l. l. p. 66. not. d. ad eum illustrandum aliquid contulit. Laudatur antea L. 8. §. 5. D. VIII. 5. et Basil. lib. VIII. tit. 5. them. 3. posita esse dicitur; post haec verba supra laudata sequuntur. Quae verba, si nexum cum praecedentibus consideraveris, non videntur designare, Sabbatium in Basilicis huic Digestorum loco alium locum assignasse, cum locus Basilicorum conveniens iam citatus sit, sed *ἐν τῷ ἰδίῳ* (sic lege pro *ἰδίων*) *νόμῳ*, in suo legum corpore locum ei dedisse sub tit. 39. Intelligitur ergo corpus legum Sabbatii diversum a Basilicis. 7) Veluti Hofmann, Hist. iur. Lib. III. Cap. III. §. 3. Zepernick, Praetermissa de vita et constit. Leonis Sect. III. §. 12. p. 391. 8) Vid. Zonaras III. p. 143. 9) Goarius ad Codinum de officiis aulae Constantinop. Cap. II. n. 34. 10) Mortreuil l. l. p. 69. 11) Zachariae de L. Prochir. p. LXXXIX.

1) Novellarum Leonis sanctiones in Basilica non esse translatas argumento sunt Basilicorum scholia, in quibus saepe Novellae Leonis laudantur ideo, quod iuris Basilicis comprehensi mutationem continent. 2) Sic in Basilicis omissus est totus titulus 32 libri X. Codicis, uti et Novella Iustiniani 101. Cf. *Αἱ ῥοπαί* p. 156. not. 51. p. 170. not. 31. p. 237. not. 67. p. 239. not. 78. Ita p. 237. not. 67. dicitur: *„ὡς βι. ι'. τοῦ κωδ. τι. λβ'. διατ. κη'* (lege *ιγ'*) *· οὐκ ἔστι δὲ εἰς τὰ βασιλικὰ οὐδὲ ὁ τίτλος;"* et p. 239. not. 78.: *„ὡς βι. ι'. τοῦ κωδ. τι. λβ'. διατ. ι'. ἥτις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά, ὅτι μηδὲ ὁ τίτλος οὗτος· ἀνῄρηται γὰρ ὢν περὶ βουλευτῶν."* Ad Novellam Leonis 46. in Codice Zanbemo et Meermaniano adnotatum est: *„αὕτη ἀνῄρηται τὸ γ'. διγ. τοῦ β'. το κς'. τι. θε. τοῦ νβ'.* (lege *τοῦ ν'. βι.*) *τῶν διγ. καὶ διατ. ζ'. ιβ'. ιδ'. ιθ'. κγ'. (κη'.) κθ'. λς'. τοῦ λβ'. τι. καὶ διατ. α'. τοῦ λε'. λη'. πθ'. ρα'. οὐκ ἐδέχθη[σαν] διὰ τούτων [τοῦτο?] οὐδ' ἐν τοῖς βασιλικοῖς."* Designantur loci ex libro L. tit. 2. Digestorum, et ex libro X. tit. 32. et 35. Codicis, denique Novellae Iustiniani 38. 89. et 101. de curialibus tractantes. Cf. Zachariae de L. Ius Graeco-Rom. P. III. IV. p. 138. not. 1. 3) Epanagog. tit. XII. cap. 18.: *„Γυναῖκες, κἂν ἐπὶ σεμνότητι καὶ εὐσεβείᾳ γνωρίζονται, ἐπὶ μὲν ἄλλοις κεφαλαίοις οὐ μαρτυροῦσιν, αἷς ἀπείρηται μηδὲ διδάσκειν, ἀλλ' ἐν τῇ τῶν ἀκροωμένων τάξει καθεστᾶσιν· ἐπὶ μέντοιγε τοκετοῦ καὶ τὸν εἰρημένον τῆς σεμνότητος τρόπον φυλάττουσαι δύνανται μαρτυρεῖν."* 4) Syn. p. 224.

consueverit, nullus dubito, quin illud additamentum in loco Basilicorum laudato ipsis compilatoribus sit tribuendum.

III. Novella Leonis 59. abrogavit legem illam, qua liber homo viginti quinque annis maior, qui pretii participandi causa se in servitutem vendi passus est, servus esse iubetur, et eiusmodi homini libertatem servavit. In Basilicis omissi sunt loci iuris Iustinianei, qui de eiusmodi servitute agunt [5]).

IV. Novella Leonis 78. Senatui Senatusconsultorum faciendorum potestatem ademit, ideoque in Basilicis omissus est titulus Digestorum de Senatusconsultis I. 16.

Novellae Leonis 46. 48. 59. 78. datae sunt ad Stylianum magistrum officiorum, uti etiam Novella 1., qua iudices necessitate Basilica observandi adstringuntur. De persona Styliani et de tempore, quo dignitatem magistri officiorum sustinuit, variae extant sententiae [6]). Ac nonnulli quidem [7]) de Styliano Zautza cogitarunt, Imperatoris Leonis socero, qui anno 887. Magister et Logotheta Dromi fuit et quinque annis post altiorem dignitatem adeptus, scilicet *βασιλεοπάτωρ* factus est [8]), ideoque Novellas a Leone ad Stylianum datas intra annos 887—891. promulgatas esse arbitrantur. Mortreuil [9]) vero de alio Styliano cogitavit, quem magistrum officiorum post annum 892. fuisse neque aliud quid cum Styliano Zautza commune habuisse existimat, nisi dignitatem magistri omnibus parti cuidam administrationis imperii praefectis communem, ideoque Novellam Leonis 1., qua Basilica confirmantur, post annum 892. putat esse promulgatam. Verum enimvero hanc de alio Styliano coniecturam, utpote argumentis idoneis destitutam, censeo reiiciendam. Itaque Basilica ineunte imperio Leonis promulgata esse videntur, certe paucis annis ante annum 892., quo Stylianus magister officiorum esse desiit et ad altiorem ascendit dignitatem. Cui non obstat, quod Novellarum Leonis supra dictarum in Basilicis habita est ratio et tamen Novella 1. Basilica confirmantur. Novellae enim Leonis cum subscriptionibus careant, ita ut ignoretur, quo anno singula quaeque Novella promulgata sit, ex Novellarum ordine et consequentia non potest derivari, eas eodem ordine, quo in collectione a Leone ipso instituta collocatae sunt, etiam fuisse promulgatas, ita ut quae posterior est numero, etiam tempore posterior omnino habenda sit. Quod iam ideo accipi non potest, quod Novellae 2—17. 75. datae sunt ad Leonis fratrem Stephanum, qui exeunte anno 886. usque ad mortem, prope annum 893. patriarcha Constantinopoli fuit [10]). Nihil ergo obstat, quominus Novellas Leonis 46. 48. 59. 78. ante Novellam 1. promulgatas, idque initio statim imperii Leonis factum esse accipiamus, ita ut earum in Basilicis ratio haberi potuerit, reliquarum autem Novellarum promulgationem post Basilica ponamus, quae alioquin eorum compilatores negligere vix potuissent neque ausi fuissent. Neque huic coniecturae de Basilicis initio imperii Leonis, puta anno 888. vel 889., promulgatis operis ipsius moles et amplitudo adversatur. Nam cum in promtu esset repurgatio veterum legum a Basilio instituta, hi, quibus Leo secundam eius editionem parandam mandaverat, tantas difficultates superare necesse non habuerunt, quam quibuscum primae repurgationis compilatores conflictati sunt. Repurgatio Basilii maximam iuris Iustinianei partem continebat; ex consilio Leonis in secunda editione nihil aliud erat faciendum, quam ut materia quadraginta antea libris comprehensa nunc in sexaginta libros divideretur ideoque materiarum ordo mutaretur, nova insuper, quae in repurgatione Basilii essent omissa, adderentur. Eiusmodi labori paucorum annorum, puta biennii, spatium haud dubie suffecit, maxime cum plures socii laboris a Leone essent designati. Nec mutatio ordinis materiarum earumque in sexaginta libros distributio magnis difficultatibus implicita esse potuit. Basilius enim, uti antea vidimus, repurgationem sexaginta libris comprehendere iam in mente habuerat; Prochiro autem edito consilium mutavit et in quadraginta libros repurgationem divisit. Initio imperii Leonis facile superesse poterant, quae ad repurgationem sexaginta libris componendam a Basilio vel potius ab his, quibus curam laboris commiserat, erant praeparata. Itaque probabile est, indicem materiarum in illis sexaginta libris collocandarum perinde atque indicem librorum et titulorum iuris Iustinianei in singulis libris et titulis repurgationis reponendorum Basilii iussu confectum superfuisse et ad Leonem pervenisse, quo si Basilicorum compilatores usi sunt, valde sunt sublevati.

§. 4. Disquiritur, num Constantinus novam veterum legum repurgationem susceperit.

Theodorus Balsamon in praefatione commentarii ad Photii Nomocanonem scripti dicit, se in commentario docuisse, quaenam leges civiles in Nomocanone positae cessaverint et in ultima legum repurgatione ab Imperatore Constantino Porphyrogeneta facta non fuerint repositae [1]). Qui locus unicum est de ultima legum repurgatione a Constantino facta testimonium, in quo tamen Balsamon quodammodo sibi ipse contradicit, quippe qui in praefatione Photiani Nomocanonis versibus concepta Leonem legislatorem laudibus tulerit, nec vero Constantinum [2]). Nam ex inscriptione Paratitlorum Tipuciti vulgo sic dicti, quae habetur in Codice Vaticano 853 eiusmodi:

5) Hanc ob causam in Basilicis praetermissae sunt L. 21. D. I. 5. L. 9. §. 4. D. IV. 4. L. 7 pr. §. 1. L. 40. D. XL. 12. L. 1. 3. 4. 5. D. XL. 13. L. 2. pr. D. XL. 14. 6) Mortreuil, Histoire T. II. p. 295—297. 7) Zepernick, Praetermissa de vita et constit. Leonis p. 247 sq., cui accessit Zachariae de L. Delineatio §. 50. 8) Locos scriptorum Byzantinorum, ex quibus haec apparent, adduxit Mortreuil l. l. p. 295. not. b. c. 9) Mortreuil l. l. p. 297. 10) Mortreuil l. l. p. 295.

1) „*Καὶ τὰ μὲν ἐν τούτοις τεθέντα νόμιμα καὶ ἐνεργοῦντα παραδηλῶσαι, τὰ δὲ σχολάσαντα καὶ μὴ δεχθέντα κατὰ τὴν τελευταίαν ἀνακάθαρσιν τῶν νόμων τὴν γενομένην παρὰ τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυρίου Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου αὖθις ἀναδιδάξαι.*" Cf. Voelli et Iustelli bibl. iur. can. T. II. p. 814. Rhalli et Potli Collectio canon. T. I. p. 32. 2) Apud Voellum et Iustellum l. l. p. 788. Rhalli et Potli l. l. p. 1. sq. Versus hi sunt:

Ἄναξ εὐρυμέδων δὲ κραταιός, πάνσοφος Λέων,
Καὶ Φώτιός τ' ἀγακλυτὸς πατριάρχης,
Τὴν δ' οὐρανίην τετραγωνίσαντες σφαῖραν,
Τέτταρα κατὰ κλίματα, ἠδὲ μέτρα πάσης γῆς,
Κανόσιν, ὡς ἀστράσιν ἀπλανέσιν, ἠδὲ πλανήταις,
Πρὸς δὲ νόμοις, ἠπείροιο λευκαίνουσι κελεύθους,
Θεῖα κατηστέρισαν σοφίῃ τε φραδμοσύνῃ τε.

In ultimo versu pro *Ῥεῖα*, quod apud Voellum legitur, cum Rhalli ex Codice Trapezuntino reposui *Θεῖα*.

„*Τιπούκειτος, τὰ παράτιτλα τῶν ξ. βιβλίων τῶν βασιλικῶν τοῦ Λέοντος καὶ Κωνσταντίνου ἤτοι τῆς ἑξηκονταβίβλου*[3]) derivari nonnisi poterit, Basilica a Leone et Constantino fuisse promulgata. Quamobrem Mortreuil[4]), qui latius hac de re egit, locum Balsamonis ita interpretatur, ut Basilica Leoni et Constantino tribuat et utriusque nomine promulgata esse coniiciat anno 910., quo Leo Constantinum filium Augustum appellavit, vel anno 911., quo Leo supremum diem obiit[5]). Ego vero iam antea studui probare, Basilica ineunte Leonis imperio fuisse promulgata, ita ut Constantinus, licet a patre Augustus appellatus et imperii socius postea adscitus fuerit, eo tempore ne nominari quidem potuerit. Atque testimonium illud ex inscriptione Paratitlorum Tipuciti repetitum valde vacillat. Licet enim de Codicis Vaticani 853 aetate viri docti dissentiant, quorum alii seculo undecimo, alii seculo decimo quarto eum scriptum arbitrantur[6]), tamen haec inscriptio posteriorem redolet originem, cum manu scriptoris seculi decimi sexti scripta in schedula margini fol. 8. B. Codicis illius adglutinata legatur[7]). Itaque incertum est, utrum haec inscriptio ab initio in Codice extiterit necne, et facile accipi potest, recentiorem istum scriptorem, Balsamonis fortasse auctoritate motum, eam ex suo addidisse ingenio. Cum praeter Balsamonem nemo repurgationis legum a Constantino factae mentionem fecerit, atque adeo Balsamon in versibus Nomocanoni Photii praemissis Leonem Sapientem legislatorem celebraverit, quod haud dubie ad Basilica referendum est, quae Balsamon de repurgatione ultima a Constantino instituta tradit, errore niti videntur[8]). Negari quidem nequit, Basilica, quibus Balsamon in commentario ad Nomocanonem usus est, haud parum differre a Basilicis, quae nunc supersunt. Atque hae differentiae mihimet ipsi, cum anno 1825. libellum de Basilicorum origine etc. ederem, tanti visae sunt momenti, ut tabula huic libello adiecta differentias istas ante oculos ponerem et sententiam de novissima legum repurgatione a Constantino facta acriter defenderem, ac praeterea, Leonis tantum Basilica aetatem tulisse, repurgationis autem novissimae a Constantino factae nihil ad nos pervenisse praeter fragmenta a Balsamone laudata contenderem[9]). Nunc vero totam hanc sententiam censeo penitus reiiciendam, et hoc sentio, repurgationem legum a Constantino non esse factam, Balsamonem Basilicis Leonis fuisse usum et Basilica Leonis ad aetatem pervenisse nostram. Nam differentiae illae, quarum supra mentio facta est, quamvis sententiam de nova Basilicorum editione a Constantino suscepta primo adspectu videantur firmare, ita tamen sunt comparatae, ut, si earum causas diligentius investigaveris, bene possint explicari nec pro ista sententia ullo modo militent. Maxima differentia in eo cernitur, quod Balsamon multos librorum iuris Iustinianei locos in Basilicis positos esse negat, quos tamen in Basilicis, quae ad aetatem pervenerunt nostram, deprehendimus. Quae differentia ut explicetur, in eo elaborandum est, ut causas exploremus, quae effecerint, ut loci in Basilica translati posteriori aetate in Codicibus manuscriptis omitterentur. Quas causas si investigaverimus, saepe ratio sufficiens horum locorum sequiori tempore in Basilicorum Codicibus praetermissorum reddi poterit, ita ut necesse non sit, ad sententiam de nova Basilicorum editione a Constantino Porphyrogeneta promulgata, qua Balsamon usus fuerit, confugere.

Ac loci quidem iuris Iustinianei secundum Balsamonem in Basilicis praetermissi, qui tamen in Codicibus Basilicorum superstitibus reperiuntur, hi sunt:

1) Tit. 7. libri XXV. Digestorum de concubinis[10]). Extant tamen L. 1. 3. D. XXV. 7. in Basil. LX. 37. cap. 1. 2. Novella Leonis 91. quae concubinatum prohibuit, causam dedit huic titulo Digestorum ab initio in Basilicis posito posterius in Codicibus omittendo.

2) L. 12. 13. D. XLVIII. 5.[11]). Habentur tamen in Basil. LX. 37. cap. 14. 15. Quod Balsamo tradit, eas in Basilicis fuisse omissas, intelligendum nonnisi est de L. 13. pr. D. XLVIII. 5., quae pars initio in Basilicis posita esse potuit, serius autem in Codicibus praetermissa est ideo, quod post Novellam Leonis 91. ob stupratam concubinam accusatio ex lege Iulia de adulteriis non competebat.

3) L. 11. D. XLVIII 8.[12]). Extat tamen in Basil. LX. 39. 7. Balsamon praeterea tradit[13]), etiam L. 3. (§. 4. inde a verbis qui hominem etc.) L. 5. 6. D. XLVIII. 8. in Basilicis esse omissas. Atque hae neque in Basilicis nostris (in Cod. Paris. 1350) reperiuntur, ideoque iam ab initio praetermissae videntur, quod de poena eorum, qui homines castrant, agunt, et novissima lege hac de re lata, Novella scilicet Iustiniani 142., priores leges eandem rem spectantes abrogatae sunt. Quod ad L. 11. D. XLVIII. 8. attinet, omissio eius in Basilicis, quam Balsamon testatur, de prooemio huius fragmenti intelligenda est, quo Iudaeis quidem circumcidere filios suos permittitur, qui vero in homines alios, qui Iudaei non sunt, hoc commiserit, castrantis poena tenetur. In Codice Paris. 1350 L. 11. pr. D. XLVIII. 8. extat. Probabile est, serius hunc locum in nonnullis Codicibus fuisse praetermissum, cum etiam de poena castrantium agat per Novellam Iustiniani 142. mutata.

4) L. 9. D. XLVIII. 19.[14]). Reperiuntur in Basil. LX. 51. 9. (Cod. Paris. 1350) legis allegatae pr. §. 1—4. 7—10. Quod Balsamo tradit de hac lege in Basilicis omissa, restringendum est ad eius §. 11—15., quae cum de decurionibus agant, etiam in Codice Paris. 1350 desiderantur et ab initio in Basilicis non fuerunt positae, Novella quippe Leonis 46. abrogatae.

5) L. 5. 6. 7. 8. C. I. 1.[15]). Habentur tamen hae constitutiones tam in Codice Coisliniano 151, quam in

---

3) Cf. Basil. Heimb. T. II. Praefat. p. VIII. Heimbach Anecd. T. I. p. 220. 4) Histoire T. II. p. 72—82. 5) Eandem coniecturam iam antea proposuerunt Biener, Gesch. der Novellen p. 127. n. 18. Zachariae de L. *Αἱ ῥοπαί* p. 102. 6) Zachariae de L. *Αἱ ῥοπαί* p. 99. seculo XI. hunc Codicem tribuit. Sed Heimbach Anecd. T. I. p. 221. not. 1. seculo XIV. eum vindicat. 7) Vide libros in nota 3. laudatos. 8) Hanc sententiam fovent Witte, Rhein. Mus. f. Iurispr. T. III. p 37. not. 68. Zachariae de L. *Αἱ ῥοπαί* p. 102. et Delineatio p. 45. 9) Heimbach, de Basil. origine p. 17. 18. 10) Voelli et Iustelli bibl. iur. can. T. II. p. 1108. Rhalli et Potli Coll. canon. T. I. p. 307. 11) Voell. p. 1110. Rhalli T. I. p. 309. 12) Voell. p. 834. Rhalli T. I. p. 54. 13) Voell. p. 834. Rhalli T. I. p. 54. Locus Balsamonis hoc loco conferendus est cum *τῷ κειμένῳ*, in quo laudantur L. 3. 5. 6 D. XLVIII. 8., ad quod Balsamon dicit: *τοῦ δὲ μη'. βιβ. τοῦ κώδικος* (lege *τῶν διγέστων*) *ὁ η'. τιτ. κεῖται ἐν βιβ. ξ'. τῶν βασιλικῶν τιτ. λθ'. τὰ δὲ κεφάλαια ταῦτα παρελείφθησαν καὶ οὐκ ἐτέθησαν.* 14) Voell. p. 1029. Rhalli T. I. p. 234. 15) Voell. p. 815 sq. Rhalli T. I. p. 35. Quod ad L. 7. C. I. 1. attinet, eam in Basilicis omissam esse praeterea testatur Balsamon ad Tit. I. cap. 5. (Voell. p. 823. Rhalli T. I. p. 43.).

Codice Paris. 1352, et efficiunt Basil. I. 1. cap. 5. 6. 7. 8. Probabile est, has constitutiones, sicuti et alias, quas Balsamon tradit in Basilicis non esse positas, quas tamen in Codicibus Basilicorum superstitibus deprehendimus, serius a librariis fuisse praetermissas, maxime cum Balsamonis testimonium de uno alterove iuris Iustinianei loco in Basilicis non recepto haud magnam fidem mereatur, quippe qui, ut infra ad L. 8. C. I. 5. L. 10. C. I. 11. et ad Novellas 37. et 144. videbimus, interdum sibi ipse contradixerit.

6) L. 20. C. I. 2.[16]). Extat tamen hic locus tam in Codice Coisliniano 151, quam in Codice Paris. 1352 et habetur Basil. V. 1. 9.

7) L. 29. C. I. 3.[17]). Extat tamen in Codice Coisliniano 151 et Paris. 1352, quorum in primo legitur Basil. IV. 1. (cap. 25. edit. Heimb.) index Thalelaei, in secundo Basil. I. 1. 9. (edit. Fabr.) exhibetur textus authenticus graecus constitutionis.

8) L. 29. C. I. 4.[18]). Extat tamen in Codice Coisliniano 151 et Paris. 1352 et habetur Basil. III. 1. 6.

9) L. 8. C. I. 5.[19]). Habetur in Codice Coisliniano 151. et Paris. 1352 Basil. I. 1. (cap. 27. ed. Heimb. cap. 26. ed. Fabr.). Ipse Balsamon eodem loco[20]) laudat Basil. I. 1. cap. 23., quo epitomen L. 8. C. I. 5., quam paulo ante dixerat in Basilicis praetermissam, longe breviorem exhibet, quam indicem Thalelaei, qui in utroque Codice legitur. Unde apparet, Balsamonis testimonium de uno alterove iuris Iustinianei loco in Basilica non translato non esse semper certum et fide dignum.

10) L. 12. C. I. 5.[21]). Servatur tamen textus authenticus graecus huius constitutionis in Codice Coisliniano 151 ex eoque editus est in Basil. I. 1. 30. ed. Heimb. In Codice Paris. 1352 haec constitutio desideratur, quod argumento est, sicuti in hoc Codice praetermissa est constitutio, quae in Codice Coisliniano 151 habetur, ita etiam iam Balsamonis aetate extitisse Basilicorum Codices, quibus non Basilica integra, sed librariorum praetermissionibus manca exhibebantur.

11) L. 22. C. I. 5.[22]). Legitur tamen in Codice Coisliniano 151 et Paris. 1352, ex iisque edita est Basil. I. 1. (cap. 35. ed. Heimb. cap. 32. ed. Fabr.).

12) L. 1. C. I. 6.[23]). Extat in Codice Coisliniano 151 et Paris. 1352 et in utraque editione est Basil. III. 1. cap. 6. Causa, cur librarii hanc constitutionem in aliis Codicibus praetermiserint, haec videtur fuisse, quod L. 2. C. I. 6., quae rebaptizato, si doli capax sit, una cum rebaptizante ultimum supplicium irrogat, per Novellam 37., qua rebaptizatus militia sola arcetur, mutata ideoque in Basilicis omissa est[24]), quam cum librarii non invenirent, etiam L. 1. C. h. t. omiserunt.

13) L. 3. C. I. 7.[25]). Quod Balsamon dicit, hanc constitutionem in Basilicis non extare, licet tit. 7. lib. I. Codicis reperiatur in Basil. lib. LX. tit. 54., intelligendum est de ea constitutionis parte, qua orthodoxis haereticis factis consortio cum aliis hominibus interdicitur; haec enim constitutionis pars in Basilicis non est posita, ut Balsamon alio loco testatur[26]).

14) L. 10. C. I. 11.[27]). Reperitur haec constitutio in Codice Coisliniano 151. (Basil. I. 1. 20. ed. Heimb.), nec vero in Codice Paris. 1352. Vide, quae ad num. 10. dixi.

15) L. 1. 2. 3. C. quae sit longa consuetudo. VIII. 52.[28]). Extant hae constitutiones in Codice Coisliniano 151 et Paris. 1352, et efficiunt Basil. II. 1. cap. 50. 51. 52.

16) L. 7. C. IX. 9.[29]). Extat tamen haec constitutio in Codice Paris. 1350 atque est Basil. LX. 37. 51.

17) Tit. 10. lib. IX. Codicis[30]). Extat tamen constitutio unica sub hoc titulo reposita in Codice Paris. 1350 et est Basil. LX. 57. cap. 1. Novella Leonis 34. dictam constitutionem in eo mutavit, ut bona tutoris, qui pupillam virginem stupravit, non ad fiscum, uti voluit constitutio, sed ad pupillam stupratam iuberet pertinere. Librarii Novellae Leonis 34. ratione habita dictam constitutionem serius in Basilicorum Codicibus praetermiserunt, et Balsamon eiusmodi Codicem nactus tradit, eam in Basilicis non esse positam.

18) Tit. 11. lib. IX. Codicis[31]). Extat tamen epitome constitutionis unicae sub hoc titulo repositae in Codice Paris. 1350 (Basil. LX. 37. 73.) adiecta loco Basilicorum laudato ex Prochir. tit. XXXIX. cap. 43. desumto, ubi incipit inde a verbis καὶ κληρονομείτωσαν et usque ad finem extenditur. Praeterquam quod Codice dicto epitome huius constitutionis continetur, etiam summarium Theodori et index Thalelaei in scholiis Basilicorum conspicui argumento sunt, eam in Basilicis fuisse repositam. Facile Balsamon, cum poenam loco Basilicorum laudato statutam aliam esse inveniret, quam quae in constitutione denunciatur, eo pervenire potuit, ut totam constitutionem in Basilicis praetermissam arbitraretur.

19) Novella 37., quam Balsamon dicit in Basilicis praetermissam[32]), alio loco ab eo dicitur esse Basilicorum lib. I. tit. 1. cap. 45.[33]). Extat summarium huius Novellae latino sermone scriptae a Theodoro confectum in Codice Coisliniano 151 et Paris. 1352 (Basil. I. 1. cap. 49—52. ed. Heimb. cap. 45. 48. ed. Fabr.), cuius summarii verba Balsamon ipse laudat[34]), idque Basilicorum lib. I. tit. 1. cap. 45. esse dicit. Balsamon ergo sibi ipse contradicit. Certum est, hanc Novellam in Basilicis fuisse repositam. Fieri tamen facile potuit, ut librarii eam in Codicibus describendis praetermitterent, cum ex testimonio auctoris libelli, cui titulus est σύντομος διαίρεσις τῶν νεαρῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ, ad eas Novellas pertineat, quae in Basil. receptae quidem fuerunt, postea tamen in usu esse desierunt[35]).

20) Novella 144. a Balsamone uno loco dicitur in Basilicis omissa[36]), altero dicitur esse Basil. I. 1. cap. 51.[37]).

---

16) Voell. p. 823. Rhalli T. I. p. 43. 17) Voell. p. 1056. Rhalli T. I. p. 257. 18) Voell. p. 956. Rhalli T. I. p. 171. 19) Voell. p. 1063. Rhalli T. I. p. 264. 20) Voell. p. 1064. Rhalli T. I. p. 264. 21) Voell. p. 1061. Rhalli T. I. p. 262. 22) Voell. p. 1039. Rhalli T. I. p. 243. 23) Voell. p. 912. Rhalli T. I. p. 127. 24) Const. 2. C. I. 6. in Basilicis omissam testatur Balsamon loco in praecedente nota laudato. 25) Voell. p. 1026. Rhalli T. I. p. 231. 26) Voell. p. 986. Rhalli T. I. p. 196. fin. 197. init. Nota denuo, quomodo Balsamon ipse sibi contradicat, hoc loco dicens, L. 3. C. I. 7. esse Basil. LX. 54. cap. 25.; loco autem in praecedente nota laudato dicens, eam in Basilicis non extare. 27) Voell. p. 831. 909. Rhalli T. I. p. 50. 123. 28) Voell. p. 820. Rhalli T. I. p. 40. 29) Voell. p. 1010. Rhalli T. I. p. 217. 30) Voell. p. 1010. Rhalli T. I. p. 217. 31) Voell. p. 1010. Rhalli T. I. p. 217. 32) Voell. p. 986. Rhalli T. I. p. 197. 33) Voell. p. 913. Rhalli T. I. p. 128. 34) Voell. p. 913. Rhalli T. I. p. 128. 35) Cf. Heimbach Anecd. T. II. p. 236. 36) Voell. p. 1042. Rhalli T. I. p. 246. 37) Voell. p. 908. Rhalli T. I. p. 123.

Extat in Codice Coisliniano 151 et Paris. 1352 (Basil. l. 1. cap. 56. ed. Heimb. cap. 53. ed. Fabr.).

Ex eo, quod Balsamon sibi ipse contradicit, eundem iuris Iustinianei locum modo in Basilicis praetermissum dicens, modo in Basilicis repositum affirmans adeoque locum Basilicorum, ubi reperiatur, laudans et verba Basilicorum allegans [38]), apparet, iam Balsamonis aetate Codices extitisse Basilicorum modo integriores, modo interpolationibus ac praetermissionibus locorum ab initio in Basilicis repositorum foedatos. Nec solum probabile, verum etiam certum est, Balsamonem ipsum, cum commentarium ad Photii Nomocanonem conscriberet, Basilicorum Codicibus eiusmodi diversae indolis, quorum in uno idem iuris Iustinianei locus extabat, in altero praetermissus erat, usum fuisse. Alioquin explicari nequit, quomodo Balsamon tam aperte sibi contradicere potuerit. Etiamnunc Codices Basilicorum eiusmodi diversae indolis supersunt. Exemplum praebent Codex Coislinianus 151 et Codex Paris. 1352 superstites, quorum hic modo multos locos illo comprehensos praetermittit, modo loco textus authentici constitutionis cuiusdam Codicis vel Novellae Iustiniani in illo exhibiti breves epitomas suppeditat, Novellarum potissimum ex Theodori Breviario Novellarum desumtas. Eiusmodi praetermissiones et interpolationes nonnisi librariis tribuendae sunt, quippe quos leges describere taedebat, quae in usu esse desierant, vel integrum textum loci cuiusdam describere, cum in promtu essent epitomae, quas loco textus in Codices transferrent.

Ex differentia numerorum, quibus loci Basilicorum a Balsamone laudantur, ab iis, qui in Codicibus et editionibus reperiuntur, derivari nequit, Balsamonem Basilicorum locos secundum repurgationem legum, quam a Constantino Porphyrogeneta promulgatam tradit, allegasse. Numerus enim, quo idem locus designatur, in diversis Basilicorum Codicibus diversus est. Exempla rursus praebent Codex Coislinianus 151 et Codex Paris. 1352, quorum hic libri Basilicorum primi longe pauciora capita, quam ille, exhibet. Atque haec numerorum in Codicibus diversitas et confusio rursus nisi librariis tribui potest nemini. Librarii enim, ubi locum iuris Iustinianei in Basilica translatum omiserunt, numeros quoque capitum mutarunt, unum Basilicorum capitulum, quod nimis longum ipsis videbatur, plures in partes dissecuerunt et singulas partes peculiaribus numeris distinxerunt, denique plures partes epitomae eiusdem loci, quae in Basilicis plura capita effecerant diversis numeris distincta, unum in caput contraxeruut eique unum tantum numerum praeposuerunt. Explicandus hac ratione est numerus, quo Balsamon locum quendam Basilicorum designavit, ab eo, quo idem locus in Codicibus et editionibus designatus reperitur, diversus. Cuius differentiae numerorum exempla ex libro Basilicorum primo haec adduci possunt. L. 2. C. I. 11. a Balsamone [39]) dicitur esse Basil. l. 1. cap. 7. (cap. 12. ed. Fabr. et Heimb.); L. 10. C. I. 4. auctore Balsamone [40]) est Basil. l. 1. cap. 17. (cap. 20. ed. Fabr. cap. 21. ed. Heimb.); L. 2. 3. 4. 5. C. I. 5. teste Balsamone [41]) repositae sunt Basil. l. 1. cap. 18. 19. 20. 21. (cap. 21—23. ed. Fabr. cap. 22—25. ed. Heimb.); L. 6. C. I. 5. apud Balsamonem [42]) est Basil. l. 1. cap. 22. (cap. 24. ed. Fabr. cap. 26. ed. Heimb.); L. 8. C. I. 5. auctore Balsamone [43]) est Basil. l. 1. cap. 23. (cap. 25. ed. Fabr. cap. 27. ed. Heimb.); L. 9. C. I. 5. est Basil. l. 1. cap. 24. (cap. 26. ed. Fabr. cap. 28. ed. Heimb.); L. 11. C. I. 5. est Basil. l. 1. cap. 24. th. 2. (cap. 27. ed. Fabr. cap. 29. ed. Heimb.); L. 16. C. I. 5. a Balsamone [44]) laudatur ut Basil. l. 1. cap. 27. th. 2. (cap. 29. ed. Fabr. cap. 32. ed. Heimb.). Numerorum differentia exinde explicanda est, quod Balsamon in iis Basilicorum Codicibus, quibus usus est, constitutiones 5. 6. 7. 8. C. I. 1. praetermissas deprehendit. Rursus in loco Novellae 37. in Basilicis assignando Balsamon cum Codice Paris. 1352 consentit [45]).

Neque ex eo, quod locorum a Balsamone ex Basilicis laudatorum textus ab eo, qui in Codicibus Basilicorum superstitibus extat, nonnunquam differt, argumentum depromi potest, quo probetur, Balsamonem usum fuisse nova Basilicorum editione Constantini Porphyrogenetae nomine promulgata. Exempla eiusmodi diffentiarum textus haec sunt:

1) Legis 2. C. I. 11. (Basil. l. 1. cap. 12.; apud Balsamonem cap. 7.). Balsamon breviorem exhibet epitomen, puta Theodori [46]), quam Codices Coislinianus 151 et Paris. 1352, qui habent indicem Thalelaei.

2) Constitutiones 2. 3. 4. 5. C. I. 5., quas Balsamon Basil. l. 1. cap. 18. 19. 20. 21. repositas esse dicit, idem longe breviores exhibet [47]), quam uterque Codex laudatus. Quae tamen differentia non magni est aestimanda, cum Balsamon non genuinum Basilicorum textum afferat, sed nonnisi argumentum tradat infinitivo utens.

3) Legis 8. C. I. 5. epitomen longe breviorem praestat Balsamon, apud quem est Basil. l. 1. cap. 23. [48]) quam uterque Codex laudatus (Basil. l. 1. cap. 27. ed. Heimb. cap. 25. ed. Fabr.). Balsamon exhibere videtur summarium Theodori, Codex uterque indicem Thalelaei, quem integrum praestat Codex Coislinianus, initium duntaxat Codex Parisiensis.

4) Constitutionis 9. C. I. 5. alium textum praestat Balsamon, qui dicit esse Basil. l. 1. cap. 24. [49]), alium uterque Codex (Basil. l. 1. cap 27. ed. Heimb. cap. 26. ed. Fabr.). Codex uterque habet, ut videtur, indicem Thalelaei, Balsamon summarium Theodori.

5) Legis 12. C. I. 5. epitomen habet Balsamon, qui dicit esse Basil. l. 1. cap. 24. th. 2. et cap. 25. [50]); Codex Coslinianus 151 praestat integrum constitutionis graecae textum vel *τὸ κατὰ πόδας* latinae constitutionis (Basil. l. 1. cap. 30. ed. Heimb.). In Codice Paris. 1352. praetermissa est haec constitutio.

6) Constitutionis 16. C. I. 5. epitomen habet Balsamon, qui dicit esse Basil. l. 1. cap. 27. [51]), cum Codex Coislinianus 151 genuinum constitutionis textum, Paris.

---

38) Eiusmodi exemplum praeter ea, quae iam adduxi, hoc est. L. 1. C. III 24. a Balsamone dicitur esse Basil. VII. 5. cap. 91. et tamen additur, hoc caput esse praetermissum (Voell. p. 1007. Rhalli T. I. p. 215.). In Codice Coisliniano 151. haec constitutio non reperitur, licet L. 2. 3. C. eiusdem tituli in eo in Basil. lib. VII. tit. 5. (cap. 90. 91. ed. Heimb.) deprehendantur. 39) Voell. p. 983. Rhalli T. I. p. 193. 40) Voell. p. 981. 1067. Rhalli T. I. p. 192. 193. et p. 267. 41) Voell. p. 1063. Rhalli T. I. p. 264. 42) Voell. p. 1067. Rhalli T. I. p. 267. 43) Voell. p. 1064. Rhalli T. I. p. 264. 44) Voell. p. 1067. Rhalli T. I. p. 267. 45) Balsamon Novellam 37. dicit esse Basil. l. 1. cap. 45. (Voell. p. 913. Rhalli T. I. p. 128.) In edit. Fabr. est cap. 45. et 48.; in edit. Heimb. cap. 49—52. 46) Voell. p. 983. Rhalli T. I. p. 193. 47) Voell. p. 1063. Rhalli T. I. p. 264. 48) Voell. p. 1064. Rhalli T. I. p. 264. 49) Voell. p. 1084. Rhalli T. I. p. 264. 50) Voell. p. 1064. Rhalli T. I. p. 264. 51) Voell. p. 1067. Rhalli T. I. p. 267.

1352 partem textus praestet (Basil. I. 1. cap. 32. ed. Heimb. cap. 29. ed. Fabr.). Balsamon exhibet, ut videtur, summarium Theodori.

7) Legis 20. C. I. 5. textum genuinum graecum continet Codex Coislinianus 151 (Basil. I. 1. cap. 33. ed. Heimb.); Codex Paris. 1352 initium eiusdem textus (Basil. I. 1. cap. 30. ed. Fabr.). Balsamon, qui dicit esse Basil. I. 1. cap. 28., epitomen exhibet[53]), quae videtur esse summarium Theodori.

8) Constitutionem 18. (in editionibus nostris 19.) C. I. 9. Balsamon dicit esse Basil. I. 1. cap. 41., et tradit in Basilicis omissam eam constitutionis partem, qua Iudaeo Christianum ad suam religionem convertere conanti capitalis poena denunciatur[52]). Codex Coislinianus 151 indicem constitutionis a Thalelaeo confectum praestat (Basil. I. 1. cap. 47. ed. Heimb.), Codex Paris. 1352 initium huius indicis (Basil. I. 1. cap. 43. ed. Fabr.). In Codice Coisliniano locus de capitali Iudaei poena legitur, uti et in Codice Paris. 1350 ex eoque in editis Basilicis LX. 54. (cap. 31. ed. Fabr. cap. 30. ed. Heimb.); in Codice Paris. 1352 idem locus omissus est, quod haud scio, an ideo factum, quod librarius, qui Codicem hunc scripsit, hunc locum in alio Basilicorum libro (lib. LX. tit. 54.) invenerat repositum.

Differentia textus loci cuiusdam Basilicorum a Balsamone laudati ab eo textu, quem Codices Basilicorum superstites praestant, eodem modo explicanda est, quo praetermissio locorum, qui in his Codicibus extant, a Balsamone notata. Librarii enim, quos taedebat verbi causa, quod ad Codicem attinet, *τὸ κατὰ πόδας* vel Thalelaei indicem in Basilicorum textum translatum describere, modo loco eius summaria Theodori longe breviora indicibus Thalelaei, quorum summariorum ex scholiis antiquis copia erat, in Basilicorum textum transtulerunt, modo nonnisi partem *τοῦ κατὰ πόδας* vel indicis Thalelaei descripserunt. Quantum ad Novellas, loci Novellarum e Basilicis a Balsamone laudati argumento sunt, Novellarum graecarum textum excepto prooemio et epilogo integrum in Basilica transiisse. Quod non necesse est exemplis demonstremus, cum loci Novellarum graecarum a Balsamone laudati regulariter praestent textum ex corpore CLXVIII Novellarum in Basilica translatum, qui etiam in Codicibus Basilicorum superstitibus exhibetur. Sed iam mature librarii, quos integrum Novellarum graecarum textum in Basilica translatum describere taedebat, loco eius summaria ex Theodori Breviario Novellarum desumta in Basilicorum Codicibus reposuerunt, quod iure se facere posse ideo fortasse arbitrati sunt, quod Novellarum latinarum epitomas ex Theodori Breviario, raro ex Athanasii commentario depromtas in textu Basilicorum deprehenderunt. Quod facillime fieri potuit, cum Novellarum graecarum summaria ex Theodori Breviario regulariter in scholiis antiquis reposita sint. Iam ante Balsamonis aetatem librarios in locum Novellarum graecarum summaria Theodori subrogasse, probatur exemplo Novellae 51. graeco sermone promulgatae, cuius summarium ex Theodori Breviario desumtum Basil. lib. LX. tit. 38. cap. ultimo extat et a Balsamone laudatur[54]). Eadem differentia textus Basilicorum, quam supra ex Balsamone notavimus, etiam in Codicibus Basilicorum superstitibus cernitur. Nam Codex Coislinianus 151 et Codex Paris. 1352 saepissime inter se differunt; hic saepe, quod ad Codicem attinet, constitutionum graecarum duntaxat brevem epitomen, *τοῦ κατὰ πόδας* latinarum vel indicis Thalelaei nonnisi partem praestat, ubi ille integrum constitutionum graecarum textum, *τὸ κατὰ πόδας* latinarum vel indicem Thalelaei exhibet. Non minor utriusque Codicis differentia in Novellis in Basilica translatis est conspicua, qua de re pluribus erit agendum, cum de Basilicorum Codicibus superstitibus disserendi infra dabitur occasio. Id nonnisi hoc loco monuisse sufficiat, differentiam textus Basilicorum in utroque Codice exhibiti perinde atque eam, quae cernitur inter textum loci Basilicorum a Balsamone laudati eumque, qui in Codicibus Basilicorum superstitibus habetur, non indicare diversas Basilicorum editiones, puta Leonis unam, alteram Constantini, sed ex incuria, inertia ac desidia librariorum esse explicandam.

Saepissime Balsamon locos Basilicorum in commentario laudatos dicit eadem vel similia habere iis, quae in Nomocanonis textu reposita sint. Quod facere ita solet, ut Basilicorum locum loco iuris Iustinianei in Nomocanonis textu reposito congruum laudet et addat: *οὕτως ἔχον, ὡς συνωψίσθη; οὕτως ἔχον σχεδὸν, ὡς ἐντὸς συνελήφθη; οὕτως ἔχον, ὡς εἰς τὸ κείμενον ἐγράφη; οὕτω λέγον, καθὼς εἰς τὸ κείμενον ἐδηλώθη; οὕτως ἔχον, ὡς κατεστρώθη; οὕτως ἔχον ἐπὶ λέξεων, ὡς εἰς τὸ κείμενον ἐγράφη*, vel similia. Basilicorum loci hoc modo a Balsamone laudati, si Digestorum continent locos, cum locis Digestorum in Nomocanone laudatis revera conveniunt, cum tam in Nomocanone, quam in Basilicis Digestorum loci ex Anonymi commentario ad Digesta desumti sint. Quod vero ad Codicis et Novellarum locos in Nomocanone laudatos attinet, ad quos Balsamon notat, locos Basilicorum congruos eadem vel similia habere iis, quae in Nomocanonis textu reposita sint[55]), ex eo, quod textus Basilicorum in nostris Codicibus superstes a textu loci in Nomocanone exhibiti differt, derivare quis voluerit, Balsamonem editione Basilicorum ab ea, quae in Codicibus superstitibus habetur, diversa usum fuisse. Nec vero iure quis hoc fecerit. Credendum enim non est, Balsamonem verbis, quae supra adduximus, dicere voluisse, Basilicorum locos ad verbum convenire cum locis in textu Nomocanonis repositis; imo significare nonnisi voluit, eos ratione argumenti cum Nomocanone consentire. Alioquin, si Balsamon non hoc, sed illud in mente habuisset, non posset explicari, quomodo effectum esset, ut in plerisque locis Basilicorum textus a Balsamone laudatus cum eo, qui etiamnunc in Codicibus manuscriptis habetur, conveniret, in paucis istis locis differret.

Argumentis modo expositis, quibus probatur, Balsamonem non usum fuisse Basilicorum editione ab ea,

---

52) Voell. p. 1064. Rhalli T. I. p. 265. 53) Voell. p. 988. Rhalli T. I. p. 198. 54) Voell. p. 1121. Rhalli T. I. p. 320. 55) Loci hi sunt: L. 19. C. I. 2. — Basil. V. 1. 8. (Voell. p. 883. Rhalli T. I. p. 101.) L. 14. C. I. 3. — Basil. III. 1. 1. (Voell. p. 972. Rhalli T. I. p. 184.) L. 35. C. I. 3. — Basil. III. 1. 3. (Voell. p. 928. Rhalli T. I. p. 144.) L. 10. C. I. 4. — Basil. I. 1. 21. apud Bals. 17. (Voell. p. 981. 1067. Rhalli T. I. p. 192 sq. et p. 267.) L. 6. C. I. 9. — Basil. I. 1. 38. apud Bals. 33. (Voell. p. 1073. Rhalli T. I. p. 273.) L. 13. C. I. 9. — Basil. I. 1. 43. apud Bals. 38. (Voell. p. 926. Rhalli T. I. p. 141.) L. 1. C. I. 12. — Basil. I. 1. 48. apud Bals. 44. (Voell. p. 908. Rhalli T. I. p. 123.) L. 41. C. II. 4. — Basil. XI. 2. 58. (Voell. p. 1120. Rhalli T. I. p. 318.) L. 42. C. II. 4. — Basil. XI. 2. 59. (Voell. p. 1120. Rhalli T. I. p. 319.) Nov. 120. cap. 10. — Basil. V. 1. 12. apud Bals. 21. (Voell. p. 893. Rhalli T. I. p. 109.)

quae in Codicibus superstitibus extat, diversa, hoc accedit, quod, si Basilica, quae Balsamon adhibuit, cum Basilicis, quae in Codicibus etiamnunc habentur, contuleris, exceptis differentiis paucis supra propositis, mirus conspicuus est consensus. Conveniunt enim librorum et titulorum numeri, idem est materiarum ordo, eadem series capitum sub singulis titulis repositorum, idem textus locorum plurimorum laudatorum. Quodsi Constantinus, Leonis Sapientis filius, novam veterum legum repurgationem suscepisset et promulgasset, haud dubie plura mutasset, Novellarum Leonis in ea rationem habuisset ita, ut iuris Iustinianei praecepta a Leone abrogata vel immutata praetermitteret aut quae immutata essent, adnotaret. Quorum nihil factum est. Imo Balsamon, qui ultima legum repurgatione a Constantino promulgata se usum auctor est, Leonis Novellas in commentario ita laudat, ut appareat, in eam legum repurgationem, quam adhibuit, nihil ex Novellis Leonis fuisse translatum aut interpolatum[56]).

Neque coniici potest, quaenam Constantino Porphyrogenetae tam brevi tempore post Basilica a Leone promulgata novae legum veterum repurgationis suscipiendae ac promulgandae fuerit necessitas. Nam cum Basilica Leonis totum paene ius Iustinianeum continerent, nihil causae erat, cur Constantinus de nova editione cogitaret, nisi Basilica Leonis secundum leges recentiores tam a patre, quam a semet ipso latas emendari et mutari vellet.

Accedunt alia argumenta, quibus ostenditur, ultimam veterum legum repurgationem Leoni, non Constantino deberi. Ac primum quidem huc pertinent testimonia Graecorum supra §. 1. adducta. Deinde Basilicorum loci, qui in posterioribus iuris Graeco-Romani monumentis, veluti in Synopsi maiori, in *Πεῖρᾳ*, in Ecloga lib. I—X. Basilicorum, in scholiis Basilicorum recentioribus aliisque monumentis laudantur, cum Codicibus Basilicorum superstitibus adeo conveniunt, ut de repetita Basilicorum Leonis praelectione a Constantino suscepta nequeat cogitari[57]), quae si extitisset, haud dubie ad nostram pervenisset aetatem. Tum in scholiis Basilicorum recentioribus saepissime Leonis Novellae laudantur, quibus ius ab eo, quod Basilicis continetur, diversum statutum sit; quod scholiastae minime fecissent, si nova Basilicorum editio a Constantino fuisset promulgata, in qua Novellarum Leonis utpote ius recentius continentium necessario ratio erat habenda. De Constantini ipsius Novellis hoc non contenderim; quae licet a scholiastis saepius laudentur, recentiores tamen esse poterant repurgatione legum a Constantino promulgata.

Quae cum ita sint, sententia de ultima legum repurgatione a Constantino suscepta et promulgata prorsus reiicienda et dicendum est, Balsamonem aut errasse aut de simili opere a Constantino suscepto cogitasse. Haud scio an assentiar Zachariae de L.[58]) coniicienti, Balsamonem cogitasse de scholiorum antiquorum, quae vocantur, compilatione ex commentariis Iureconsultorum seculi sexti composita et Basilicorum textui in Codicibus manuscriptis passim adiecta. Quam tempore Constantini eiusque iussu et auctoritate factam probabile est, ut pluribus demonstrabitur, cum de scholiis antiquis sermo erit. Facile Balsamon de ea potuit cogitare, cum repurgationis veterum legum a Constantino susceptae faceret mentionem. Nam et ista antiquorum scholiorum compilatio veterum legum repurgatio quodammodo dici potest. Veteribus enim legibus designantur commentarii de iuris Iustinianei libris a Iureconsultis seculi sexti scripti. Qui cum etiam Basilicis promulgatis interpretationi inservirent, usus autem eorum tam multitudine, quam amplitudine operum a Iureconsultis compositorum difficilis redderetur, necesse erat, ut ex omnibus commentariis ad librum quendam iuris Iustinianei compositis certi quidam deligerentur, quos interpretationi inprimis utiles et praecipua in iudiciis auctoritate praeditos esse usus fori docuerat. Quod etiam a compilatoribus factum est. Delegerunt enim certos commentarios, quos excerpserunt; epitomas certo ordine collocarunt et Basilicorum libris et titulis accommodarunt. In quibus omnibus repurgatio quaedam veterum legum, id est, veterum commentariorum conspicua est. Merito ergo Balsamon, si de hac scholiorum antiquorum compilatione auctoritate Constantini facta cogitavit, dicere eam potuit *τὴν τελευταίαν ἀνακάθαρσιν τῶν νόμων τὴν γενομένην παρὰ τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυρίου Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου*. Cui non obstat, quod Balsamon dicit, se in commentario docuisse, quae leges civiles in Nomocanone positae secundum ultimam legum repurgationem a Constantino factam cessa-

---

56) Exempla haec sunt. Balsamon laudat Novellae Iustiniani 123. cap. 17. tanquam in Basil. III. 1. 37. repositum, et Novellas Leonis 9. 10. 11., quibus quae Iustinianus loco laudato constitueral, mutata sunt (Voell. p. 858. 859. Rhalli T. I. p. 77 sq.). Reposita ergo fuit in Basilicis, quibus Balsamon usus est, Iustiniani constitutio, Novellis Leonis dictis mutata, quae, si Constantinus legum repurgationem suscepisset, in ea praetermittenda et cuius loco Leonis constitutio reponenda aut certe Iustiniani sanctio ex Leonis constitutione interpolanda fuisset. Idem laudat Novellae Iustiniani 123. capita 4. 5. 6. ut in Basil. III. 1. cap. 13. 14. 15. reposita (cap. 11. 12. 13. ed. Heimb.); deinde adducit Novellas Leonis 68. 86., quibus, quae Iustinianus dicta constitutione caverat, immutata sunt (Voell. p. 944. 945. Rhalli T. I. p. 158. 159.). Locum Basilicorum lib. LX. tit. 58. cap. 1. repositum ex Proch. tit. XXXIX. cap. 40. desumtum Balsamon laudat ac deinde Novellam Leonis 35. quaeri iubet, quae fere eadem constituerit (Voell. p. 1005. Rhalli T. I. p. 213 sq.). Similiter laudat Novellam Leonis 32. (Voell. p. 1051. 1103. Rhalli T. I. 253. 302.), Novellam 87. (Voell. p. 1131. Rhalli T. I. p. 329.), Novellam 96. (Voell. p. 1127. Rhalli T. I. p. 326.). Idem Balsamon Novellas Leonis 100. 101., quae in collectione superstite sunt Novellae 111. 112., allegat (Voell. p. 1133 sq. Rhalli T. I. p. 331.), posteaquam Novellam Iustiniani 117. de causis repudii veluti Basil. libro XXVIII. tit. 7. repositam laudavit. Quibus Novellis quamvis ius antiquum Novella 117. comprehensum, quod alterius coniugis furorem inter causas solvendi matrimonii non numeravit, in eo mutatum sit, ut propter alterius coniugis furorem coniugi post certum tempus matrimonium solvere liceret, tamen Balsamon Novellae Iustiniani in Basilica translatae facit mentionem, quae si Constantinus novam legum repurgationem fecisset, in ea secundum Novellas Leonis dictas fuisset interpolanda. Denique Balsamon laudat Novellae Iustiniani 123. cap. 40. ut in Basil. IV. 1. cap. 8. (cap. 11. ed. Heimb.) repositum, quo, si alter coniux vitam monachicam elegerit, alter coniux in mundo relictus capere iubetur id, quod ex pactis dotalibus ipsi mortuo altero coniuge praestandum esset; deinde adducit Novellam Leonis 117. (collectio superstes Novellas duntaxat 113 continet), qua ob tonsuram mariti uxori donationem propter nuptias (*ὑπόβολον*) minime dari cavetur. Per se intelligitur neque pluribus est exponendum, in repurgatione legum a Constantino instituta iuris Iustinianei praecepta Novellis Leonis abrogata vel immutata aut fuisse omittenda aut certe ex novis constitutionibus interpolanda, et Balsamonem, si hac repurgatione revera usus esset, harum praetermissionum et interpolationum mentionem fuisse facturum. Quorum cum nihil ab eo factum sit, certum est, eum editionis Basilicorum ab ea, quae in Codicibus superstitibus habetur, diversae minime fecisse usum, et quod de novissima legum repurgatione a Constantino instituta tradit, falsum esse. 57) Mortreuil, Histoire T. II. p. 77. 58) *Αἱ ῥοπαί* p. 102.

verint neque in illam receptae sint, atque ita de nova legum veterum editione, ut breviter dicam, de nova Basilicorum editione loqui videtur. Nam cum scholiorum antiquorum compilatio cum Basilicis ipsis arctissime cohaereret, interpretationi quippe eorum destinata, Balsamon utrumque opus, tam Basilica, quam scholia antiqua simul in mente habere potuit, et de repurgatione legum a Constantino facta loqui, licet is novam Basilicorum Leonis editionem minime parasset.

§. 5. Basilicorum divisio [1]).

Leo ipse auctor est, Basilica a se in sex volumina, *ἓξ τεύχη*, esse distributa [2]). In quo voluminum numero posterioris aetatis scriptores inde a Michaele Attaliata consentiunt [3]). Auctor autem Epitomes legum anno 920. compositae distributionis Basilicorum in *τέσσαρας βίβλους*, quatuor libros, facit mentionem [4]), cui concinit Codex Paris. gr. 1357, secundum quem *τὸ τέταρτον τεῦχος* (quartum volumen) libros Basilicorum XLVI—LX continebat [5]). Nam facile quisque videt, *βίβλον* et *τεῦχος* his locis idem significare, praesertim cum auctor Epitomes simul divisionis Basilicorum in sexaginta libros mentionem faciat. Licet auctor Epitomes aetati Leonis proximus sit, Leonis tamen ipsius testimonium de numero *τῶν τευχῶν* videtur praeferendum. Vix opus est, ut moneam, numerum sex voluminum sexaginta librorum numero melius convenire, quam quatuor voluminum. Nibilosecius testimonium auctoris Epitomes de quatuor voluminibus non est prorsus negligendum. Hoc duntaxat quaeritur, quomodo cum Leonis ipsius testimonio conciliandum sit. Divisio Basilicorum in volumina cum argumento et materiarum ordine non ita videtur cohaerere, uti verbi causa Digestorum in septem partes divisio ad exemplum partium Edicti perpetui facta. Volumen, *τεῦχος* nihil erat nisi pars, quae plures libros continebat. Neque istam in volumina divisionem vim ullam habuisse ex eo apparet, quod Basilicorum loci a Graecis semper ita laudantur, ut numeri libri, tituli et capitis indicentur, nusquam autem numerus voluminis, *τοῦ τεύχους*, in quo repositus fuerit locus, designetur. Itaque cum Leo divisione in *ἓξ τεύχη* nihil aliud vellet efficere, quam ut operis tantae molis partes faceret, quarum quaeque plures libros contineret, huic divisioni non eam vim tribuendam censuerunt tam aequales, quam posteri, ut ab ea recedere non licuisset. Unde factum est, ut iam paulo post Leonem alii Basilicorum divisionem in quatuor *τεύχη* censerent praeferendam, ita ut uno volumine quindecim libri comprehenderentur. Haud scio an id factum sit ad exemplum repurgationis veterum legum Basilianae. Nam et illam in *τεύχη* fuisse divisam probabile est ex simili divisione Basilicorum Leonis. Repurgatio Basilii cum quadraginta libris constaret, etiam quatuor volumina continebat. Leo, qui librorum numerum usque ad sexaginta auxit, cum singulis repurgationis Basilianae voluminibus deni libri comprehenderentur, etiam voluminum numerum auxit et sex fecit volumina, quorum singulis deni libri continerentur. Fuerunt autem, qui ad repurgationis Basilianae exemplum divisionem in quatuor volumina retinerent, unde factum, ut Basilicorum modo sex, modo quatuor volumina fuisse dicerentur.

Numerus librorum sexaginta a Leone factus est, ut arbitror, exemplo Basilii. Basilius enim ab initio sexaginta libros repurgationis facere constituerat; postea in quadraginta libris acquievit. Probabile est, eo tempore, quo Leo imperium adeptus est, extitisse indicem eorum, quae Basilius in sexaginta libris reponi voluerat, quem nactus Leo brevi tempore Basilicorum opus perficere potuit. Quaeritur, quid causae fuerit, cur Leo quadraginta librorum numero, quibus repurgatio Basiliana constabat, non contentus ad sexaginta libros, quos Basilius ab initio facere constituerat, faciendos accesserit. Causam hanc fuisse arbitror. Ex tabula supra confecta, quae continet Epanagoges, repurgationis Basilianae et Basilicorum Leonis collationem, apparet, in repurgatione Basiliana multis iuris materiis locum assignari non posse, veluti de captivis et postliminio, de iure nautico, de decurionibus, de muneribus et honoribus eorumque excusationibus, de agricolis et colonis, de iure fisci, de iure militari, de religiosis et sumtibus funerum, et merito credendum esse, eas in illa fuisse praetermissas. Repurgatione Basiliana ius ecclesiasticum, ius publicum ad magistratus spectans, ius privatum, ordo iudiciorum privatorum et ordo iudiciorum criminalium continebantur. Leo ergo, cum huic repurgationi multa deesse intelligeret, eam materiis praetermissis auxit, unde Basilicorum Leonis libri XXXIV. LIII. LIV. LV. LVI. LVII. et LIX. facti sunt. Librorum, quibus Basilica Leonis constant, maior numerus etiam ex eo est derivandus, quod quae in uno repurgationis Basilii libro tractata essent, in Basilicis Leonis in pluribus libris reposita reperiuntur. Ita liber XI. repurgationis, qui de ordine iudiciorum privatorum agit, in Basilicis Leonis in tres libros dissectus est, scilicet VII. VIII. et IX.; liber XXXVII. repurgationis, in quo de manumissionibus et libertis disseritur, Basilicorum Leonis duo libros explet, videlicet XLVIII. et XLIX.; liber XXXVIII. repurgationis, qui de tutela et curatione deque in integrum restitutione agit, in Basilicis Leonis tres efficit libros, scilicet XXXVII. XXXVIII., qui materiam de tutela et curatione continent, et lib. X. de in integrum restitutione agentem. Libro XXVIII. repurgationis Basilianae, in quo de credito et de pignoribus agitur, respondere videntur Basilicorum Leonis libri XIII. XIV. XVII. XVIII. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. (?) XLIII. Quae in Basilicorum Leonis libris XV. XVI. L. tractantur materiae de rei vindicatione, de Publiciana in rem actione, de actione ad exhibendum, de usufructu, de acquirendo dominio, de usucapione, in repurgatione Basiliana una cum materiis de novi operis nunciatione, de damno infecto, de finibus regundis, repositae fuisse videntur libro XXXIX.; quae in Basilicorum Leonis libro XLII. materiae de hereditatis petitione et de iudicio familiae erciscundae, partem libri XXXIII. repurgationis Basilianae videntur effecisse; quae in Basilicorum libris LI. et LII. reperiuntur materiae de exceptionibus et praescriptionibus, de obligationibus et actionibus, haud scio an in librum XXVIII. repurgationis Basilianae fue-

---

1) Cf. Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. II. p. 65—67. 2) Prooem. Basil.: „*ἐν τεύχεσιν ἓξ συνεκεφαλαιώσαμεν.*" 3) Michael Attaliata, *Ποίημα νομικὸν* Praefat. (Leunclav. Ius Gr.-Rom. T. II. p. 2.). Matthaeus Blastares, Syntagm. Praefat. (Beveregii Synod. T. II. p. 2.). Harmenopulus, Hexabibl. Lib. I. Tit. 1. §. 2. 4) Epitome legum, praefat. „*καὶ ταῦτα ἐν τέσσαρσι βίβλοις διαστήσας.*" Cf. Zachariae de L. Ius Gr.-Rom. P. II. p. 281. 5) Cf. Zachariae de L. Prochir. p. 293. not. 54.

rint translatae. Quamvis hac ratione Leo auxerit librorum repurgationis Basilianae numerum, tamen in Basilicis Leonis quaedam in brevius contracta reperiuntur, quam in repurgatione Basiliana extabant. Ita ius ecclesiasticum quinque repurgationis libris continebatur, scilicet I. III. VIII. IX. et X.; in Basilicis Leonis autem quatuor libris comprehenditur, I. III. IV. V. De magistratibus quatuor repurgationis libri agebant, IV. V. VI. VII.; in Basilicis Leonis uno libro, scilicet VI., de his agitur. Ius matrimoniale, quod repurgationis Basilianae octo libros explet, videlicet XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. XXI., Basilicorum Leonis tres efficit libros, nempe XXVIII. XXIX. et XXX.

Singuli Basilicorum Leonis libri in titulos divisi sunt. Numerus titulorum in singulis libris diversus est. Nonnulli libri unum duntaxat titulum continent, veluti lib. I. IV. XIV. XXVII. XXX. XXXVI. LII. Quod ad librum I. attinet, index titulorum totius Basilicorum operis Codici Coisliniano 151 praefixus eum decem titulis componit; index specialis librorum I—IX. in eodem Codice conspicuus, uti et Codex dictus ipse et Codex Paris. 1352. unum duntaxat libri I. titulum designant; in quo numero omnes loci e libro I. a posterioris aetatis scriptoribus, inter quos potissimum Balsamonem in commentario ad Photii Nomocanonem nomino, laudati conspirant. Numerus omnium titulorum in indice generali Coisliniano dicitur esse sexcentorum triginta [6]). Ceterum de omnium titulorum numero certi quid proferri nequit, cum indices non consentiant [7]).

Tituli continent *κεφάλαια*, **capitula**, continua numerorum serie sub singulis titulis reposita; capitula saepissime continent *θέματα*, **themata**, quae paragraphis, in quas Digestorum fragmenta distributa sunt, possunt comparari. Haec capitulorum in themata divisio facta est ad exemplum Iureconsultorum seculi sexti, qui Digestorum fragmenta *δίγεστα* ab eis appellata in *θέματα* diviserunt paragraphis comparanda. In Digestorum locis in Basilica translatis numeri thematum cum numeris paragraphorum in Digestis conspicuis non conveniunt. Quae numerorum differentia varias habet causas. Ac primum quidem quod in Digestis est fragmenti prooemium, in Basilicis est thema I., quod similiter factum est ad exemplum Iureconsultorum seculi sexti. Deinde plures paragraphi in Basilicis saepe in unum thema contractae sunt. Tum nonnullae paragraphi fragmenti cuiusdam Digestorum nonnunquam in Basilicis praetermissae sunt, tunc potissimum, cum concernerent materiam iuris abrogatam, veluti materiam de curiis et decurionibus Novella Leonis 46. sublatam.

Inscriptiones titulorum in libris Basilicorum, qui aetatem tulerunt, e Codicibus manuscriptis superstitibus sunt hauriendae. Qui Codices cum diversae sint aetatis et indolis, in titulis inscribendis non omnino conveniunt. Praeterea usui esse possunt indices titulorum superstites. Eiusmodi indices hi supersunt. Ac primum quidem index librorum et titulorum totius Basilicorum operis extat in Codice Coisliniano 151 fol. 1—18. B. Deinde eodem Codice fol. 19. A. — fol. 22. B. continetur index specialis titulorum librorum I—IX. Tum in Codice Paris. 1357 fol. 123. A. — fol. 128. A. conspicuus est *τοῦ τετάρτου τῶν νόμων τεύχους πίναξ*, i. e. index titulorum librorum XLVI—LX. In indice Coisliniano generali tituli eorumque numeri, plerumque non addita inscriptione, in margine notati sunt; in contextu saepissime habentur loci iuris Iustinianei in singulos Basilicorum titulos translati, quorum argumentum breviter, saepius inscriptionibus latinis in graecum sermonem translatis, indicatur. Quod ad titulorum inscriptiones attinet, hoc indice cum cautione quadam utendum est, ne inscriptiones titulorum Digestorum et Codicis in graecum sermonem translatas pro inscriptionibus titulorum Basilicorum accipias. Index in Codice Paris. 1357 conspicuus rubricas titulorum librorum XLVI —LX. suppeditat, nec vero locos iuris Iustinianei indicat, ex quibus singulus quisque horum librorum titulus compositus est. Praeter dictos indices non contemnendum subsidium ad cognoscendum ordinem titulorum et materiarum sub singulis titulis repositarum praestant Paratitla Basilicorum, quae vulgo Tipuciti nomine feruntur. In inscriptionibus quidem titulorum constituendis et emendandis tanta his tribui non potest auctoritas, quanta indicibus dictis merito tribuitur; sed quod ad libros Basilicorum deperditos attinet, ex his Paratitlis potissimum titulorum inscriptiones hauriendae sunt, maxime ubi indicum auxilio caremus.

§. 6. Ordo materiarum in Basilicis.

Tabula, qua repurgationem veterum legum a Basilio factam cum Basilicis Leonis contulimus, utramque ratione ordinis materiarum modo convenire, modo differre nos docuit. Basilica ipsa secundum ordinem Codicis Iustinianei composita esse videntur [1]). Quod patet ex tabula, quam **Hugo** exhibuit [2]), quamvis illa Codicis et Basilicorum collationem non contineat. Codex Iustinianeus, quod ad ordinem iudiciorum privatorum et ius privatum attinet, secutus est Edicti perpetui ordinem, ita ut libri II—VIII. septem Edicti partibus respondeant. Ad eundem Edicti ordinem composita sunt Digesta. Codicis ordinem usque ad librum VIII. in universum secuti sunt Basilicorum compilatores. Unde evenit, ut Basilica in materiis ordinem iudiciorum privatorum et ius privatum spectantibus etiam Edicti ordinem sapiant, ita tamen, ut compilatores in eo magis Codicem, quam Digesta secuti esse videantur. Tabulam adieci, qua Basilica cum Codice et Digestis comparantur ita, ut qui libri et tituli Codicis, qui Digestorum in singulis Basilicorum libris repositi sint, notatum sit. Basilicorum compilatores Codicis ordinem nonnunquam deseruerunt. Tabula adiecta docet, quae in Codice sub diversis libris essent reposita, in Basilicis esse coniuncta. Quod a compilatoribus tunc factum est, cum materias in Codice diversis locis repositas ratione

---

6) In fine indicis generalis Codicis Coisliniani 151 fol. 18. B. secunda manu scriptum extat: *οἱ ἅπαντες τίτλοι χλ'*. Qui numerus iam ideo non recte se habet, cum in hoc indice decem tituli libri I. numerentur, cum revera unus titulus totum hunc librum expleverit.
7) Sic, ut exemplum afferam, index Coislinianus generalis libri LIII. nonnisi septem titulos praestat, index autem Codice Paris. 1357 comprehensus octo vel novem titulos. Numerum enim *η'* bis continet, ita ut hoc numero duo tituli designari videantur, vel potius duae eiusdem tituli partes diversas inscriptiones habentes, altera inscripta *τὰ κεφάλαια τοῦ νόμου τῶν ῥοδίων κατ' ἐκλογήν*, altera inscripta *περὶ ναυτικῶν*. Conveniunt cum his Paratitla Tipuciti vulgo sic dicti, ubi haec leguntur: „*τι. η'. ὁ καὶ θ'. περὶ ῥοδίων.*" Vide Basil. ed. Heimb. T. V. p. 119. not. n.

1) Cf. **Brunnquell**, Hist. iur. p. 307—310. **Hoffmann**, Hist. iur. T. II. p. 655. **Hugo**, die Ordnung der Basiliken, in: Civil. Magaz. T. II. p. 402—409. **Mortreuil**, Histoire T. II. p. 89. 2) **Hugo** l. l. p. 405—409.

argumenti putarunt cohaerere. Ita verbi causa, quae de magistratibus eorumque officiis, et de dignitatibus libris I. et XII. Codicis continentur, in Basilicorum librum VI. translata sunt; de ordine iudiciorum privatorum agitur Codicis libris II. et VII., Basilicorum libris VII. VIII. IX. Sic in Basilicorum libro XXXI. Codicis titulo de alendis liberis a parentibus (V. 25.) iuncti sunt tituli de patria potestate (VIII. 46.), de emancipatione (VIII. 48.), de ingratis liberis (VIII. 49.), de infirmandis poenis coelibatus (VIII. 57.); libro Basilicorum XXXII. continetur titulus Codicis de naturalibus liberis (V. 27.), libro XXXIII. tituli Codicis de adoptionibus (VIII. 47.) et de infantibus expositis (VIII. 51.). Quod Basilicorum compilatores ius poenale Codicis libro IX. comprehensum in ultimo libro, et quidem sexagesimo reposuerunt, fecerunt ad exemplum non solum Prochiri et Epanagoges, verum etiam repurgationis Basilianae. Necesse igitur habuerunt, multas materias, quae Codicis libris X. XI. et XII. continentur, ante librum LX. tractare. Cum in repurgatione Basiliana ius poenale libro XL. comprehensum sequatur materias de novi operis nunciatione et de finibus regundis, quae libro XXXIX. tractantur, probabile est, ea, quae Basilicorum Leonis libris LIII. LIV. LV. LVI. LVII. continentur, in Basiliana repurgatione fuisse omissa.

Tabula, qua Basilica cum Codice et Digestis ratione ordinis materiarum comparantur.

Codex.	*Basilica.*	*Digesta.*
Lib. I. tit. 1—11. de iure ecclesiastico.	Lib. I. III. IV. V.	
Lib. I. tit. 14—23. de fontibus iuris et de iuris et facti ignorantia.	Lib. II.	Lib. I. tit. 1. 3. 4. Lib. XXII. tit. 6. Lib. L. tit. 16. 17.
Lib. I. tit. 26. Lib. XII. tit. 1—8. 13—17. 19—28. 31. 32. 49. de magistratibus et officiis eorum et dignitatibus.	Lib. VI.	Lib. I. tit. 9—22.
Lib. I. tit. 51. Lib. III. tit. 1—8. 10—22. 24—26. Lib. II. tit. 13—17. 56—58. de iudiciis et iurisdictione et foro et recepto arbitrio.	Lib. VII.	
Lib. II. tit. 6—10. 12. de postulando, de advocatis, de procuratoribus, de advocatis fisci, de errore advocatorum, de iudicis officio supplendi ea, quae desunt advocatis partium.	Lib. VIII.	
Lib. VII. tit. 42—48. 50—60. 62—75. de sententiis iudicum, de re iudicata, de appellationibus, de cessione bonorum, de bonis auctoritate iudicis possidendis et vendendis, de separationibus, de privilegiis exigendi, de revocandis alienationibus in fraudem creditorum factis.	Lib. IX.	
Lib. II. tit. 19—54. Lib. V. tit. 73. 74. de in integrum restitutionibus.	Lib. X.	
Lib. II. tit. 3—5. de pactis, de transactionibus, de errore calculi.	Lib. XI.	
Lib. III. tit. 37. 38. 40. Lib. IV. tit. 37. de iudicio communi dividundo, de communibus utriusque iudicii familiae erciscundae et communi dividundo, de conortibus eiusdem litis, de societate.	Lib. XII.	
Lib. IV. tit. 23. 24. de commodato et deposito.	Lib. XIII.	Lib. XIII. tit. 6. Lib. XVI. tit. 3.
Lib. IV. tit. 35. 36. de mandato.	Lib. XIV.	Lib. XVII. tit. 1.
Lib. III. tit. 32. 42. de rei vindicatione, de ad exhibendum actione.	Lib. XV.	Lib. VI. tit. 1—3. Lib. X. tit. 4.
Lib. III. tit. 33. Lib. IV. tit. 27. de usufructu; per quas personas nobis acquiratur.	Lib. XVI.	Lib. VII.
Lib. II. tit. 18. de negotiis gestis.	Lib. XVII.	Lib. III. tit. 5.
Lib. IV. tit. 25. 26. 28. de institoria et exercitoria actione, de negotiis cum eo, qui in aliena potestate est, contractis, de SCto Macedoniano.	Lib. XVIII.	Lib. XIV. tit. 3—6. Lib. XV. tit. 1—4.
Lib. IV. tit. 38. 39. 41—59. Lib. VIII. tit. 44. de emtione et venditione, de actionibus emti et venditi, de aedilitio edicto, de evictionibus.	Lib. XIX.	Lib. XVIII. tit. 1—7. Lib. XIX. tit. 1. 3. Lib. XXI. tit. 1—3.
Lib. IV. tit. 64—66. de locato et conducto, de emphyteusi, de rerum permutatione et praescriptis verbis.	Lib. XX.	Lib. XIX. tit. 2. 4. 5.
Lib. IV. tit. 20. Lib. II. tit. 11. de testibus, de infamia.	Lib. XXI.	Lib. XXII. tit. 5. Lib. III. tit. 2.
Lib. IV. tit. 1. 19. 20. 22. de probationibus, de fide instrumentorum, de iureiurando.	Lib. XXII.	Lib. XXII. tit. 3. 4. Lib. XII. tit. 2. 3.
Lib. IV. tit. 2. 30. 32. de rebus creditis, de condictione certi, de non numerata pecunia, de usuris.	Lib. XXIII.	Lib. XII. tit. 1. Lib. XXII. tit. 1.

Codex.	*Basilica.*	*Digesta.*
Lib. IV. tit. 4—7. 9—17. 31. de condictione indebiti, ob turpem vel iniustam causam, ob causam datorum, sine causa, ex lege, de obligationibus et actionibus, de transitu actionum ad heredes, de compensationibus.	Lib. XXIV.	Lib. XII. tit. 4—7. Lib. XIII. tit. 2—4. Lib. XVI. tit. 2.
Lib. IV. tit. 24. Lib. VIII. tit. 9. 13—34. 45. de pigneratitia actione, de iure pignorum et hypothecarum.	Lib. XXV.	Lib. XIII. tit. 7. Lib. XX.
Lib. IV. tit. 18. 29. Lib. VIII. tit. 39—42. de constituta pecunia, ad SC. Velleianum, de duobus reis, de fideiussoribus, de novationibus et delegationibus, de solutionibus et liberationibus.	Lib. XXVI.	Lib. XIII. tit. 5. Lib. XVI. tit. 1. Lib. XLVI. tit. 1—4.
Lib. VIII. tit. 36. de litigiosis.	Lib. XXVII.	Lib. XLIV. tit. 6.
Lib. V. tit. 1—4. 6—8. 17—19. 21. de sponsalibus et nuptiis, de solutione matrimonii, soluto matrimonio quemadmodum dos petatur, de impensis dotalibus, de actione rerum amotarum.	Lib. XXVIII.	Lib. XXIII. tit. 1. 2. Lib. XXIV. tit. 2. 3. Lib. XXV. tit. 1. 2.
Lib. V. tit. 11—15. 23. de iure dotium, de actionibus, quibus dos repetitur, de pactis dotalibus, de dote cauta non numerata, de fundo dotali.	Lib. XXIX.	Lib. XXIII. tit. 3—5.
Lib. V. tit. 16. de donationibus inter virum et uxorem.	Lib. XXX.	Lib. XXIV. tit. 1.
Lib. V. tit. 25. Lib. VIII. tit. 46. 48. 49. 57. de alendis liberis a parentibus, de patria potestate, de emancipatione, de ingratis liberis, de infirmandis poenis coelibatus.	Lib. XXXI.	Lib. I. tit. 6. Lib. XXV. tit. 3—6. Lib. XXXVII. tit. 15. Lib. XLIII. tit. 30.
Lib. V. tit. 27. de naturalibus liberis.	Lib. XXXII.	
Lib. VIII. tit. 47. 51. de adoptionibus, de infantibus expositis.	Lib. XXXIII.	Lib. I. tit. 7.
Lib. VIII. tit. 50. de postliminio reversis.	Lib. XXXIV.	Lib. XLIX. tit. 15.
Lib. VI. tit. 21—31. 33—35. 52. de testamentis, de heredum institutione et substitutione, de iure deliberandi, de adeunda vel omittenda hereditate.	Lib. XXXV.	Lib. XXVIII. tit. 1. 2. 4. 5—8. Lib. XXIX. tit. 1—6. Lib. XXXVI. tit. 1. Lib. XXXVII. tit. 1. 11.
Lib. VI. tit. 36. de iure codicillorum.	Lib. XXXVI.	Lib. XXIX. tit. 7.
Lib. V. tit. 28—63. 65—72. de tutela et cura, de excusationibus earum, de administratione tutelae et curae.	Lib. XXXVII. XXXVIII.	Lib. XXVI. XXVII. Lib. XLII. tit. 7. Lib. XLVI. tit. 6.
Lib. III. tit. 28. de inofficioso testamento.	Lib. XXXIX.	Lib. V. tit. 2. Lib. XXVIII. tit. 3.
Lib. VI. tit. 9—11. 13—17. 19. Lib. VIII. tit. 2. de bonorum possessionibus, de interdicto Quorum bonorum.	Lib. XL.	Lib. XXXVII. tit. 1—4. 8—10. 12. Lib. XLIII. tit. 2.
Lib. III. tit. 29. 30. Lib. VI. tit. 20. 49. 50. Lib. VIII. tit. 3. de inofficiosis donationibus et dotibus, de collationibus, ad Legem Falcidiam, ad SC. Trebellianum, de interdicto Quod legatorum.	Lib. XLI.	Lib. XXXV. tit. 2. 3. Lib. XXXVII. tit. 6. 7.
Lib. III. tit. 31. 36. de hereditatis petitione, familiae erciscundae.	Lib. XLII.	Lib. V. tit. 3—6. Lib. X. tit. 2. Lib. XI. tit. 1.
Lib. VIII. tit. 37. 38. Lib. I. tit. 54. de contrahenda et committenda stipulatione, de inutilibus stipulationibus, de modo multarum, quae a iudicibus infliguntur.	Lib. XLIII.	Lib. XLV. tit. 1—3. Lib. XLVI. tit. 5.
Lib. VI. tit. 37—39. 41—48. 51. 53. 54. de legatis et fideicommissis, de incertis personis.	Lib. XLIV.	Lib. XXX. XXXI. XXXII. XXXIII. tit. 1—10. Lib. XXXIV. tit. 1—8. Lib. XXXV. tit. 1. Lib. XXXVI. tit. 2—4. Lib. XXXVII. tit. 5. Lib. XLI. tit. 8. Lib. XLIII. tit. 3.
Lib. VI. tit. 18. 55—62. de successionibus ab intestato, de bonis maternis.	Lib. XLV.	Lib. XXXVIII. tit. 6—17.
	Lib. XLVI.	Lib. I. tit. 5. 8. Lib. IV. tit. 5.
Lib. VIII. tit. 53—56. de donationibus.	Lib. XLVII.	Lib. XXXIX. tit. 5. 6.
Lib. VII. tit. 1. 2. 4. 6—8. 10—24. de manumissionibus.	Lib. XLVIII.	Lib. XL. tit. 1—9. 12—16.
Lib. VI. tit. 3—7. de operis et bonis libertorum.	Lib. XLIX.	Lib. XXXVII. tit. 14. 15. Lib. XXXVIII. tit. 1—5.
Lib. VII. tit. 26—35. 37—41. Lib. VIII. tit. 4—6.	Lib. L.	Lib. XLI. tit. 1—7. 9. 10.

Codex.	*Basilica.*	*Digesta.*
de dominio et usucapione, de possessione, de praescriptione longi temporis et XXX vel XL annorum, de alluvionibus, de interdictis Unde vi et Uti possidetis.		
Lib. VIII. tit. 35. de exceptionibus et praescriptionibus.	Lib. LI. Lib. LII. [3])	Lib. XLIV. tit. 1—5. Lib. XLIII. tit. 4. Lib. XLIV. tit. 7.
Lib. X. tit. 33. 39—43. 48—64. 67—71. de iure municipali, de muneribus et honoribus, de vacatione et excusationibus eorum.	Lib. LIV. tit. 1—15.	Lib. L. tit. 1. 4—10. 12—14.
Lib. XI. tit. 8. 10. 11. 15—19. 21—26. 30—33. 36—42.	Lib. LIV. tit. 16—38.	
Lib. XI. tit. 48. 50—53. 55. 56. 60. 61. 63—65. 68—70. 78. de agricolis et colonis.	Lib. LV.	
Lib. IV. tit. 60—63. Lib. X. tit. 1—16. 18—23. 26. 27. 29. 31. 48. 72—78. Lib. XI. tit. 7. 54. 58. 59. 62. 66. 67. 71—77. Lib. XII. tit. 7. 39. 48. 50—58. 60—63. de iure fisci.	Lib. LVI.	Lib. XXXIX. tit. 4. 14. Lib. L. tit. 15.
Lib. I. tit. 4. const. 40. tit. 18. const. 1. Lib. XI. tit. 47. Lib. XII. tit. 29. 30. 33. 35—38. 40—43. 45—47. 54. 59. de iure militari.	Lib. LVII.	Lib. XLIX. tit. 16. 17. 18.
Lib. III. tit. 34. 39. Lib. VIII. tit. 1. 10—12. Lib. XI. tit. 43. de servitutibus, de iure finium, de novis operibus et aqua pluvia arcenda, de aedificiis privatis, de interdictis.	Lib. LVIII.	Lib. VIII. tit. 1—6. Lib. IX. tit. 2. fr. 29. §. 1. Lib. XXXIX. tit. 1—3. Lib. XLIII. tit. 1. 7—15. 19—26. 28.
Lib. III. tit. 44. de religiosis et sumtibus funerum.	Lib. LIX.	Lib. XI. tit. 7. 8.
Lib. I. tit. 3. const. 13. tit. 6. const. 3. tit. 9. const. 1—6. tit. 10. const. 3. 16. 19. Lib. III. tit. 35. 39. 41. 43. Lib. IV. tit. 8. Lib. VI. tit. 2. Lib. VIII. tit. 6. Lib. IX. tit. 1—16. 18—20. 22—42. 44—51. Lib. XI. tit. 41. de poenis.	Lib. LX.	Lib. III. tit. 6. Lib. IX. tit. 1—4. Lib. XI. tit. 3—6. Lib. XIII. tit. 1. Lib. XXV. tit. 7. Lib. XXXIV. tit. 9. Lib. XLIII. tit. 16. 27. 29. 31—33. Lib. XLVII. tit. 1—24.

§. 7. Num Scholia antiqua ab initio partem Basilicorum effecerint?

Plerique Basilicorum Codices superstites praeter textum etiam Scholia continent, tam antiqua, uti appellantur, quam recentiora, quae inde a seculo decimo et sequentibus adiecta sunt. Ac scholia quidem antiqua diversae sunt indolis. Alia enim, et quidem maxima eorum pars, sunt epitomae commentariorum a Iureconsultis seculi sexti de libris iuris Iustinianei compositorum; alia, quae ab ipsis Graecis σχόλια vocantur, continent allegationes locorum Digestorum et Codicis in textum Basilicorum receptorum, vel breves interpretationes (Glossas), vel breves locorum similium ex Basilicis laudationes. De consilio, quo Scholia adiecta fuerint, et de tempora, quo id factum sit, diversae sunt sententiae [1]). Secundum eam, quam inprimis Mortreuil tuetur, Scholia antiqua eodem tempore, quo textus, composita sunt; Scholia perinde ac textus iussu Leonis compilata et adiecta sunt, eademque qua textus fruuntur publica auctoritate. Textus Basilicorum usui iudiciorum practico, qui certum praeceptum exigebat, inserviebat; Scholia illustrando et interpretando textui erant destinata, ita ut commentarium perpetuum publica auctoritate conditum efficerent [2]). Zachariae de L. contra nonnisi textum Basilicorum publica auctoritate conditum arbitratur, eique duntaxat legis tribuit vigorem; Scholia antiqua seriori tempore adiecta et legis vigore destituta esse putat. Re probe perpensa huius viri docti sententiae adstipulandum esse censeo. Cuius rei argumenta haec sunt, maximam partem iam a Zachariae de L. prolata. Ac primum quidem consilium, quod Imperatores in repurgatione legum veterum condenda sibi proposuerunt, prorsus fuisset turbatum, si Scholia antiqua eodem, quo Basilicorum textus, tempore compilata et publica auctoritate promulgata fuissent. Quo tempore Basilius Macedo summa rerum potitus est, non ipsi libri iuris Iustinianei, sed commentarii graeci a Iureconsultis ad eos compositi usu iudiciorum frequentabantur. Horum autem commentariorum, harum versionum non exiguus erat numerus, non exiguus dissensus, tam in reddito textus latini sensu et argumento, quam in textu interpretando et explicando. Quae cum ita essent, fieri non poterat, quin iudices ignorarent et dubitarent, quam ex variis versionibus ut meliorem et textui magis consentaneam eligerent et prae ceteris sequerentur, quamque ex diversis interpretationibus agnoscerent. Probabile quidem est, iam ante Basilica promulgata in iudiciis usum quendam invaluisse, ut unum prae ceteris commentarium sequerentur, veluti Anonymi commentarium ad Digesta, Thalelaei commentarium ad Codicem, eiusque usus vestigia in ipsis Basilicis in eo deprehendi, quod Basilicorum compilatores in textu componendo his inprimis commentariis usi fuerint. Quod etsi concesserimus, usus tamen eiusmodi vix in omnibus imperii iudiciis obtinebat, ac si posuerimus, Constantinopoli in summis iudiciis eum invaluisse, reliqua tamen

3) Lib. LIII. ideo omissus est, quod ex variis Digestorum et Codicis locis in diversis libris eorum positis conflatus est.

1) Cf. Mortreuil, Hist. du droit Byzantin T. II. p. 123—136. Zachariae de L. Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 1083—1086. 1847. p. 594. 595. 2) Iam ante, quam Mortreuil sententiam supra expositam latius persecutus est, Bienerus (Gesch. der Novellen p. 130.) Scholia antiqua cum textu Basilicorum uno eodemque tempore composita esse contendit, nec vero iis auctoritatem publicam tribuit.

iudicia necessitate eum observandi, lege deficiente, non tenebantur, neque illa ipsa iudicia, in quibus eiusmodi usus obtinebat, huic ita erant obstricta, ut alium commentarium iis eligere et partibus ad alium provocare non licuisset. Imperatores igitur, qui repurgationem legum veterum sibi proposuerunt, id inprimis agere debebant et reapse egerunt, ut textum librorum iuris Iustinianei graecum publica auctoritate conderent, quem iudicia loco commentariorum de his libris scriptorum sequerentur. Cui Imperatorum consilio minime convenisset, si Scholia antiqua partem repurgationis legum veterum pari, qua textus, auctoritate effecissent. Perspici vix potest, quid commodi ex eiusmodi compilatione variorum veterum commentariorum simul cum textu instituta huicque adiecta percipi potuerit, nisi dixerimus, veterum commentariorum usum hoc modo longe commodiorem faciliorem-que fuisse redditum. Imo certum est, hac ratione plus damni, quam commodi fuisse redundaturum. Fieri enim non potuit, quin iuris incertitudo ex usu variorum commentariorum oriunda, cui Imperatores repurgatione legum veterum instituta mederi voluerunt, usu commentariorum faciliore reddito augeretur. Dubium vix est, quin variorum commentariorum haud multa fuerint exemplaria. Facile ergo fieri poterat, ut in singulis iudiciis eius nonnisi commentarii, qui ad manus esset, ratio haberetur, reliqui, quorum copia non esset, negligerentur.

Ex quo vero epitomis variorum commentariorum textui subiectis et pari cum textu auctoritate donatis usus commentariorum longe facilior erat redditus, diversae commentatorum sententiae magis apparebant statimque oculis obversabantur, neque a iudicibus negligi ullo modo poterant, cum harum epitomarum non minor, quam textus, esset auctoritas. Hac ratione futurum fuisse, ut larga controversiarum iuris praeberetur materia et ius, quod Imperatores repurgatione veterum legum instituta certum reddere voluerunt, potius incertum fieret, manifestum est. Cui si quis obiecerit, distinctione inter textum et scholia cautum fuisse, ne quid eiusmodi emergeret; textum enim Basilicorum nonnisi legis habuisse vigorem, in scholiis autem ab initio nihil aliud actum fuisse, nisi ut subsidium interpretationis essent publica auctoritate munitum: respondendum erit, et hoc abs re fuisse alienum nec multum profuturum [3]). Nam ut scholia commode et apte interpretando textui adhiberi possent, non sufficiebat, varios commentarios excerpi certoque ordine epitomas collocari, sed necesse erat, ut ex epitomis novum et integrum opus conficeretur et perpetui commentarii instar textui subiiceretur. Ac si concesserimus satis fuisse, epitomas commentariorum a compilatoribus, nec aliquo ex propriis addito nec demto, certo ordine textui deinceps subiici, tamen sic quoque vituperatione scholiorum compilatores digni sunt, quippe qui non omnes, sed nonnullos duntaxat commentarios excerpserint. Vix enim intelligitur, quid causae fuerit, quod ad Digesta scholiorum compilatores usum commentarii Cyrilli praeter Stephanum ad *τὰ πραττόμενα βιβλία* Digestorum, praeter Dorotheum ad reliquos Digestorum libros fecerint, Dorothei commentarium ad *τὰ πραττόμενα βιβλία* prorsus neglexerint, cuius tamen longe maior ad interpretanda Digesta manifesto est utilitas, quam Cyrilli ad explicanda Digestorum verba plane nihil conferentis. In Codice quidem Parisiensi 1352, qui libros I—XVIII. Basilicorum complectitur, nonnulla scholia ad Dig. lib. I. tit. 3. et lib. II. tit. 14. 15. ex Dorothei commentario ad Digesta excerpta reperiuntur, quod ex Manuali Basilicorum apparebit. Quod tamen qui ipsis scholiorum antiquorum compilatoribus tribuere voluerit, valde errabit. Regulariter enim scholiorum antiquorum compilatores ad *τὰ πραττόμενα βιβλία* Digestorum Stephani commentarii nonnisi epitomas in scholia retulerunt, commentarii Dorothei rationem habuerunt nullam. A qua regula si verbi causa ad dictos Digestorum titulos, inprimis ad Dig. lib. II. tit. 14., ad quem scholia, quae Codice Paris. 1352 continentur, multa commentarii Dorothei fragmenta simul cum epitomis commentarii Stephani exhibent, recessissent, merito dicendum esset, eos sibi non constitisse, nec certum habuisse in scholiis componendis consilium. Sed nihil causae est, cur scholiorum antiquorum compilatores accusemus. A Codice enim Coisliniano 152, quo libri XI—XIV. Basilicorum cum scholiis continentur, epitomae commentarii Dorothei, nisi L. 39. 40. D. II. 14. exceperis, prorsus alienae sunt. Quo Codice cum scholia antiqua longe integriora contineantur, quam Codice Paris. 1352, quo, quae in Codice Coislin. 152 exhibentur, brevius contracta apparent, manifestum est, in Codice Paris. 1352 scholia antiqua exhiberi interpolata. Quae cum ita sint, nec scholiorum antiquorum compilatoribus attribuendae sunt, quae in Codice Paris. 1352 reperiuntur commentarii Dorothei epitomae, sed possessori huius Codicis cuidam vindicandae, qui eas ex Dorothei commentario locis Basilicorum nonnullis adscripsit. Quae sententia eo adiuvatur, quod in Codice Paris. 1352 diversas manus deprehendimus. Quamvis enim textus et scholia regulariter eadem manu scripta sint, certis tamen locis alia manus, qua textus et scholia scripta sunt, apparet, quod argumento est, hunc Codicem a diversis librariis esse conscriptum. Copiam commentarii Dorothei scholiorum antiquorum compilatoribus ad *τὰ πραττόμενα βιβλία* Digestorum non fuisse, eamque ob causam eos ad hos Digestorum libros eius commentarii usum non fecisse, existimari nullo modo potest, cum fragmenta ex Dorothei commentario ad Dig. lib. IX. tit. 1. 2. 3. in scholiis ad Basil. lib. LX. tit. 2. 3. 4. satis multa reperiantur. Sicuti ad Digesta, ita etiam ad Codicem Basilicorum conditores, si scholiis antiquis adiectis efficere volebant, ut veteres commentarios ipsos amplius adhiberi non esset necesse, quippe quorum epitomae scholiis continerentur, in eo non debebant acquiescere, ut Thalelaei et Theodori commentarios adhiberent, sed reliquorum etiam commentariorum de Codice scriptorum rationem habere debebant. Thalelaei commentarium in scholiis inprimis esse excerptum, exinde optime potest explicari, quod textus Basilicorum ex hoc commentario desumtus est. Cur autem scholiorum antiquorum compilatores, si iidem cum Basilicorum conditoribus fuerunt, praeter Thalelaeum nonnisi Theodori in scholiis rationem habuerint, idonea ratio reddi non potest. Licet enim largiamur, Theodori opus propter *παραπομπάς*, i. e. similium locorum Codicis adnotationes, non fuisse negligendum, tamen non intelligitur, quid causae fuerit, cur Isidori, nisi in titulis 53—56. libri VIII., ad quos copia commentarii Thalelaei non fuit, ratio habita sit nulla, quamvis fragmenta ex Isidori commentario ad dictos Codicis titulos in scholiis Basilicorum conspicua doceant, Isidori commentarium ad interpretationem longe maioris

3) Zachariae de L. l. l. p. 1084.

esse momenti, quam Theodori. Non loquor de Anatolii et Stephani commentariis. Nam cum Anatolius brevitati non minus studeat, quam Theodorus, haud scio an scholiorum compilatores hunc illi praetulerint propter *παραπομπάς*. Commentarii autem a Stephano ad Codicem scripti memoria, quo tempore Basilica composita sunt, prorsus videtur intercidisse. Quamvis enim in Appendice Eclogae fragmenta huius commentarii reperiantur, quam Appendicem seculo VIII. vel IX. Eclogae adiectam Zachariae de L. arbitratur [4]), in scholiis tamen Basilicorum vestigium eius commentarii deprehenditur nullum. Summa haec est: si Basilicorum conditores scholiis antiquis textui adiectis usum ipsorum commentariorum sedare, commentarios ipsos supervacaneos reddere volebant, necesse erat, ut ex omnibus antiquorum Iureconsultorum commentariis, quorum copiam habebant, epitomas decerperent easque in scholia coniicerent. Alterum, quod adversus sententiam a Mortreuil defensam proferri potest argumentum, exinde repetendum est, quod longe aliud fuit consilium in componendo Basilicorum textu, aliud in compilandis scholiis antiquis [5]). Usui commentariorum graecorum ad libros iuris Iustinianei scriptorum exeunte seculo IX. difficultates inprimis ex lingua oriundae obstabant. Verborum artis latinorum, quorum usus in his commentariis est frequentissimus, intellectu homines exeunte seculo IX. carebant; Graecus sermo adeo, quo commentarii illi conscripti erant, ab eo, qui seculo IX. exeunte usitatus erat, elapsis tribus seculis, longe erat diversus. Itaque Imperatores in repurgatione veterum legum id agere debebant, ut sermonem et orationem commentariorum veterum genio seculi IX. adaptarent atque ita mutarent, ut ab hominibus sui aevi intelligeretur. Quae linguae mutationes (*ἐξελληνισμοί*) sicuti antea in Prochiro et Epanagoge Basilii, ita etiam in textu Basilicorum, nec vero in Scholiis antiquis factae sunt. Nam fragmenta veterum commentariorum in scholiis antiquis servata formam primitivam et originariam retinuerunt. Verba artis latina medio in graeco sermone retenta sunt. Fragmenta commentariorum Thalelaei, Dorothei et Stephani in scholiis adeo memoriam originis ex scholis horum antecessorum repetendae servarunt, quod cernitur in interrogationibus auditorum et responsionibus antecessorum (*ἀπορίαι καὶ λύσεις, ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις*) aliisque eius originis vestigiis. Ex sententia eorum, qui Basilicorum textum et scholia antiqua uno eodemque tempore publica auctoritate condita arbitrantur explicari prorsus non potest, quid causae fuerit, cur in textu verba artis latina graece reddita sint, nec vero in scholiis antiquis. Imo haec textus et scholiorum differentia certissimo argumento est, alio tempore textum, alio scholia esse composita. Nam absurdum fuisset, si Basilicorum conditores, quae in textu Basilicorum mutarunt, in Scholiis retinuissent. Nec magis illi sententiae convenit, quod in textu Basilicorum omnia, quae controversias redolent, sublata et eliminata sunt, in Scholiis antiquis autem diversae Iureconsultorum sententiae, in fragmentis potissimum Dorothei et Stephani relatae reperiuntur. Basilicorum conditores prorsus abs re fecissent, si, cum sententiam quandam in textu comprobassent, in scholiis controversias retulissent. Quod et ipsum argumento est, Scholia antiqua Basilicorum conditoribus minime esse tribuenda. Accedit, quod Scholia antiqua Basilicorum textui minime adaptata et accommodata sunt [6]). Semper enim libros iuris Iustinianei spectant; adnotationes (*παραγραφαί*) pertinent ad textum horum librorum latinum eiusque verba, quae saepius ipsis scholiis praefixa sunt; in Scholiis antiquis laudantur nonnisi libri iuris Iustinianei, et quidem consueta singulis antecessoribus ratione, nec in eorum locum Basilicorum loci substituti sunt. Quod in Scholiis antiquis loci iuris Iustinianei reperiuntur, qui in textu Basilicorum omittuntur, verbi causa loci de decurionibus, qui ex praecepto Leonis in Nov. 46. in Basilicis erant omittendi [7]), haud exigui quidem est momenti, nec vero certum adversus sententiam a Mortreuil defensam praebet argumentum, cum adeo in textu Basilicorum reperiantur loci de decurionibus [8]). Sed praeter ea, quae iam diximus, argumenta sententiae illi repugnat, quod in textu Basilicorum nomina, quae paganae originis sunt, deleta in eorumque locum nomina Christianis imponi solita substituta sunt, cum in Scholiis antiquis nomina paganae originis retenta reperiantur.

Ex ea Scholiorum antiquorum parte, quae *κατ' ἐξοχὴν* nomen *σχόλια* prae se fert, alia adversus sententiam a Mortreuil defensam depromi possunt argumenta [9]). Ibi verbi causa verba artis latina adnotantur, quorum in locum in Basilicorum textu graeca successerunt (*ἐξελληνισμοί*) [10]), cum ex sententia a Mortreuil defensa contrarium potius faciendum fuisset. Sic in iisdem scholiis loci similes ex diversis Basilicorum libris laudantur, verbi causa ad lib. VIII. tit. 1. cap. 14. lib. XI. et XIV. Eiusmodi certe scholia textu Basilicorum ad finem perducto adiici potuerunt. Argumentis tamen ex hisce scholiis repetitis nolumus insistere, cum indoles scholiorum pro parte dubia sit. Pergimus potius ad aliud argumentum, quo sententia a Mortreuil defensa refellitur [11]). Loci Codicis in textum Basilicorum translati ex Thalelaei commentario desumti sunt. Modo versio latina constitutionis *κατὰ πόδα*, modo index constitutionis in textum Basilicorum receptus est. In Scholiis antiquis inter *τὰ παλαιὰ* reliqua ex Thalelaei commentario, quae in Basilicorum textum non fuerunt translata, adiecta sunt. Saepissime posterior pars indicis Thalelaei in Basilicorum textum recepta, prior pars in scholia reiecta est, et quae sequuntur in textu reposita, his verbis indicantur: *καὶ τὰ ἑξῆς, ὡς ἐν τῷ βασιλικῷ κεῖται* [12]). *Ὁ βασιλικός* est textus ab Imperatoribus sancitus, textus publica auctoritate munitus, qui in verbis modo laudatis scholiis opponitur; scholia igitur non sunt publica auctoritate munita. Absurdum quoque fuisset, si Basilicorum conditores ipsi textui appellationem *ὁ βασιλικός* tribuissent. Quamobrem *τὰ παλαιά*, ubi appellatio *ὁ βασιλικός* occurrit, ab ipsis Basilicorum conditoribus adiecta esse non possunt. Fortissimum adversus sententiam a Mortreuil defensam argumentum hoc est, quod Basilicorum Codices existunt, qui textum purum Basilicorum, et ne unum quidem scholium continent, cuiusmodi sunt Cod. Coislin. 151 et Paris.

---

4) *Ἀνέκδοτα* p. 176. 5) Cf. Zachariae de L. Krit. Jahrb. 1844. p. 1084 sq. 6) Zachariae de L. l. l. p. 1085. 7) Zachariae de L. l. l. p. 1085. 8) Verbi causa L. 27. §. 1. D. XLVIII. 19. — Basil. LX. 51. 22. L. 28. §. 5. D. XLVIII. 19. — Basil. LX. 51. 26. L. 7. §. 20. D. XLVIII. 22. — Basil. LX. 54. 7. L. un. C. I. 36. — Basil. VI. 1. 73. L. 1. C. I. 47. — Basil. VI. 1. 98. L. 1. 2. C. XII. 16. — Basil. VI. 26. cap. 4. 5. 9) Cf. Zachariae de L. l. l. p. 1085. 10) Cf. Basil. Heimb. T. I. p. 418. 422. 424. 11) Cf. Zachariae de L. l. l. p. 1085 sq. 12) Cf. Basil. Heimb. T. I. p. 342. 409. 417. et saepius.

1357[13]). Quodsi Scholia antiqua eodem tempore cum Basilicorum textu condita et promulgata fuissent, paremque cum textu obtinuissent ex Imperatorum sanctione auctoritatem, Codices nonnisi existerent, qui textum et scholia exhiberent; nemo enim ausus fuisset, textum solum describere et scholia omittere. Nec potest explicari, si Scholia antiqua partem Basilicorum effecerunt, quomodo Basilicis cum scholiis sex aut quatuor volumina (*τεύχη*) sufficere potuerint [14]). Falsum prorsus esset, quod Michael Psellus in Synopsi legum v. 49. de Basilicis dicit:

ἀλλ' ἔστι δυσερμήνευτον, ἀλλ' ἀσαφὲς ἐσχάτως.

Sic Psellus loqui non poterat, si ab initio Scholia antiqua Basilicis fuerunt adiecta [15]). Sed nec meditatio de nudis pactis (*μελέτη περὶ ψιλῶν συμφώνων*)[16]) intelligitur, nisi ponamus, textum Basilicorum purum non adiectis epitomis commentariorum veterum extitisse, eumque solum regulariter in usu fuisse[17]). Denique Scholia antiqua a sequioris aevi Iureconsultis adeo mutata, interpolata, in brevius redacta, novis additamentis aucta sunt, ut cogitari nequeat, ea partem Basilicorum ipsorum ab initio effecisse eandemque cum textu obtinuisse auctoritatem. Vix enim quisquam ausus fuisset, manus Scholiis admovere, si parem habebant cum textu auctoritatem. Obiecerit quis, Basilicorum textum adeo seriori aetate non minus fuisse interpolatum et mutatum. Quod etiamsi concedamus necesse est, cum Codex Paris. 1352 eiusmodi textus interpolati satis multa praebeat exempla, interpolationes tamen textus alius generis sunt. Nam aut omittuntur leges antiquatae, aut leges longiores particula earum omissa contrahuntur, aut in locum legis ipsius epitome eius substituitur, sicuti verbi causa in locum Novellarum graecarum epitomae ex Breviario Theodori successerunt.

Quae Mortreuil pro sua sententia profert argumenta, haud magni sunt momenti[18]). Ac primum quidem ad exemplum Breviarii Alariciani eiusque Interpretationis provocavit[19]). Longe autem alia ratio est Interpretationis Visigothorum, quam Scholiorum antiquorum. Interpretatio enim ea mente adiecta est, ut leges Romanae genio hominum tunc temporis viventium accommodarentur, quo ab his intelligi possent; Scholia autem antiqua hoc consilio adiecta esse nequeunt, cum verba artis latina hominibus illius aetatis ad intelligendum difficilia retinuerint. Idem quod Interpretatione effectum est, iam in ipso Basilicorum textu interpolationes (*ἐξελληνισμοί*) effecerunt. Deinde Mortreuil pro sua sententia protulit, Scholia antiqua eo tempore, quo iisdem ex commentariis textus Basilicorum componeretur, longe facilius, quam sequiori aetate, potuisse compilari[20]). Vix est, quod ad haec respondeamus. Per se enim patet, veterum Iureconsultorum commentarios, si copia eorum fuit, uti fuit medio seculo decimo, quo Scholia antiqua revera compilata sunt, etiam post Basilica promulgata non difficilius excerpi potuisse. Ac ne verum quidem est, eosdem veteres commentarios, ex quibus Scholia antiqua compilata sunt, omnes ad textum Basilicorum componendum esse adhibitos. Nam quod ad Digesta attinet, Basilicorum textus fere totus ex summa Digestorum Anonymi, quod ad Codicem, ex Thalelaei commentario desumtus est. In Scholiis autem antiquis excerpti sunt commentarii Dorothei, Stephani et Cyrilli ad Digesta, Theodori et Isidori ad Codicem. Tum Mortreuil provocavit ad consilium, quod Imperatores in Basilicis condendis sibi proposuerunt, „la pensée des législateurs", ex eoque derivavit, eiusmodi scholia, sicuti sunt Scholia antiqua, ut illi consilio satisfieret, ab initio Basilicorum textui fuisse adiicienda[21]). Sed prorsus improbabile est, Basilium Macedonem et Leonem in Basilicis condendis principaliter id egisse, ut applicationi et studio iuris veterum commentariorum cognitio subveniret. Imperatorum eiusmodi consilium non fuisse, patet tam ex his, quae Leo ipse in Nov. 1. dixit, quam inprimis ex prooemio Basilicorum, cuius ne unum quidem verbum ad eiusmodi consilium referri potest. Denique Mortreuil sententiam suam tuetur eo, quod opus tanta diligentia et certo consilio proposito perfectum, cuiusmodi sint scholia antiqua, Leonis nonnisi tempore suscipi et perfici potuerit, quippe cui perficiendo sequioris aevi homines impares fuerint[22]). Sed Iureconsulti decimi et undecimi seculi his, qui Leone Sapiente imperante vixerunt, minime sunt postponendi. Quod probat tam Synopsis Basilicorum, quam *Πεῖρα*, quorum librorum auctores iuris scientia Iurisconsultis tempore Leonis viventibus non cedunt. Quod autem maxime sententiae a Mortreuil propositae adversatur, hoc est, quod Scholiorum antiquorum vestigia ante medium seculum decimum non apparent, sicuti paulo inferius, cum de scholiis Basilicorum sermo erit, demonstrabitur.

SECTIO II.
FONTES BASILICORUM LEONIS.

§. I. I. Praemonitum de fontibus Basilicorum in universum et de mutationibus, quas ius Iustinianeum in Basilicis subiit.

Basilica non ex puris iuris Iustinianei fontibus, sed ex versionibus librorum iuris Iustinianei graecis ac commentariis ad eos scriptis, e collectione CLXVIII Novellarum et e Prochiro Basilii hausta sunt. Quae causae tam Basilium, quam Leonem ad repurgationem veterum legum suscipiendam moverint, alio loco iam expositum est (Cap. I. §. 2.). Leonis in repurgatione instituenda consilium hoc fuit. Ac primum quidem voluit ea, quae in quatuor iuris Iustinianei libris sive partibus dispersa essent ad eandem iuris materiam pertinentia, coniungere, quo tam legum antiquorum usus facilior redderetur, quam controversiae et difficultates ex eo, quod iuris Iustinianei libri sibi invicem repugnare viderentur, oriundae sopirentur. Quamobrem fragmenta ad eandem iuris materiam pertinentia sub uno eodemque titulo ita coniunxit, ut primo loco locos Institutionum, deinde Digestorum, tum Codicis, postremo Novellarum reponeret[1]). Quod simul

13) Cf. Zachariae de L. Krit. Jahrb. 1847. p. 593. 14) Zachariae de L. l. l. p. 593. 15) Zachariae de L. l. l. p. 593. 16) In Leunclav. Iure Gr.-Rom. T. II. p. 192—202. 17) Zachariae de L. l. l. p. 593. 18) Vide, quae adversus ea disputavit Zachariae de L. l. l. p. 594. 595. 19) Mortreuil l. l. p. 124. 20) Mortreuil l. l. p. 127. 21) Mortreuil l. l. p. 125. „la codification nouvelle ayant un double but, celui de formuler le principe légal, et, principalement, celui de développer l'application et l'étude du droit par la connaissance des recueils de Justinien, l'exécution de ce travail se trouvait déjà engagée dans une voie déterminée, puisque le nouveau Code devait répondre à ces diverses exigences. 22) Mortreuil l. l. p. 389.

1) Haec regula in universum observata tamen nonnunquam ex causis, quas divinando assequi non potui, neglecta est. Sic verbi

non indicatum sit, quo ex libro iuris Iustinianei singuli loci fuerint hausti, Leonis tempore, quo plena adhuc erat librorum iuris Iustinianei cognitio, innoxium erat, praesertim cum tam ex nominibus Iureconsultorum in Basilicis in fronte fragmentorum a Digestis haustorum conspicuis, quam ex frequentissimo usu vocum *ἡ διάταξις, ὁ βασιλεύς* in fragmentis e Codice depromtis facile cognoscere quisque posset, quaenam e Digestis, quaenam e Codice essent desumta. In universum etiam series fragmentorum in singulis Basilicorum titulis regulam praebebat, secundum quam contradictiones solverentur et deciderentur. Nam cum leges posteriores derogarent prioribus, leges novissimae, Novellae, in singulis titulis ultimo loco, sunt repositae, ante eas Codicis loci, quibus praepositi sunt loci Digestorum. Ubi Institutionum factus est in Basilicis usus, loci ex his desumti Digestorum locis praeponuntur. Itaque ex Leonis sententia Digesta, serius quippe promulgata, derogabant Institutionibus. Deinde cum Basilii aetate non ipsi iuris Iustinianei fontes, exceptis Novellis, sed commentarii a Iureconsultis seculi sexti de eo compositi ac versiones graecae librorum iuris Iustinianei in usu essent, et ex dissensionibus auctorum horum commentariorum et variis locorum iuris Iustinianei interpretationibus multae emergerent controversiae, Leo, uti iam Basilius, huic incommodo hac ratione medelam afferre studuit, ut ex variis commentariis ad singulos iuris Iustinianei libros compositis unum deligeret, ex quo Basilica componerentur. In quo eligendo cum Basilio patre primum usum, qui tunc temporis in iudiciis obtinebat, secutus esse videtur ita, ut eum commentarium in Basilicis curaret reponendum, cuius praecipuum usum in iudiciis fuisse animadverteret; deinde etiam indolem commentarii ac genus dicendi, quo eius auctor usus esset, spectari putavit oportere. Tum difficultati ex usu verborum artis latinorum in commentariis de iure Iustinianeo compositis retento oriundae ita occurrit, ut verba artis latina in Basilicis in graecum sermonem curaret transferenda, quod dicitur *ἐξελληνίζειν* atque inde *ἐξελληνισμοί*, in scholiis maxime Basilicorum recentioribus [2]). Laborem compilatorum in verbis latinis transferendis sublevarunt, quae iam antea hac in re praestiterant, qui Prochirum, repurgationem veterum legum Basilianam et Epanagogen composuerunt. Ceterum si quid minus recte fuit in graecum sermonem translatum [3]), ita ut fortasse clarior esset verbi artis latini sensus, in promtu semper erant ipsi iuris Iustinianei libri, ex quibus, quid significaretur, intelligi poterat. Quos hanc ob causam etiam posteriori aetate adhibitos et in auxilium vocatos fuisse, probatur exemplis in scholiis Basilicorum obviis [4]).

Quod ad praecepta iuris, quae iuris Iustinianei libris continebantur, attinet, Leo ipse in prooemio Basilicorum auctor est, se omne contrarium et inutile in rerum argumentis, quod posterioribus legibus fuerit reprobatum, resecuisse et separasse. Revera multa librorum iuris Iustinianei fragmenta in Basilica non sunt translata. Ac primum quidem praetermissi multi sunt loci, qui praecepta iam Iustiniani aetate ab hoc abrogata continebant. Quod minus valet de iure privato, quam de iure ecclesiastico, eamque ob rem minus de Digestis, quam de Codice et Novellis. Nam Digesta maximam partem in Basilica transierunt, licet multa iuris praecepta eis comprehensa recentioribus Iustiniani constitutionibus fuissent mutata et abrogata [5]). Codicis libri II—XII. maximam partem in Basilica translati sunt, quod etiam de locis valet recentioribus Iustiniani constitutionibus vel mutatis vel abrogatis [6]). Leo multa, quae a Iustiniano abrogata fuerunt, haud dubie ideo in Basilicis retinuit, quod iuris recentioris praecepta sine iuris antiquioris cognitione recte non posse explicari et adhiberi probe intelligeret. Nec tamen in his, quae retinenda quaeve praetermittenda essent, compilatores semper certum consilium videntur habuisse. Sed quod attinet ad ius ecclesiasticum, multae constitutiones, quae Codicis lib. I. tit. 2. 3. 4. continentur, in Basilicis praetermissae sunt, nec non plures Novellae, recentioribus quippe Novellis mutatae vel abrogatae. Deinde in Basilicis praetermissi sunt loci iuris Iustinianei ad iuris institutum spectantes a Leone ipso per Novellam eo tempore, quo Basilica componebantur, iam pro-

---

causa tituli Digestorum et Codicis eandem spectantes materiam interdum sub diversis Basilicorum titulis repositi deprehenduntur. Exempla haec afferam. Digestorum titulus de negotiis gestis continetur Basilicorum lib. XVII. tit. 1., Codicis titulus de negotiis gestis lib. XVII. tit. 2. Digestorum titulus qui testamenta facere possunt et quemadmodum testamenta fiant comprehenditur Basilicorum lib. XXXV. tit. 1, tituli Codicis qui testamenta facere possint et de testamentis lib. XXXV. tit. 2. 3. Digestorum titulus de heredibus instituendis repositus est Basilicorum lib. XXXV. tit. 9., idem Codicis titulus lib. XXXV. tit. 13. Digestorum titulus de vulgari et pupillari substitutione continetur Basilicorum lib. XXXV. tit. 10., Codicis titulus de impuberum et aliis substitutionibus lib. XXXV. tit. 13. Nonnunquam fragmenta eiusdem tituli Digestorum et Codicis sub diversis Basilicorum titulis reposita sunt, veluti tituli Digestorum de iure nuptiarum et tituli Codicis de nuptiis sub Basilicorum lib. XXVIII. tit. 4. 5. Porro reperiuntur tituli Basilicorum ex Novellis solis compositi, tam qui capita plurium Novellarum, quam qui singuli unam nonnisi Novellam continent. Plurium Novellarum capita comprehenduntur Basilicorum lib. VI. tit. 3. lib. IX. tit. 2. lib. XXII. tit. 2. 4. lib. XXIII. tit. 2. lib. XXVI. tit. 2. Contra Basilicorum lib. III. tit. 2. continetur Novella 3.; lib. V. tit. 3. Novella 131.; lib. VI. tit. 8—18. Novellae 24. 25. 26. 27. 28. 29. 31. 102. 30. 103. 15.; lib. VI. tit. 20. Novella 145.; lib. VI. tit. 21. Novella 69.; lib. VI. tit. 22. Novella 86.; lib. XXVIII. tit. 4. Novella 136.; lib. XXVIII. tit. 13. Novella 91. Causa, cur coniuncta fuerint in uno Basilicorum titulo plurium Novellarum capita, nulla est, nisi quod ad eandem iuris materiam pertinebant.
2) Sch. *Ἐν τοῖς* Basil. Heimb. T. V. p. 230. *„Ἐν τοῖς πλείοσι τῶν ἀντιγράφων κεῖται· τῆς τὸ διπλοῦν ἀπαιτούσης· καὶ ταῦτα τετραπλοῦν ἀπαιτούσης τῆς ἀγωγῆς. καί ἐστι σφάλμα τοῦ ἐξελληνιστοῦ· ὠνόμασε γὰρ οὕτως αὐτήν, διὰ τὸ ἀπαιτεῖν αὐτὴν ἔστιν ὅτε ἐπὶ ἄλλων θεμάτων τὸ διπλοῦν."* Sch. *Οὐχ ὅτι* T. V. p. 231. *„ὁ ἐξελληνίζων ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, τὴν ἴμφαντον, εἶπε, τὴν τὸ διπλοῦν ἀπαιτοῦσαν."* Sch. *Βλέπε* T. V. p. 284. *„Βλέπε, πῶς διὰ τὸν ἐξελληνισμὸν τὸν μήπω πληρώσαντα τὸν ἕνα χρόνον ἑπταετῆ εἶπεν· ὤφειλε γὰρ εἰπεῖν* infantem." Sch. *Μὴ* T. V. p. 583. *„κινεῖται κατὰ τῶν κληρονόμων ἰμφάντουμ, ἥτις ἐν τῷ ἐξελληνισμῷ εἰς τὸ διπλάσιον γέγραπται"* Sch. *Τοῦ Ἁγιοθ.* T. V. p. 583. *„Τουτέστι, τῇ ἰμφάντουμ εἰς τὸ διπλοῦν· μὴ γὰρ προσσχῇς τῷ ἐξελληνισμῷ ..... ἀνάγνωθι παρόμοιον τῇ ἰμφάντουμ τῇ ἁπλοῦν μὲν ἀπαιτούσῃ, ἐξελληνιζομένῃ δὲ πεπλανημένως εἰς τὸ διπλοῦν ...... ἀνάγνωθι καὶ .... περὶ τοῦ ἐξελληνισμοῦ τῆς ἰμφάντουμ."* Sch. *Πλαστὸν* T. V. p. 687. *„δέον γὰρ ἐξελληνισθῆναι ἐνταῦθα τὸ δὲ φάλσις."* 3) Saepius id factum intelligitur ex locis in nota praecedente laudatis. 4) Cf. nota 2. 5) Sic verbi causa Digestorum tituli de inofficioso testamento et de liberis et postumis heredibus instituendis vel exheredandis in Basilicorum lib. XXXV. tit. 8. translati sunt, quamvis Novella 18. cap. 1. et Novella 115. cap. 3. 4. plane nova fuerint constituta; Digestorum tituli, qui de bonorum possessionibus, maxima intestati, agunt, in Basilicis extant, licet Novella 118. novus ordo succedendi ab intestato fuerit introductus, quo bonorum possessio intestati maximam partem abrogata est. 6) Sic Codicis tituli ad easdem materias spectantes, quas in nota praecedente dixi, Basilicis inserti reperiuntur.

mulgatam abrogatum. Cuius rei exempla haec sunt. Sic loci, qui de decurionibus agunt, in Basilica non sunt translati [7]), cum Leo Novella 46. curias et decuriones abrogasset. Quamobrem non solum Codicis titulus de decurionibus (X. 32.) et Novella 38. 101. in Basilicis dicuntur praetermissi, verum etiam praetermissi sunt loci ad decuriones spectantes sub Digestorum et Codicis titulis, qui alius sunt argumenti, repositi, quin etiam singulae paragraphi singulorum fragmentorum ad decuriones pertinentes [8]). Nec tamen satis accurate decurionum vestigia in Basilicis a compilatoribus deleta sunt [9]). Praetermissi porro in Basilicis sunt loci de libero homine, qui maior XXV annis pretii participandi causa venumdari se in servitutem passus est, in servitutem redigendo, cum Leo Novella 59. Senatusconsultum, quo eiusmodi homo servus manere iubetur, sustulerit [10]).

Leo in prooemio Basilicorum porro auctor est, se, quod ex veteribus legibus, id est, ex iure Iustinianeo non necessarium, sed supervacaneum visum esset, a contextu recidisse [11]). Quod hac ratione intelligendum est. Ubi in Digestorum loco diversae Iureconsultorum sententiae propositae erant, ea duntaxat, quae probata est, recepta est, nominibus Iureconsultorum dissentientium omissis. Quae in Digestis obvenerunt interpretationes et explicationes verborum typicorum legis cuiusdam vel Senatusconsulti, vel Edicti, in Basilicis regulariter omissae sunt. Quae ad historiam iuris spectantia in Digestis enarrantur de origine legis vel Senatusconsulti vel alius fontis iuris, in Basilicis desiderantur.

Omissae porro sunt in Basilicis inscriptiones fragmentorum ex Digestis desumtorum, excepto nomine Iurisconsulti, qui auctor erat fragmenti; omissae sunt inscriptiones et subscriptiones constitutionum e Codice in Basilica translatarum; omissa denique plerumque est Novellarum praefatio cum epilogo. Quod ad Digestorum locos attinet, Basilicorum compilatores hoc fecerunt ad exemplum Anonymi, qui, ut ex fragmentis ex commentario eius Digestorum in Collectione constitutionum ecclesiasticarum obviis intelligitur, nil nisi nomen auctoris loci cuiusdam Digestorum praefixit. Quod ad Codicem attinet, Basilicorum compilatores inscriptiones et subscriptiones constitutionum proprio Marte omisisse videntur. Vix enim credendum est, iam Thalelaeum, cuius ex commentario Basilicorum textum composuerunt, eas omisisse, maxime cum aequalis Iustiniani fuerit et Breviaria Novellarum ab Athanasio et Theodoro composita doceant, ab Athanasio inscriptiones et subscriptiones Novellarum, a Theodoro saltem subscriptiones earum religiose fuisse retentas.

Quae omnia argumento sunt, repurgationem veterum legum a Leone institutam magis usui iudiciorum, quam usui scholarum fuisse destinatam. Scholarum usui sufficiebant libri iuris Iustinianei et commentarii ad eos graeco sermone scripti, quorum usum post Basilica promulgata non desiisse, exemplo scholiorum antiquorum ex commentariis illis excerptorum inprimis probatur.

Repurgatio legum a Leone eo inprimis consilio instituta est, ut iuris Iustinianei usus facilior et commodior redderetur, non ut novas sanctiones contineret. Quam ob rem dicitur *ἀνακάθαρσις τῶν παλαιῶν νόμων*, repurgatio veterum legum, id est, iuris Iustinianei. Nihilosecius locorum e libris iuris Iustinianei in Basilica translatorum sensus saepe mutatus est tam omissionibus, quam additamentis, quam mutationibus data opera factis. Interpolationum a Basilicorum compilatoribus factarum haud exiguus est numerus. Quae interpolationes modo factae sunt, ut contradictiones, quae inter anteriores et posteriores leges obtinebant, tollerentur et ius posterius duntaxat valere ostenderetur; modo ut locus de instituto iuris agens, quod in desuetudinem abierat, iuri seculo nono exeunte obtinenti accommodaretur. Balsamon in commentario ad Photii Nomocanonem eiusmodi interpolationes retulit, quibus Basilicorum compilatores vel demto aliquo vel addito, vel alia voce substituta sensum locorum iuris Iustinianei mutarunt [12]). Nec desunt aliarum interpolationum a Balsamone non memoratarum exempla. Qua-

7) *Αἱ ῥοπαί* p. 237. not. 67. p. 239. not. 78. *Σύντομος διαίρεσις τῶν νεαρῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ* apud Heimbach Anecd. T. II. p. 235. *„διότι τὰ περὶ βουλευτῶν οὐκ ἐδέχθη τὸ παράπαν παρὰ τῶν τὰ βασιλικὰ ἐκθεμένων."* 8) Sic exempli gratia Legis 9. §§. 11 - 15. D. XLVIII. 19. in Basilicis desiderantur. Basilicorum lib. XLI. tit. 4. cap. 2. continetur Novellae 18. cap. 2., cuius tamen initium in Basilicis ideo est omissum, quod mentionem facit constitutionis Iustiniani, qua legitima portio filiis decurionum debita dodrans esse iubetur. 9) Exempla sunt Basilicorum lib. VI. tit. 1. cap. 73. 98. tit. 26. cap. 4. 5. lib. X. tit. 24. cap. 1. lib. XXXIX. tit. 2. cap. 6. th. 6. lib. LX. tit. 51. cap. 25. 26. tit. 54. cap. 7. 10) Sic in Basilicis praetermittuntur L. 21. D. I. 5. L. 9. §. 4. D. IV. 4. L. 7. pr. §. 1. L. 40. D. XL. 12. L. 1. 3. 4. 5. D. XL. 13. L. 2. pr. D. XL. 14. 11) *„. . . . πᾶν δέ, ὃ μὴ ἀναγκαῖον, ἀλλὰ περιττὸν ἐδόκει, ἀποτεμόντες τῆς συνυφάνσεως."* 12) Exempla nonnulla haec sunt: 1) Quod in L. 50. C. I. 3. dicitur, quemlibet iuri pro se introducto renunciare posse, in Basil. III. 3. 9. omissum est auctore Balsamone (Voelli et Iustelli bibl. iur. can. T. II. p. 956. Rhalli et Potli Coll. canon. T. I. p. 171.). 2) Quae in L. 2. C. VII. 65. certorum criminum confessis et convictis denegatur appellandi facultas, in Basil. IX. 1. 136. propter omnia crimina denegatur, ut Balsamon tradit (Voell. p. 983. Rhalli T. I. p. 194.). 3) L. 3. C. IX. 18. haruspices vivos iubet comburi, in Basil. LX. 39. 24. (Bals. 23.) ex Prochir. tit. 39. cap. 20. substituta est poena gladii, ut refert Balsamon (Voell. p. 977. Rhalli T. I. p. 189.). 4) Ex L. 4. C. IX. 18. in Basil. LX. 39. 25. quaedam omissa sunt, uti tradunt Balsamon (Voell. p. 978. Rhalli T. I. p. 189.) et Sch. *Πρόςκειται* Basil. Heimb. T. V. p. 775. 5) Ex L. 30. D. XLI. 2. in Basil. L. 2. 30. th. 2. quaedam non recepta sunt auctore Balsamone (Voell. T. II. p. 875. Rhalli T. I. p. 91.). 6) Quod in Nov. 86. cap. 8. dicitur, soli episcopo sine venia Patriarchae Constantinopolin venire licere, in Basil. VI. 22. 8. ad clericos et monachos extensum esse tradit Balsamon (Voell. p. 937. Rhalli T. I. p. 152.). 7) Nov. 123. cap. 13. lectorem non minorem octo annis vult fieri; in Basil. III. 1. 25. (Bals. 29.) in locum octo annorum subrogatus est numerus octodecim annorum, ut Balsamon refert (Voell. p. 847. Rhalli T. I. p. 66.). 8) Quod in L. 6. C. I. 2. dicitur, Constantinopolin veteris Romae habere praerogativas, in Basil. V. 1. 5. (Bals. 6.) omissum esse tradit Balsamon (Voell. p. 928. Rhalli T. I. p. 144.). 9) L. 6. C. IX. 18. plura continet, quae in Basil. LX. 39. 27. (Bals. 26.) omissa dicit Balsamon (Voell. p. 981. Rhalli T. I. p. 192.). Ibidem loco verborum constitutionis feralis pestis absumat, ex Prochir. tit. 39. cap. 21. in Basil. l. l. substituta est poena gladii verbis *ξίφει τιμωρείσθωσαν*. 10) Quod in L. 5. C. I. 5. dicitur de religionis diversitate, in Basil. XXVIII. 2. 3. (Bals. 2.) omissum tradit Balsamon (Voell. p. 1072. Rhalli T. I. p. 272.). — Nonnullae interpolationes, quas Balsamon notavit, in Codicibus Basilicorum superstitibus non reperiuntur. Exorcistarum, qui memorantur in L. 6. C. I. 3., in Basil. III. 3. 5. (Bals. 3.) mentionem non fieri tradit Balsamon (Voell. p. 852. Rhalli T. I. p. 71.), quamvis reperiantur in Codice Coisliniano 151 et Codice Paris. 1352, ita ut probabile sit, quod a Balsamone dicitur, librariorum niti praetermissione. Novellae 115. cap. 3. §. 11. ea pars qua filiae XXV. annis maiori, quam parentes in matrimonium collocare distulerunt, marito libero sine patris consensu se iungere permittitur, ita ut neque exheredationem metuere necesse habeat, in Basil. XXXV. 8. 36. (Bals. 38.) a Balsamone dicitur omissa (Voell. p. 1112. Rhalli T. I. p. 311.). Sed in Synopsi Basilicorum p. 344. haec Novellae pars legitur ideoque etiam in Basilicis erat reposita. Omissio igitur, cuius mentionem Balsamon facit, haud scio, an sit librariis tribuenda, qui ob concubinatum Novella Leonis 91. prohibitum hanc Novellae 115. partem in Basilicorum

rum nonnulla afferam. Sic in iis Digestorum et Codicis locis, qui de appellationis interponendae tempore agunt, loco bidui et tridui, de quo in Digestis et Codice sermo est, Basilicorum compilatores substituere solent decendium ex Nov. 123. cap. 1.[13]). Ubi in Digestis et Codice temporis iudicati mentio facta est, verba tempus iudicati in Basilicis regulariter graece redduntur ἡ τετράμηνος, cum Iustinianus Lege 2. C. VII. 54. tempus iudicati quatuor mensium esse iusserit[14]). In locis Digestorum, in quibus de dotis restituendae tempore agitur, Basilica annum ex L. un. C. V. 13. substituerunt[15]). Nonnunquam ubi in Digestis de utili anno petendae in integrum restitutionis sermo est, in Basilicis substituitur quadriennium[16]). Ubi in Digestis de portione legitima sermo est, loco quartae portionis ab intestato debitae in Basilicis substituitur τὸ τρίτον, triens, ratione habita Novellae 18. cap. 1.[17]). Nec dubito, quin hae interpolationes, excepta ea, quae ultimo loco posita est, Basilicorum compilatoribus tribuendae sint[18]). Quod ad interpolationem, cuius ultimo loco facta est mentio, attinet, dubito, utrum haec Thalelaeo an Basilicorum compilatoribus adscribenda sit. Non solum enim in Basilicorum textu haec interpolatio locorum Codicis est conspicua, veluti Basil. XXXIX. 1. cap. 41. 53. 58., verum etiam in Thalelaei adnotationibus haec mutatio reperitur, veluti in Sch. Θαλελαίου T. IV. p. 38. ed. Heimb. Aliarum interpolationum exempla haec sunt. In Nov. 22. cap. 40. in Basil. lib. XXVIII. tit. 14. reposito compilatores ex Novella 94., qua iusiurandum de secundis nuptiis non contrahendis a matre tutelam liberorum suscipiente praestandum abrogatum est, pro ὅρκος substituunt ἐπαγγελία, et pro ὀμνύναι reponunt ἐπαγγέλλεσθαι. In Nov. 118. cap. 2. et 3. (Basil. XLV. 3. cap. 8.) fratribus et sororibus una cum parentibus succedentibus Basilicorum compilatores ex Nov. 127. cap. 1. iungunt fratrum et sororum praemortuorum liberos. Mutationum iuris Iustinianei a Basilicorum compilatoribus de industria factarum, ita ut locis iuris Iustinianei aliquid ex recentioribus legibus adderetur, veluti ex Prochiro, exempla iam ex Balsamone relata sunt[19]).

§. 2. II. Singuli fontes Basilicorum:
1) Institutiones[1]).

Institutionum in Basilicis exiguus factus est usus. Cuius rei causa in eo est quaerenda, quod magis usui scholae et iuris studiosis primis legitimae scientiae elementis imbuendis, quam usui fori erant destinatae. Quam Institutionum indolem etiam posterior aetas semper agnovit, veluti Leo in prooemio Basilicorum[2]) et quinque seculis post Michael Psellus[3]). A Psello quidem inter Basilicorum fontes Institutionum mentio facta est nulla; sed Michael Attaliata, auctor Synopseos minoris, cui apud Graecos nomen est μικρὸν κατὰ στοιχεῖον, denique Harmenopulus inter fontes Basilicorum eas numerarunt. Prochiro et Epanagoge plures Institutionum loci continentur, quos in Basilicis frustra quaesiveris. Loci Institutionum reperiuntur Basil. lib. XXVIII. tit. 4. 5. lib. XXXI. tit. 4. lib. XXXIII. tit. 1. lib. XXXVI. tit. 1. Atque hi Institutionum loci maximam partem ex Theophili paraphrasi hausti sunt[4]). Qui praeter locos in nota praecedente notatos Basilicis continebantur Institutionum loci, cum Basilicorum libri, quibus comprehendebantur, perierint, integri non extant, sed in Synopsin Basilicorum transierunt. Quae e Synopsi in editione Basil. lib. XXXIII. tit. 1. cap. 51. 52. reposui, desumta sunt ex Theoph. I. 11. §. 4. 9—11. Quae e Synopsi in Basil. lib. XXXVI. tit. 1. cap. 1. posita est codicillorum definitio, sumta est ex Theoph. II. 25. pr. Ex his, quae e Synopsi in Basil. lib. XXXVI. tit. 1. cap. 1. posita sunt, themata 1. et 7. similia sunt his, quae habet Theoph. I. 12. §. 1. 7.; themata 3. 4. 5. 6. autem nec cum Theoph. I. 12. §. 3. 4. 6. conveniunt, nec cum Prochir. tit. 26. cap. 3—6., licet et hic Prochiri locus ex Theophili paraphrasi haustus sit. Nec tamen horum locorum in Synopsi ex Basilicis superstitum differentias tanti facio, ut ex alia graeca Institutionum versione haustos eos existimem; imo textum integrum Basilicorum ex Theophili paraphrasi desumtum arbitror et differentias aetati posteriori vindico[5]). Nam integrum Basilicorum textum ex Theophilo sumtum sequioris aetatis homines in brevius contraxerunt. Quae mutatio magni momenti non fuit, cum Theophili operis memoria atque usus apud Graecos nunquam cessaverit.

Notandum est, ad locos Institutionum ex Theophilo in Basilica translatos scholia, quae vocantur antiqua, non extare, cum ad locos Digestorum, Codicis et Novellarum in Basilica translatos eiusmodi scholia supersint. Compilatoribus antiquorum scholiorum haud dubie Theophili paraphrasis, propter praecipuam, quae ei prae aliorum commentariis ad Institutiones scriptis tribuebatur, auctoritatem sufficere videbatur, quamobrem epitomis ex aliorum commentariis faciendis abstinere se posse arbitrati sunt.

§. 3. 2) Digesta[1]).

Inter varios commentarios a Iureconsultis seculi sexti ad Digesta compositos Basilicorum conditoribus Anonymi commentarius potissimum dignus visus est, quo

loco describendo praetermiserunt. Quod L. 6. §. 4. C. I. 12. statuit, clericum, quem suspicio est res alienius, qui ad ecclesiam confugit, habere, iubente episcopo iurare, auctore Balsamone (Voell. p. 994. Rhalli T. I. p. 203.) in Basil. V. 1. 14. (Bals. 13.) praetermissum est. Sed quod constitutio de iureiurando exprimit verbis: de sua etiam conscientia satisfacere auctoritate venerabilis antistitis iubeatur, in Basilicorum loco laudato e Codice Coisliniano 151 desumto hoc modo redditur: „ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς ἰδίας συνειδήσεως τὸ ἱκανὸν ποιήσοι. Magis est, ut credamus, hunc Basilicorum locum a Balsamone non satis esse intellectum. 13) Cf. Basil. IX. 1. cap. 23. th. 3. 4. cap. 37. 14) Cf. Basil. IX. 3. cap. 2. 4. 29. IX. 10. cap. 1. XXIII. 3. cap. 3. th. 1. 15) Cf. Basil. IX. 8. cap. 17. th. 3. XXVIII. 8. cap. 63. th. 6. 16) Cf. Basil. XXVIII. 5. cap. 9. th. 1. 17) Cf. Basil. XXXIX. 1. cap. 8. th. 7. 10. 18) Nam Anonymus in commentario ad Digesta ius antiquum retinuit, uti patet ex Basil. X. 4. 19., ubi Codex Paris. 1352 habet τὸν οὐτίλιον τῆς ἀποκαταστάσεως ἐνιαυτὸν, ergo Anonymi versio retenta est. 19) Vide not. 12.

1) Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. II. p. 97—100. 2) „Τὰ ἰνστιτοῦτα, τουτέστιν ἡ τῶν νόμων εἰςαγωγή." 3) „Τῶν νόμων ὡς εἰςαγωγικώτερον .... ἡ κλῆσις ἰνστιτοῦτα" Psellus Synops. leg. v. 50 sq. 4) Basil. XXVIII. 4. 46. coll. Theoph. I. 10. pr. — Basil. XXVIII. 5. cap. 1. th. 1. coll. Theoph. III. 2. pr. — Basil. XXVIII. 5. cap. 1. th. 2—9. coll. Theoph. I. 10. §. 1—7. 9. 5) Mortreuil l. l. p. 99., quod ad Basil. lib. XXXVI. tit. 1. cap. 1. th. 3. 6. attinet, hunc locum ex commentariis Dorothei vel Stephani ad Institutiones scriptis haustum arbitratur. Sed praeterquam, quod horum Iureconsultorum commentarios ad Institutiones extitisse valde incertum est, differentiae textus Synopseos, ex qua ille locus in Basilicis restitutus est, a Theophilo non tanti sunt momenti, ut posterioris aetatis homini, qui Theophili locum in brevius contraxerit, tribui non possint.

1) Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. II. p. 101—103.

in Basilicorum textu componendo uterentur. Itaque regulariter graeca versio Digestorum ab Anonymo confecta in Basilicorum textum translata est, ut supra iam probavimus [2]). Quod Anonymi versio reliquis, veluti Dorothei, Stephani et Cyrilli, praelata fuerit, primum ideo videtur factum, quod iam in aliis legum collectionibus, veluti in Collectione constitutionum ecclesiasticarum et in Nomocanone XIV titulis constante Digestorum loci ex Anonymi versione hausti sunt, nec non in Prochiro et in repurgatione veterum legum Basiliana usus eius factus est. Secunda eius rei causa ex indole huius versionis videtur repetenda. Nam Stephanus in indice Digestorum tanta verborum copia, tam diffuso orationis genere utitur, tam late Digestorum textum interpretatur, tam longus est in diversis Iureconsultorum sententiis tractandis, et ut omnia complectar, index eius originem, quam scholis a Stephano habitis acceptam refert, adeo redolet, ut idoneus vix fuerit, qui textum novae legum collectionis formaret. Contra Cyrillus in suo indice tam brevi ac conciso dicendi genere utitur, argumentum locorum, quorum sententiam reddit, dicendo adeo coarctat, ut prae brevitate obscurus fiat, et qui eius indice utebatur, largis interpretationis subsidiis, quae Stephani index suppeditabat, carere necesse habuerit. Dorothei index versionem quidem textus Digestorum fere *κατὰ πόδα* factam exhibet; verum hoc ipsum causae fuisse videtur Basilicorum compilatoribus, quod in Basilicorum textu componendo eum neglexerint. Nam cum Dorotheus non solum diversas Iureconsultorum sententias in Digestis relatas cum auctorum nominibus reddiderit, verum etiam formam, qua iuris praecepta in Digestis traduntur, retinuerit, fieri non potuit, quin eius index textui Basilicorum componendo minus convenire videretur, cui quippe ad usum iudiciorum destinato eam nonnisi sententiam, quae probata est et obtinuit, inseri sufficeret. Anonymi epitome his omnibus, quae reliquis commentariis in Basilicorum textum transferendis obstare videbantur, non laborabat. Ex pluribus Iureconsultorum sententiis, quae in Digestorum loco referuntur, non facta dissensus mentione eam duntaxat, quae probata erat et obtinuerat, Anonymus retulit; ubi auctor fragmenti in Digestis retulit alius Iureconsulti sententiam vel opus alius Iureconsulti allegavit, Iureconsulti et operis eius laudati mentio ab Anonymo omissa est; Digestorum locos, in quibus Iureconsultorum responsa ad quaestiones propositas referuntur, Anonymus ita reddit, ut quaestionis propositae et responsi ad eam dati vestigium extet nullum. In universum Anonymi opus de Digestis compositum ita erat comparatum, ut praeter auctorum nomina singulis fragmentis praefixa nihil operis ex permultis Iureconsultorum libris excerpti proderet originem. Quod qui in Basilicorum textum transtulerunt, iis nihil aliud laboris superfuit, nisi ut verba artis latina ab Anonymo, ut ex fragmentis in Collectione constitutionum ecclesiasticarum conspicuis apparet, retenta graeco sermone donarent.

Nonnunquam Basilicorum textus, quod ad Digestorum locos attinet, ex Cyrilli, Dorothei et Stephani indicibus Digestorum haustus est [3]). Quod cur fecerint Basilicorum compilatores, coniici nonnisi potest. In Anonymi versione Digestorum locos nonnunquam fuisse praetermissos, ex scholiis Basilicorum constat [4]). Locos ab Anonymo praetermissos compilatores ex aliorum hauserunt commentariis, inter quos Cyrilli indicem ob indolem versioni Anonymi similiorem ceteris praetulerunt. Dorothei indice tunc potissimum usi videntur, cum locum quendam Digestorum ad verba graece reddi necesse esset; quam ob rem in Basil. lib. II. tit. 2., quo Digestorum titulus de verborum significatione continetur, plura Dorothei fragmenta translata sunt. Locos, qui ex Stephani indice in Basilicorum textu reperiuntur, utrum ipsi compilatores in textum transtulerint, an id librariorum incuriae tribuendum sit, qui locum Stephani ex scholiis antiquis in textum assumserint, dubitari potest. Equidem magis in hoc inclino.

Digestorum opus non totum et integrum in Basilica translatum est. Licet magna Basilicorum pars perierit, tamen ope Synopseos Basilicorum, indicis titulorum Coisliniani generalis et Paratitlorum Tipuciti sic dicti probari potest, quinam Digestorum libri et tituli in Basilica fuerint transsumti. Quae in Basilicis praetermissa sunt, haec sunt. Ac primum quidem praetermissa sunt in Basilicis ea, quae ad historiam iuris pertinebant. Hanc ob causam praetermissus est Digestorum titulus de origine iuris [5]); praetermissa sunt, quae de origine instituti iuris cuiusdam, de occasione legis vel Senatusconsulti cuiusdam vel alterius fontis iuris in Digestis enarrata sunt [6]). Deinde verba typica legum, Senatusconsultorum aliorumve iuris fontium in Digestis relata plerumque in Basilicis sunt omissa [7]), modo locos Edicti perpetui exceperis, quorum verba in graecum sermonem translata nonnunquam in Basilicis reperiuntur [8]). Deinde in Basilicis multi Digestorum loci, qui legibus recentioribus Iustiniani erant abrogati, praetermissi sunt. Cuius rei illustre exemplum praebent loci tituli Digestorum de ritu nuptiarum in Basil. lib. XXVIII. tit. 4. 5. praetermissi [9]). Nec desunt eiusmodi praetermissionum alia exempla [10]). Basilicorum tamen compilatores non satis diligenter versati sunt in vestigiis iuris antiqui recentioribus Iustiniani con-

2) Cf. Lib. I. Cap. V. §. 5. 3) Cf. Lib. I. Cap. V. §. 2. 4. 6. 4) Sic L. 27. §. 6. D. IX. 2. ab Anonymo fuisse praetermissam testatur Sch. 25. T. V. p. 290. 5) L. 2. §. 31. D. de origine iuris (I. 2.) exhibetur quidem ut Basil. VI. 1. cap. 14. e Codice Paris. 1352 in ed. Fabr. T. I. p. 182.; sed deest hic locus in Codice Coisliniano 151. In universum textus libri VI. tituli 1. Basilicorum in Codice Paris. 1352 exhibitus non videtur esse genuinus, sed interpolatus. 6) Sic verbi causa omissa sunt, quae in L. 1. §. 5. D. III. 1. narrantur de origine edicti, quo mulier et coecus pro aliis postulare prohibentur. 7) Puta Senatusconsulti Iuvenciani L. 20. §. 6. D. V. 3., legis Aquiliae L. 2. pr. D. IX. 2., Senatusconsulti Macedoniani L. 1. pr. D. XIV. 6., Senatusconsulti Velleiani L. 2. §. 1. D. XVI. 1., legis Falcidiae L. 1. pr. D. XXXV. 2. 8) Sic reddita sunt verba Edicti in Basil. XXI. 2. 1. (L. 1. D. III. 2.) LX. 17. 17. (L. 1. pr. D. XLIII. 16.). Etiam Synopsis in fragmentis libri LVIII. Basilicorum verba Edicti nonnunquam reddit, veluti tit. 7. (L. 2. §. 20. D. XLIII. 8.) tit. 15. (L. 1. pr. D. XLIII. 6.) tit. 16. (L. 1. pr. D. XLIII. 12.) tit. 22. (L. 1. §. 15. D. XLIII. 23.). 9) Vide, quae Lib. I. Cap. V. §. 4. hac de re notata sunt. 10) Sic verbi causa in Basil. praetermissae sunt: L. 9. 13. 14. 18. D. V. 2. (Basil. XXXIX. 1.) L. 16. D. XXIII. 1. (Basil. XXVIII. 1.) L. 1. 2. 3. 4. D. XXIII. 3. (Basil. XXIX. 1.) L. 6. 10. 11. D. XXIV. 2. (Basil. XXVIII. 7.) L. 35. 38. 59. D. XXIV. 3. (Basil. XXVIII. 8.) L. 17. D. XXVIII. 3. (Basil. XXIX. 2.) L. 1. 2. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 22. 23. 24. 25. D. XXXVIII. 5. (Basil. XXXIX. 1.) L. 9. D. XXXVII. 6. (Basil. XLI. 7.) L. 3. 7. D. XXXVII. 7. (Basil. XLI. 7.) L. 1. pr. §. 1–8. 10–17. L. 2. 3. 5. 7. D. XXXVII. 8. (Basil. XL. 4.) L. 6. 10. 12. D. XXXVIII. 16. (Basil. XLV. 1.) L. 3. D. XXXVIII. 17. (Basil. XLV. 1.) L. 17. 23. D. XL. 2. (Basil. XLVIII. 2.) L. 29. D. XL. 4. (Basil. XLVIII. 3.) Dig. lib. XL. tit. 10. 11. Causa horum locorum in Basilicis praetermissorum, quod ad plerosque attinet, in recentioribus Iustiniani constitutionibus, quae ius antiquum mutarunt, quaerenda est, cuiusmodi sunt Nov. 78. Nov. 115. cap. 3. 4. Nov. 118. cap. 1 sq. etc.

stitutionibus mutati in Basilicis delendis. Denique in Basilicis praetermissi sunt Digestorum loci ad institutum iuris pertinentes, quod Novellis Leonis tempore, quo Basilica componebantur, iam promulgatis erat abrogatum, veluti loci de decurionibus agentes[11]).

§. 4. 3) Codex[1]).

Codicis loci in plerisque Basilicorum titulis statim post Digestorum fragmenta repositi sunt. Ab hoc ordine nonnunquam discesserunt Basilicorum compilatores et sub uno titulo fragmenta Digestorum, sub alio fragmenta Codicis ad eandem iuris materiam pertinentia collocarunt. Quod cur fecerint, divinando assequi non possum. Saepe plures Codicis tituli uno Basilicorum titulo comprehensi sunt[2]). Interdum loci eiusdem tituli Codicis in Basilicis sub diversis titulis sunt collocati[3]). Atque hoc inprimis ratione constitutionum libro I. Codicis comprehensarum, quae ius ecclesiasticum spectant, factum est, quae cum saepius sanctiones poenales contineant, etiam in libro LX. Basilicorum reperiuntur[4]). Regulariter loci e Codice desumti eodem ordine, quem in titulis Codicis habent, in Basilicis collocati sunt, et ubi diversus ordo in Basilicis est, saepius invenies, ordinem in nostris Codicis editionibus esse turbatum.

Locos Codicis Basilicorum compilatores plerumque sumserunt e Thalelaei commentario, modo exceperis librum VIII. Codicis inde a titulo 4., qua parte commentarii compilatores caruerunt[5]). In eo, quid e commentario Thalelaei in textum Basilicorum transferendum esset, compilatores non videntur sibi constitisse. Modo enim solum indicem sive epitomen constitutionis in textum transtulerunt, modo introductionem cum indice, modo indice praetermisso *τὸ κατὰ πόδας*, modo indicem et *τὸ κατὰ πόδας*. Rescripta Imperatorum ante Constantinum Magnum saepius ita in Basilica sunt translata, ut introductione praemissa, qua casus fingitur, qui causam rescripto dederit, addatur *τὸ κατὰ πόδας*. Exemplum praebent rescripta ad in integrum restitutionem pertinentia, quae libro II. Codicis continentur. Graecarum constitutionum indicem in textum receperunt compilatores, quippe quarum versionem *κατὰ πόδα* necessariam non fuisse auctor ipse est Thalelaeus[6]). Reperiuntur tamen etiam ipsae constitutiones graecae in textu Basilicorum positae[7]). Negari quidem nequit, tam in Synopsi Basilicorum, quam in Balsamonis commentario ad Photii Nomocanonem nonnullarum graecarum constitutionum epitomas exhiberi easque tanquam textum Basilicorum laudari[8]). Quod tamen ex eo explicandum est, quod paulo post Basilica promulgata ab iis, qui Codices descripserunt, longiores constitutiones omissae earumque loco epitomae constitutionum in textum Basilicorum translatae sunt[9]). Epitomae constitutionum, quae Codicis lib. VIII. titulis 4. et sequentibus continentur, ex Anatolii commentario in textum Basilicorum translatae sunt[10]). Nonnunquam etiam ex Isidori et Theodori commentario epitomae constitutionum in textum Basilicorum transiisse videntur. Sed merito dubitari potest, num Basilicorum compilatores ipsi horum Iureconsultorum epitomas in textum transtulerint. Malim id sequioris aetatis hominibus tribuere, qui brevitatis studiosi loco longiorum Thalelaei epitomarum vel *τοῦ κατὰ πόδας* epitomas, potissimum Theodori in textum receperunt, quarum copiam ex scholiis antiquis habuerunt[11]). Etiam tunc, cum diversae epitomae eiusdem constitutionis diversis Basilicorum locis habentur[12]), breviorem epitomen ex scholiis antiquis in textum irrepsisse arbitror.

In Basilicis inscriptiones et subscriptiones constitutionum omissae sunt. Perraro inscriptio constitutionis cuiusdam in Basilicis exhibetur, veluti Legis 1. C. I. 1. in Basil. I. 1. 1., quod num ipsis Basilicorum compilatoribus tribuam, valde dubito, cum non intelligatur, quid causae fuerit, cur in hac una constitutione a consueta regula discesserint. Epitomae quidem constitutionum, quas Cuiacius in commentario ad tres postremos Codicis libros e Codice Basilicorum deperdito edidit, nonnunquam inscriptionem in fronte habent, qua nomen Imperatoris et nomen magistratus, ad quem data est constitutio, continentur[13]). Sed dubito, num hanc inscriptionem Cuiacius ex illo Codice, quo usus est, hauserit, cum, ut dixi, inscriptiones regulariter in Basilicis omissae sint. Potuit Cuiacius eam etiam ex aliis Codicibus haurire, qui saepe solent notare, constitutionem graecam esse, eamque ideo omittunt, nonnunquam tamen addito Imperatoris, qui eam promulgavit, nomine.

Multae Codicis constitutiones in Basilicis praetermissae sunt. Quod factum est ratione habita tam recentiorum Iustiniani constitutionum, scilicet Novellarum, quam nonnullarum Novellarum Leonis. Sic multae constitutiones ius ecclesiasticum spectantes ideo Basilicis non sunt insertae, quod Novellis Iustiniani abrogatae

---

11) Cf. quae §. 1. dicta sunt.

1) Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. II. p. 103—107. 2) Exempla sunt Basil. lib. VI. tit. 1. 29. 32. 33. lib. VII. tit. 3. 5. 6. 3) Sic loci tituli Codicis de nuptiis (V. 4.) partim tit. 4., partim tit. 5. libri XXXVIII. Basilicorum continentur. 4) Sic L. 3. C. I. 6. extat in Basil. lib. I. tit. 1. cap. 36. et lib. LX. tit. 54. cap. 21. Plures constitutiones tituli 9. libri I. Codicis extant in Basil. lib. I. tit. 1. cap. 39 sq.; una earum reperitur in Basil. lib. I. tit. 1. cap. 47. et lib. LX. tit. 54. cap. 30. 5) Cf. Lib. I. Cap. VI. §. 3. 4. 6) Thalelaeus in indice L. 24. C. IV. 35. (Basil. XIV. 1. 86.): *„ἑλληνικὴ δὲ οὖσα τῆς κατὰ πόδα παραδόσεως οὐ δεῖται κατὰ τὴν ἡμετέραν διάστιξιν."* 7) Exempla haec sunt: L. 3. C. I. 1. (Basil. I. 1. 3.) quae graeca est secundum Paratitla I. 3. et 5. (Voelli et Iustelli bibl. iur. can. T. II. p. 1265. 1290.). — L. 5. C. I. 1. (Basil. I. 1. 5.) quae graeca est secundum Paratitla I. 5. (Voell. p. 1290.). — L. 6. C. I. 1. (Basil. I. 1. 6.). — L. 7. C. I. 1. (Basil. I. 1. 7.). — L. 29. C. I. 3. (Basil. I. 1. 9.) quae graeca est secundum Paratitla I. 1. (Voell. p. 1242.). — L. 11. C. I. 5. (Basil. I. 1. 29.). — L. 12. C. I. 5. (Basil. I. 1. 30.) quae graeca est secundum Paratitla I. 3. et 9. (Voell. p. 1268. 1295). — L. 15. C. I. 5. (Basil. I. 1. 31.). — L. 16. C. I. 5. (Basil. I. 1. 32.). — L. 20. C. I. 5. (Basil. I. 1. 33.). — L. 9. C. I. 11. (Basil. I. 1. 19.) quae graeca est secundum Paratitla I. 3. (Voell. p. 1268.). — L. 10. C. I. 11. (Basil. I. 1. 20.). Textum graecum nonnullarum harum constitutionum edidi e Codice Coisliniano 151. Nec Codici Paris. 1352 alienus est constitutionum graecarum textus, uti ex Basilicis Fabroti apparet. 8) L. 12. C. I. 5. epitome exhibetur in Syn. p. 4. et apud Balsamonem (Voell. p. 1064. Rhalli et Potli Coll. canon. T. I. p. 264.). L. 15. C. I. 5. epitomen habet Syn. p. 4. Partis Legis 16. C. I. 5. epitomen exhibet Balsamon (Voell. p. 1067. Rhalli T. I. p. 267.). L. 20. C. I. 5. epitomen habet Balsamon (Voell. p. 1064. Rhalli T. I. p. 267.). 9) Itaque non assentior Zachariae de L., qui in Codice Coisliniano 151 textum Basilicorum interpolatum exhiberi putat. Cf. Delineatio hist. iur. Gr.-Rom. p. 46. not. 14. 10) Cf. Lib. I. Cap. VI. §. 3. 11) Cf. Lib. I. Cap. VI. §. 6. 12) Exempla haec sunt. Diversae epitomae L. 16. C. I. 9. habentur Basil. I. 1. 46. et LX. 54. 29. L. 18. C. I. 9. Basil. I. 1. 47. et LX. 54. 30. L. 3. C. XII. 62. Basil. XXV. 2. 66. et LVI. 17. 64. 13) Exempla praebent hi loci Basilicorum a Cuiacio restituti, quos secundum meam Basilicorum editionem afferam. Basil. lib. LVI. tit. 8. cap. 13. 24.

erant[14]). Deinde Iustiniani constitutiones de portione legitima, de nuptiis, de divortio eiusque causis, de exheredatione et praeteritione, de novo ordine succedendi ab intestato introducendo, de conditione libertorum aliaeque, quibus ius antiquum mutatum est, causam dederunt multis constitutionibus adeoque titulis Codicis in Basilicis omittendis[15]). Tum praetermissae in Basilicis sunt constitutiones provinciam Leone Sapiente imperante imperio ereptam spectantes[16]). Inter Novellas Leonis inprimis Novellae 46. 78. 91. causam dederunt locis Codicis in Basilicis praetermittendis[17]). Ceterum cum magna Basilicorum pars perierit, certo iudicare non licet, qui loci Codicis in Basilica non sint translati[18]). Maxime quod ad tres postremos Codicis libros attinet, quamvis tam index titulorum generalis Coislinianus, quam Paratitla Tipuciti haud contemnendum subsidium praebeant quaerenti, quid ex his libris in Basilica transierit, nonnulli tamen etiamnunc tituli sunt, quibus certus in Basilicis locus non potest assignari[19]). Nonnullos horum librorum titulos in Basilica non esse translatos, certa extant testimonia[20]).

§. 5. 4) Novellae[1]).

Novellae, maximam partem graeco sermone quippe promulgatae, inter omnes iuris Iustinianei partes maxime aptae erant textui Basilicorum componendo. Basilicorum compilatores necesse nonnisi habebant, eligere sanctiones Novellarum, quae ea aetate adhuc in usu erant, easque in Basilica transferre, praetermissis earum singularum Novellarum sanctionibus, quae vel posterioribus Iustiniani Novellis immutatae erant, vel ad regiones pertinebant Leone Sapiente imperante ab hostibus occupatas, vel ad instituta pertinebant a Leone ipso abrogata. Textus graecarum Novellarum in Basilicis sumtus est ex collectione CLXVIII Novellarum. Textus integer in Basilica transiit, modo exceperis prooemium Novellae et epilogum. Prooemium saepius in scholiis Basilicorum subiicitur, raro partem textus efficit. Epilogus regulariter in textu Basilicorum non extat. Novellas integras in Basilica esse translatas, varia extant testimonia. Huc pertinent primum index titulorum generalis Coislinianus, quo pluribus locis Novellae integrae in Basilica transla-

---

14) Sic praetermissae sunt Cod. lib. I. tit. 2. const. 4. 8. 9. 10. 12. 13. 14. 16. 17. 18. 23. 24. 25. 26. Tit. 3. const. 4. 5. 7. 8. 9. 10. 12. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 23. 25. 28. 30. 31. 32. 34. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 51. 52. 53. 54. 55. Tit. 4. const. 1. 2. 4. 6. 7. 8. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 24. 26. 27. 33. 34. Tit. 5. const. 7. 10. 13. 14. 17. 18. 19. Tit. 6. const. 2. Tit. 9. const. 1. 2. 5. 10. 11. 17. Tit. 11. const. 1. Tit. 12. const. 2. 5. 15) Constitutiones Iustiniani, quarum ratione habita multi Codicis loci in Basilicis omissi sunt, verbi causa hae sunt: Nov. 4. cap. 1. 2. Nov. 13. Nov. 18. cap. 1. Nov. 22. Nov. 60. cap. 1. Nov. 78. cap. 1. Nov. 112. cap. 3. Nov. 115. cap. 3. 4. Nov. 117. cap. 7 sq. Nov. 118. cap. 1—4. Nov. 125. cap. 1. Nov. 134. cap. 13. 16) Tam ob hanc, quam ob illam causam aliamve in Basilicis hi Codicis loci omissi sunt: Lib. I. tit. 24. 25. 27. 29. const. 2. Tit. 40. const. 4. Tit. 43. Tit. 48. const. 1. Tit. 49. 50. Tit. 51. const. 5. 9. Tit. 55. 56. 57. Lib. II. tit. 7. const. 2. 3. 12. 13. 14. 17. 21. 24. 25. 27. Tit. 11. const. 5. Tit. 12. const. 25. Tit. 15. const. 1. Tit. 55. const. 4. 5. Lib. III. tit. 1. const. 15. 16. Tit. 2. const. 5. Tit. 3. const. 2. 5. 6. Tit. 13. const. 1. Tit. 22. const. 2. 5. Tit. 24. const. 1. Tit. 27. const. 2. Tit. 28. const. 4. 8. 9. 11. 13. 19. 22. 24. 28. 30. 31. Tit. 29. const. 4. Tit. 36. const. 19. 26. Tit. 38. const. 2. Lib. IV. tit. 3. Tit. 21. const. 20. Tit. 26. const. 6. 8. 11. Tit. 32. const. 10. 27. Tit. 34. const. 3. Tit. 65. const. 30. Lib. V. tit. 3. const. 17. 18. 19. 20. Tit. 4. const. 9. 10. 12. 15. 17. 19. 21. 22. 23. 28. 29. Tit. 5. const. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Tit. 8. const. 2. Tit. 9. 10. Tit. 14. const. 9. Tit. 15. const. 3. Tit. 17. const. 2. 6. 7. 8. 9. 10. 11. Tit. 18. const. 11. Tit. 24. Tit. 35. const. 2. 3. Tit. 37. const. 24. Tit. 57. const. 1. Tit. 62. const. 7. Tit. 70. const. 5. Lib. VI. tit. 1. 8. 12. Tit. 14. const. 2. 3. Tit. 15. const. 1. 2. Tit. 20. const. 4. 7. 8. Tit. 55. const. 9. 12. Tit. 56. const. 1. 2. 7. Tit. 57. const. 2. 4. Tit. 58. const. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 9. 13. 14. 15. 16. 17. 18. Lib. VII. tit. 1. const. 3. 4. Tit. 2. const. 1. 2. 3. 9. 10. 14. Tit. 3. Tit. 4. const. 1. 5. Tit. 5. 10. Tit. 11. const. 3. Tit. 16. const. 29. Tit. 25. Tit. 43. const. 8. 9. Tit. 61. Tit. 62. const. 15. 21. 24. 31. 38. Tit. 65. const. 8. Lib. VIII. tit. 14. const. 2. 4. Tit. 17. const. 4. Tit. 40. const. 5. 19. 20. 21. 23. 25. Tit. 53. const. 6. Lib. IX. tit. 2. const. 1. Tit. 4. const. 3. Tit. 9. const. 2. 9. 11. 17. 20. 25. 30. 33. 34. Tit. 16. const. 3. Tit. 19. const. 1. 6. Tit. 20. const. 7. 16. Tit. 21. Tit. 24. const. 2. Tit. 27. const. 1. 3. 6. Tit. 47. const. 10. Tit. 49. const. 3. 4. 6. 8. 10. Ob ditiones Iustiniani aetate ad imperium pertinentes Leonis Philosophi tempore ab hostibus captas in Basilicis praetermissi sunt Cod. lib. I. tit. 27. Lib. XI. tit. 27. de nautis Tiberinis, tit. 28. de frumento Alexandrino, tit. 29. de Alexandriae primatibus. 17) Propter Novellam Leonis 46., quae curias et decuriones sustulit, praetermissi sunt in Basilicis non solum tituli Codicis de decurionibus agentes (Cod. lib. XI. tit. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38.), verum etiam constitutiones sub aliis titulis repositae, quibus de decurionibus aliquid statuitur, veluti Cod. lib. VI. tit. 62. const. 1. 4. Lib. VII. tit. 39. const 5. Tit. 64. const. 3. 8. Tit. 66. const. 4. Lib. VIII. tit. 40. const. 13. Lib. IX. tit. 22. const. 21. Tit. 41. const. 17. Tit. 47. const. 3. 9. 12. pr. Novella Leonis 78., qua Senatusconsultis vis legum adempta est, causam dedisse videtur titulo Codicis de Senatusconsultis (lib. I. tit. 16.) praetermittendo. Dubitationem tamen de hoc titulo in Basilicis praetermisso merito excitat index titulorum totius Basilicorum operis in Codice Coisliniano 151 conspicuus, qui titulum de Senatusconsultis inter eos recenset, qui Basilicorum lib. II. tit. 6. continentur. Cf. Basil. Heimb. T. I. p. XVI. not. i. Sed cum in ipso Codice Coisliniano sub Basilicorum lib. II. tit. 6. locus extet nullus ex illo Codicis titulo desumtus, auctor illius indicis errasse videtur. Ratione habita Novellae Leonis 91., quae concubinatum prohibuit, in Basilicis praetermissus est titulus Codicis de concubinis (lib. V. tit. 26.). Cuius tituli praetermissio niti etiam potest Prochir. tit. 4. cap. 33., quo concubinatus prohibitus est. Quod tamen ideo non acceperim, quod quae Basilius hac de re in Prochiro constituerat, mature in desuetudinem videntur abiisse, cum Leo, qui legum patris regulariter mentionem facit, hanc eius constitutionem silentio praetereat et perinde loquatur, ac si concubinatus ante suam constitutionem fuisset licitus. 18) Sic verbi causa secundum Paratitla Tipuciti sic dicti L. 6. 7. C. de naturalibus liberis (V. 27.) Basilicorum libro XXXII. titulo 2. fuerunt insertae. Quae porro in Paratitlis sub hoc Basilicorum titulo reposita dicuntur, tam ex L. 2. 8. C. h. t. quam ex Novella 89. cap. 12. pr. desumta esse possunt. Ita probabile quidem est, L. 1—5. 8—10. C. h. t. ratione habita Novellae 89. cap. 12 sq. in Basilicis fuisse omissas: nec tamen certum hoc est, cum Paratitla non omnium locorum, qui Basilicis continebantur, indicaverint argumentum. Idem de multis aliis Codicis constitutionibus dicendum est, quae utrum libris Basilicorum deperditis insertae fuerint necne, incertum est. 19) Eiusmodi sunt Cod. lib. X. tit. 24. ne operae a collatoribus exigantur. Tit. 44. de his, qui sponte munera susceperunt. Lib. XI. tit. 2. de navicularis. Tit. 3. de praediis et omnibus rebus naviculariorum. Tit. 4. de navibus non excusandis. Tit. 5. ne quid oneri publico imponatur. Tit. 12. nulli licere in frenis etc. Tit. 13. de classicis. Tit. 14. de decurialibus urbis Romae. Tit. 20. de honoratorum vehiculis. Tit. 49. de capitatione civium censibus eximenda. Tit. 57. ut nullus ex vicanis pro alienis vicanorum debitis teneatur. Lib. XII. tit. 10. de Comitibus Consistorianis. Tit. 11. de Comitibus et Tribunis scholarum. Tit. 12. de Comitibus rei militaris. Tit. 34. negotiatores ne militent. Tit. 44. de litorum et itinerum custodia. Tit. 45. de desertoribus et occultatoribus eorum. 20) Sic Codicis lib. XI. tit. 44. de gladiatoribus penitus tollendis, tit. 45. de venatione ferarum, tit. 46. de maiuma in Basilica non esse translatos auctor est Balsamon ad Phot. tit. XIII. cap. 22. (Voell. T. II. p. 1126. Rhalli T. I. p. 325.).

1) Biener, Gesch. der Novellen p. 127—157. Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. II. p. 107—119.

tae dicuntur [2]), deinde Tipuciti Paratitla, tum Index Reginae, qui vocatur, denique Balsamon, qui in commentario ad Photii Nomocanonem ex Basilicis semper textum graecum Novellarum, nec vero epitomas laudare solet. In Codicibus Basilicorum superstitibus nonnunquam loco textus graeci Novellae cuiusdam summarium eius ex Theodori Breviario Novellarum exhibetur [3]). Extant etiam Codices, quorum alter textum graecum integrum Novellae cuiusdam, alter summaria eiusdem Novellae e Theodori Breviario desumta exhibet [4]). Quod hoc modo explicandum est. In locum enim textus graeci Novellae cuiusdam, qui ab initio in Basilica fuit translatus, librarii, quos integras Novellas describere taedebat, sequiori aetate Theodori summaria substituerunt [5]).

Novellarum latinarum loco in Basilica summaria earum ex Theodori Breviario translata sunt [6]), excepta nonnisi Novella 123., cuius epitomen Basilicorum compilatores ex Athanasii commentario Novellarum hauserunt [7]).

Praeterea etiam epitomae Novellarum ex commentariis incertorum auctorum haustae in Basilicorum textu reperiuntur, veluti in Codice Parisiensi 1352 [8]), in Codice Parisiensi 1348 [9]), in hoc et Codice Parisiensi 1354 et Laurentiano LXXX. 11. [10]), denique in Synopsi Basilicorum [11]). Nec tamen credendum est, has epitomas ab initio textui Basilicorum fuisse insertas; imo a librariis eas loco textus graeci Novellarum in Basilicorum textum translatas fuisse arbitror, sive eas ex incertorum auctorum commentariis desumserint, sive ipsi confecerint.

Novellae singulae cum saepius de pluribus agant argumentis, in Basilicis non sub uno titulo sunt repositae, sed diversa capita singularum Novellarum saepe diversis Basilicorum titulis reperiuntur inserta. Egregium subsidium cognoscendi, quo Basilicorum loco reperiantur Novellae, praebet Index Reginae, qui vocatur. Pleraeque Novellae, quae idem tractant argumentum, sub uno Basilicorum titulo repositae sunt [12]). Nonnullae Novellae,

2) Index titulorum generalis Coislinianus, ubi dicit, totam Novellam in Basilica transiisse, numerum Novellae designat et addit: ἡ ὅλη νεαρά. Unde apparet, etiam quod libros Basilicorum deperditos attinet, graecarum Novellarum non epitomas, sed textum in Basilica esse translatum. Quod valet de Novella 59. (cf. Basil. ed. Heimb. T. V. p. 225. not. u.) Novella 85. (Basil. Heimb. T. V. p. 191. not. k.). Novella 116. (Basil. Heimb. T. V. p. 191. not. i.). Novella 122. (Basil. Heimb. T. V. p. 149. not. e.). Novella 130. (Basil. Heimb. T. V. p. 189. not. x.). Novella 152. (Basil. Heimb. T. V. p. 179. not. a.). Novella 156. (Basil. Heimb. T. IV. p. VIII. not. r.). Novella 157. (Basil. Heimb. T. V. p. 149. not. e.). Novella 166. (Basil. Heimb. T. V. p. 180. not. r.). Novella 167. (Basil. Heimb. T. V. p. 181. not. u.). Novella 168. (Basil. Heimb. T. V. p. 180. not. r.). Similiter, ut in indice titulorum Coisliniano, in Indice Reginae, qui vocatur, indicatur, totam et integram Novellam quandam in Basilicis esse positam. Quod valet de Novella 1. (Heimbach, Anecd. T. II. p. 237.). Novella 4. (ibid. p. 237.). Novella 12. (ibid. p. 238.). Novella 16. (ibid. p. 238.). Novella 20. (ibid p. 238.). Novella 21. (ibid. p. 238.). Novella 23. (ibid. p. 238.). Novella 32. (ibid. p. 239.). Novella 36. (ibid. p. 239.). Novella 44. (ibid. p. 239.). Novella 47. (ibid. p. 239.). Novella 48. (ibid. p. 239.). Novella 59. (ibid. p. 240.). Novella 61. (ibid. p. 240.). Novella 63. (ibid. p. 241.). Novella 64. (ibid. p. 241.). Novella 68. (ibid. p. 241.) Novella 71. (ibid. p. 241.). Novella 73. (ibid. p. 241.). Novella 82. (ibid. p. 241.). Novella 88. (ibid. p. 241.). Novella 90. (ibid. p. 242.). Novella 91. (ibid. p. 242.). Novella 92. (ibid. p. 242.). Novella 94. (ibid. p. 242.). Novella 107. (ibid. p. 242.). Novella 108. (ibid. p. 242.). Novella 109. (ibid. p. 243.). Novella 111. (ibid. p. 243.). Novella 113. (ibid. p. 243.). Novella 114. (ibid. p. 243.). Novella 116. (ibid. p. 243.). Novella 120. (ibid. p. 244.). Novella 122. (ibid. p. 244.). Novella 124. (ibid. p. 244.). Novella 126. (ibid. p. 244.). Novella 132. (ibid. p. 241.). Novella 133. (ibid. p. 244.). Novella 136. (ibid. p. 245.). Novella 142. (ibid. p. 245.). Novella 146. (ibid. p. 245.). Novella 149. (ibid. p. 245.). Novella 150. (ibid. p. 245.). Novella 151. (ibid. p. 245.). Novella 152. (ibid. p. 245.). Novella 156. (ibid p. 246.). Novella 157. (ibid. p. 246.). Novella 158. (ibid. p. 246.). Novella 159. (ibid. p. 246.). Novella 164. (ibid. p. 246.). Novella 166. (ibid. p. 246.). Novella 168. (ibid. p. 246.). 3) Sic Codex Coislinianus 151 summarium Novellae 42. cap. 3. §. 1. exhibet Basil. I. 1. 54. Codex Parisiensis 1350 summarium Novellae 51. habet Basil. LX. 38. fin. Codex Parisiensis 1348 summarium Novellae 123. exhibet Basil. XXIII. 3. 78 4) Exempla haec sunt: Novellae 8. cap. 1. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. textum graecum exhibet Codex Coislinianus 151 (Basil. Heimb. VI. 3. cap. 1—8. 10. 16. 17—21.); summaria cap. 1. 6. 7. cap. 8. §. 1. et cap. 9. habet Codex Parisiensis 1352 (Basil. Fabr. VI. 3. cap. 1. 55. 2. 4. 7. 13.). Novellae 17. cap 4. 15. textum graecum continet Codex Coislinianus 151 (Basil. Heimb. VI. 3. cap. 25. 36.); Codex Parisiensis 1352 habet summaria Theodori (Basil. Fabr. VI. 3. cap. 9. 22.). Novellae 120 cap. 1. 9. 10. 11. textum graecum exhibet Codex Coislinianus 151 (Basil. Heimb. V. 2. cap. 1. 11. 12. 13.); summaria eorundem capitum Codex Parisiensis 1352 (Basil Fabr. V. 2. cap. 1. 2. 4. 5. 18. 21. 22.). Novellae 131. cap. 13. textus pro parte in utroque Codice legitur, eiusdem capitis summarium pro parte habet Codex Parisiensis 1352. Eiusdem Novellae cap. 14. partem textus uterque Codex praestat (Basil. Heimb. V. 1. 53. Fabr. V. 1. 49.); Codex Parisiensis 1352 etiam summaria Theodori habet (Basil. Fabr. I. 1. cap. 50. 51.). Novellae 133. cap. 5. 6. textum graecum exhibet Codex Coislinianus 151 (Basil. Heimb. IV. 1. cap. 23. 24.), Codex Parisiensis 1352 summaria Theodori (Basil. Fabr. IV. 1. cap. 19. 20. 21. 22. 23.). 5) Cum Codex Coislinianus 151 integrum graecarum Novellarum textum praestet, ubi Codex Parisiensis 1352 nonnisi Theodori summaria exhibet, hunc Codicem illi longe censeo postponendum. 6) Harum Novellarum latinarum summaria ex Theodori Breviario in Basilica translata sunt: Nov. 35. (Basil. VI. 6. cap. 16. apud Fabr. cap. 2.). Nov. 36. (Basil. XLV. 6. 2.). Nov. 37. (Basil. Heimb. I. 1. cap. 49. 50. 51. 52. Fabr. cap. 45. 48.). Nov. 62. (Basil. Heimb. VI. 1. cap. 13. 14. 15. 16. 17. VI. 2. 3.). Nov. 111. (Basil. Heimb. V. 2. 16. Fabr. cap. 23.). Nov. 114. (Basil. Heimb. II. 6. 27.) Nov. 138. (Basil. XXIII. 3. 78.). Nov. 143. (Basil. LX. 58. cap. 2. 3. 4. 5.). Nov. 150., quae eadem cum Novella 143. est (Basil. LX. 58. 6.). 7) Basil. IX. 2. 2., qui locus haustus est ex Athanasii commentario Novellarum tit. VII. const. 2. 8) Sic Novellae 8. cap. 8. epitome, cuius auctor ignoratur, extat in Basil. Fabr. VI. 1. 9. Novellae 17. cap. 1. 8. 9. 13. epitomae, quae incerti auctoris sunt, leguntur in Basil. Fabr. VI. 1. 12. VI. 3. cap. 11. 12. 15. 16. Novellae 55., quae secundum plura testimonia in Basilicis praetermissa est, epitome, quae incertum habet auctorem, extat in Basil. Fabr. V. 2. 3. 9) Sic Novellae 160. prooemii epitome legitur in Basil. XXIII. 3. 79. v. *Πᾶσα . . . ἔχει νόμον*, et in Sch. *Ἀνάγνωθι* T. II. p. 734. ed. Heimb. 10) Sic Novellae 117. cap 3. epitome extat in Basil. XXVIII. 4. 47. 11) Harum Novellarum epitomae, quarum auctores incerti sunt, in Synopsi Basilicorum reperiuntur: Nov. 81. cap. 3. — Syn. p. 311. Nov. 94. — Syn. p. 261. 348. Nov. 107. cap. 2. — Syn. p. 326. Nov. 115. cap. 4. — Syn. p. 320. 12) Quod locum habet in his Novellis: Nov. 1. — Basil. XLI. 4. 1. Nov. 3. — Basil. III. 2. cap. 1. 2. 3. Nov. 4. — Basil. XXVI. 2. 1. Nov. 8. excepto capite 4. — Basil. VI. 3. cap. 1 sqq. Nov. 14. — Basil. LX. 38. 3. Nov. 15. — Basil. VI. 18. cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Nov. 16. — Basil. III. 3. 1. Nov. 17. — Basil. VI. 3. cap. 22—38. Nov. 20. — Basil. IX. 2. 1. Nov. 24. — Basil. VI. 8. Nov. 25. — Basil. VI. 9. Nov. 26. — Basil. VI. 10. Nov. 27. — Basil. VI. 11. Nov. 28. — Basil. VI. 12. Nov. 29. — Basil VI. 13. Nov. 30. — Basil. VI. 16. Nov. 31. — Basil. VI. 14. Nov. 32. — Basil. XXIII. 3. 76. Nov. 39. — Basil. XXVIII. 15. 1. Nov. 41. — Basil. IX. 2. 3. Nov. 43. — Basil. LIX. 4. 1. Nov. 44. — Basil. XXII. 2. 1. Nov. 47. — Basil. XXII. 2. 2. Nov. 48. — Basil. XLI. 6. 1. Nov. 59. — Basil. LIX. 4. Nov. 61. — Basil. XXIX. 7. Nov. 63. — Basil. LVIII. 11. 13. Nov. 69. — Basil. VI. 21. cap. 1. 2. 3. 4. Nov. 71. — Basil. VII. 8. 30. Nov. 72. — Basil. XXXVII. 11. Nov. 73. — Basil. XXII. 4. 1. Nov. 80. — Basil. VI. 6. cap. 5—14. Nov. 81. — Basil. XXXI. 5. Nov. 82. exceptis capitibus 1. et 14. — Basil. VII. 1. cap. 4—16. Nov. 85. — Basil. LVII. 9. Nov. 86. — Basil. VI. 22. cap. 1—9. Nov. 88. — Basil. XIII. 2. 46. Nov. 90. — Basil. XXI. 1. 46. Nov. 91. — Basil. XXVIII. 13. 1. Nov. 92. — Basil. XLI. 5. 1. Nov. 93. — Basil. IX. 2. 6. Nov. 94. — Basil. XXXVII. 12. 1. Nov. 95. — Basil. VI. 3. cap. 15. 40. Nov. 99. — Basil. XXVI. 2. 1. Nov. 100. — Basil. XXIX. 3. 1. Nov. 102. — Basil. VI. 15. cap. 1. 2. 3. Nov. 103. — Basil. VI. 17. cap. 1. 2. 3. Nov. 107. — Basil. XXXV. 20. 2. Nov. 108. — Basil. XXXV. 11. Nov. 109. — Basil. I. 1. 55.

etiamsi diversa earum capita diversis Basilicorum titulis inserta sint, tamen fere integrae in Basilica transierunt[13]); nonnullarum nonnisi pars in Basilica translata est[14]).

De Novellis, quae in Basilica translatae et quae in iis praetermissae fuerint, varia extant testimonia, quae tamen non omnino conveniunt. Quae quidem haec sunt:

I. Codici Vaticano 853 seculi XIV., quo Paratitla Basilicorum, quae Tipuciti nomine vulgo feruntur, continentur, annexa sunt duo folia Codicis manuscripti seculi XIII., quorum in uno, fol. 500. A., de numero Novellarum in Basilica translatarum in iisve praetermissarum haec leguntur[15]): „*Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι ρξη'. νεαραὶ συνετέθησαν παρὰ τοῦ Ἰουστινιανοῦ· ἐξ αὐτῶν ρμα'. ἐτέθησαν εἰς τοὺς προςφόρους τί. τῶν ξ'. βασιλικῶν βί. αἱ δὲ λοιπαὶ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι παρεσιωπήθησαν· ἤγουν β'. ε'. ς'. ζ'. θ'. ια'. μ'. μς'. ν'. νδ'. νε'. νς'. νη'. ξη'. οδ'. οε'. ος'. οθ'. πγ'. πδ'. ϙη'. ρς'. ρκζ'. ρκθ'. ρλζ'. ρμ'. ρμθ'.*“ Sciendum est, CLXVIII Novellas a Iustiniano fuisse compositas. Ex his CXLI sub congruis LX librorum Basilicorum titulis repositae sunt; reliquae XXVII. silentio sunt praetermissae, scilicet II. V. VI. VII. IX. XI. XL. XLVI. L. LIV. LV. LVI. LVIII. LXVIII. LXXIV. LXXV. LXXVI. LXXIX. LXXXIII. LXXXIV. XCVIII. CVI. CXXVII. CXXIX. CXXXVII. CXL. CXLIX.

II. Index Reginae, qui Codice Parisiensi 1349 fol. 236. B. usque ad fol. 238. continetur et a beato fratre editus est[16]), exhibet indicem Novellarum secundum ordinem collectionis CLXVIII Novellarum compositum cum adnotationibus, quibus Basilicorum loci, ubi Novellae singulae repositae sint, indicantur, simulque designatur, quaenam Novellae in Basilicis sint praetermissae. In universum hic index cum collectione CLXVIII Novellarum convenit, necnisi in eo differt, quod quae in nostris Novellarum exemplaribus est Novella 68., eam 69. esse dicat, quaeque in nostris Novella 69., in eo sit Novella 68.[17]). In quo indice nonnullae Novellae, quae secundum alia testimonia in Basilicis fuerunt praetermissae, tamen in Basilicis positae dicuntur, veluti Nov. 2. 5. 6. 7. 9. 149.[18]). Novellam quandam in Basilicis deesse in hoc indice notatur verbis *οὐδὲ αὕτη κεῖται*, vel *οὐ κεῖται*, vel *αὗται αἱ νεαραὶ οὐ κεῖνται ἐν τοῖς ἀνακεκαθαρμένοις βιβλίοις*. In Basilicis deesse dicuntur Nov. 46. 50. 54. 55. 56. 69. (quae in nostris exemplaribus est 68.) 83. 84. 98. 110. 129. 139. 140. 147. Nonnullis Novellis plane nulla adnotatio adiecta reperitur, veluti Nov. 11. 19. 33. 34. 40. 45. 58. 62. 65. 67. 70. 74. 75. 76. 77. 79. 101. 105. 106. 127. 128. 135. 137. 138. 141. 148. Ex eo, quod eiusmodi adnotatio deest, non sequitur, omnes hasce Novellas in Basilicis fuisse praetermissas; nam ex his aliae quidem in Basilicis praetermissae in loco sub num. I. adducto et in opusculo sub num. III. memorando dicuntur, aliae autem in eis reperiuntur. Nec Novellae, quibus Basilicorum locus, ubi positae fuerunt, non est adiectus, ex earum sunt numero, quae in Basilicis collocatae quidem fuerunt, sed non utendo in desuetudinem abierunt. Itaque haud scio, quomodo sit explicandum, quibus de causis auctor adnotationum in Indice Reginae positarum locos, quibus istae Novellae in Basilicis repositae fuerunt, adnotare neglexerit, nisi ita, ut cum Codicibus Basilicorum minus integris, in quibus istae Novellae deerant, usum fuisse credamus. Eiusmodi Codices iam seculo undecimo, quo Codex Parisiensis 1349 conscriptus est, probabile est extitisse, et huius Codicis exemplo confirmatur. Modus, quo in adnotationibus indicantur tam Basilicorum loci, ubi Novella quaedam collocata est, quam designatur, utrum sit tota quaedam Novella, an nonnisi pars eius in Basilica translata, idem est, qui observatur in indice titulorum Basilicorum generali, qui Codice Coisliniano 151 continetur[19]). Unde probabilis est coniectura fratris existimantis, adnotationes in Indice Reginae conspicuas ex Basilicorum indice, qualem Codex Coislinianus 151 exhibet, esse derivatas.

III. Auctor ignotus opusculi de Novellis in Basilicis translatis compositi, cui titulus est *σύντομος διαίρεσις τῶν νεαρῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ*, brevis divisio Novellarum Iustiniani, quod e Codice Parisiensi 1182 seculi XIV. fol. 184. usque ad fol. 185. A. beatus frater primus edidit[20]), collectionem CLXVIII Novellarum secutus primum Novellas, quae in Basilicis collocatae sint, quae non sint, quia vel aliis Novellis abrogentur vel latius explicentur, indicavit; deinde Novellas in Basi-

---

Nov. 116. — Basil. LVII. 8. Nov. 120. — Basil. V. 2. cap. 1—7. 9—13. Nov. 122. — Basil. LV. 14. Nov. 124. — Basil. VII. 4. 5. Nov. 125. — Basil. VII. 1. 18. Nov. 126. — Basil. IX. 2. 9. Nov. 130. — Basil. LVII. 5. Nov. 132. — Basil. I. 1. 50. Nov. 133. — Basil. IV. 1. cap. 17—24. Nov. 135. — Basil. IX. 5. 18. Nov. 136. — Basil. XXIII. 4. 1. Nov. 142. — Basil. LX. 51. 64. Nov. 144. — Basil. I. 1. 56. Nov. 145. — Basil. VI. 20. 1. Nov. 146. — Basil. I. 1. 57. Nov. 149. — Basil. VI. 3. cap. 42. 43. 44. 45. Nov. 151. — Basil. VII. 3. 27. Nov. 152. — Basil. LVI. 9. 1. Nov. 153. — Basil. XXXIII. 2. 4. Nov. 155. — Basil. XXXVII. 12. 2. Nov. 157. — Basil. LV. 14. 1. Nov. 158. — Basil. XXXV. 18. 1. Nov. 159. — Basil. XXXVI. 1. Nov. 160. — Basil. XXIII. 7. 79. Nov. 161. — Basil. VI. 3. cap. 9. 12. 46. 47. Nov. 164. — Basil. XLV. 3. 9. Nov. 166. — Basil. LVI. 20. 1. Nov. 167. — Basil. LVI. 21. Nov. 168. — Basil. LVI. 20. 2. 13) Huc pertinent Nov. 49. 52. Nov. 53. exceptis §. 1. 2. capitis 6. Nov. 60. Nov. 97. excepto cap. 1. Nov. 112. 113. 115. Nov. 117. excepto cap. 10. Nov. 118. excepto cap. 6. Nov. 119. excepto cap. 9. Nov. 123. excepto cap. 33. Nov. 127. cap. 1. Nov. 131. excepto cap. 15. Nov. 134. 156. 162. 14) Sic in Basilica non translata sunt: Novellae 12. cap. 4. Novellae 13. cap. 1. 2. Novellae 18. cap. 5. Novellae 21. cap. 2. Novellae 22. cap. 1. 2. 3. 4. 15. pr. §. 1. 2. cap. 18. 37. Novellae 42. cap. 1. 2. 3. pr. Novellae 57. cap. 2. Novellae 64. cap. 1. pro parte, Novellae 66. cap. 1. pro parte, Novellae 78. cap. 5. Novellae 82. cap. 1. 14. Novellae 87. cap. 1. Novellae 89. cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 9. 10. 11. 12. pr. §. 1. cap. 14. Novellae 96. cap. 1. 2. pr. Novellae 97. cap. 1. Novellae 117. cap. 10. Novellae 118. cap. 6. Nov. 119. cap. 9. Nov. 123. cap. 33. Nov. 127. cap. 1. Nov. 128. cap. 1. 2. 4. 5. 6. 9. 10. 11. 13. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 23. Nov. 131. cap. 15. 15) Cf. Basil. Heimb. T. II. Praef. p. VIII. Locum iam prius recudendum curaverat Biener, Gesch. der Novellen p. 135. ex Alemanni notis ad Procopii histor. arcan. cap. 14., qui in calce *τῆς ἑξηκονταβίβλου τῶν βασιλικῶν* de numero et editione Iustiniani Novellarum scholium Iureconsulti se legisse narrat idque scholium ad verbum refert. Iam Bienerus coniecerat (p. 135. not. 38.), Codicem *τῆς ἑξηκονταβίβλου*, quo de Alemannus loquitur, esse eum, quo Tipucitus continentur. Equidem locum ex apographo beati fratris dedi. 16) Heimbach. Anecd. T. II. p. 237—246. Vide eius Prolegom. p. LXVII—LXIX. 17) Heimbach. Anecd. T. II. p. LXVII. 18) Recte tamen Heimbach l. l. p. 238. not. 45. locum Basilicorum, quo Novella 9. extet, in indice Reginae notatum, scilicet Basil. lib. VI. tit. 3. cap. 23, ad Novellam 8. arbitratur esse referendum. Nam Basil. lib. VI. tit. 3. capita 16. 17. 18. 19. 20. 21. ex Nov. 8. cap. 9. 10. 11. 12. 13. 14. hausta sunt, et Novellam 9. in Basilicis esse praetermissam, omnibus reliquis testimoniis confirmatur. 19) Quod observavit Heimbach l. l. p. LXVIII. Praeter locos ab eo in nota 16. l. l. laudatos vide Basil. Heimb. XXI. 1. T. II. p. XV. Basil. LV. 14. T. V. p. 149. not. c. Basil. LVI. 20. T. V. p. 180. not. r. Basil. LVII. 4. T. V. p. 187. not. u. Basil. LVII. 9. T. V. p. 191. not. k. Basil. LVIII. 11. T. V. p. 210. not. g. Basil. LIX. 4. T. V. p. 225. not. u. Basil. LX. 38. T. V. p. XV. not. n. 20) Heimbach. Anecd. T. II. p. 234—237. Vide eius Prolegom. p. LXIII—LXVI.

licis praetermissas continua serie enumeravit, quibus iunxit constitutiones aliorum Imperatorum in dictam Novellarum collectionem translatas; postremo Novellas in Basilicis quidem collocatas, sed desuetudine abrogatas recensuit. In Novellis, quae in Basilicis collocatae non sunt, enumerandis causas simul reddidit Novellarum in Basilicis praetermissarum in eo positas, quod Novella quaedam posteriore quadam Novella vel Iustiniani ipsius vel posterioris Imperatoris, puta Leonis Sapientis, fuit abrogata. Novellae triginta cum una in Basilicis prorsus praetermissae hae recensentur: Nov. 6. 7. (haec excepta una distinctione) 38. 40. 46. 50. 56. 58. 62. 67. 68. 74. 75. 76. 77. 79. 83. 84. 98. 101. 104. 105. 106. 127. 129. 137. 139. 140. 141. 154. 161. Pro parte in Basilica translata dicuntur Novellae 2. cap. 4. (in nostris 5.) Novellae 5. cap. 2. Novella 82. a quarta inde distinctione; Novellae 89. cap. 8 sqq. In Basilicis quidem collocatae, sed desuetudine abrogatae dicuntur Nov. 3. 8. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 27. 28. 29. 30. 31. 36. 37. 59. 80. 85. 102. 103. 116. 130. 152.

IV. Michael Psellus in Synopsi legum v. 436—449. de Novellis, quae in Basilicis positae non sint, de iisque, quae in Basilicis positae quidem sint, tempore autem cessaverint, denique de iis, quae in Basilicis collocatae in desuetudinem abierint propter rerum vicissitudines, haec tradit:

Μὴ πάσας δ' οἶον, δέσποτα, τὰς νεαρὰς εὐχρήστους·
Αἱ μὲν γὰρ οὐκ ἐτέθησαν τοῖς Λέοντος βιβλίοις,
Ὧν ἡ μὲν γνῶσις ἀσφαλής, βασιλικὴ δ' ἡ κλῆσις·
Αἱ δ' εἰ καὶ κατεστρώθησαν, ἐσχόλασαν τῷ χρόνῳ,
Αἱ δ' ἤργησαν, ἀλλοίωσιν τοῦ βίου δεξαμένου·
Οἷον τὰ περὶ βουλευτῶν, τὰ περὶ πραιτώρων,
Τὰ περὶ μοδεράτωρος, τὰ περὶ κουαιστώρων,
Τὰ περὶ τῶν ἐπαρχῶν τῶν ἀπηριθμημένων,
Ὅσα κατὰ συναίνεσιν τὸν γάμον διαιροῦσι,
Τὰ περὶ συγχωρήσεων λοιπάδων δημοσίων,
Τὰ περὶ τῶν ἐκκλήτων τῶν ἐν τῇ Σικελίᾳ,
Τὰ περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι οἴκοι τὰς λειτουργίας.
Τὰ περὶ τοῦ διηνεκῶς ποιεῖν τὰς ἐμφυτεύσεις,
Τὰ περὶ τῶν ἐν Ἀφρικῇ θείων ἀφιδρυμάτων.

Discerni prima specie nequit, utrum quae numerantur in his versibus Novellae de decurionibus et ceterae, ad eas pertineant ex mente Pselli, quae, licet in Basilicis collocatae, propter rerum vicissitudines (*ἀλλοίωσιν τοῦ βίου δεξαμένου*) in usu esse desierint, an ad eas quoque, quae in Basilicis omnino collocatae non fuerint. Ac mihi quidem quae in specie enumerantur Novellae, ad ultimam speciem Novellarum, quas inutiles esse Psellus tradit, pertinere videntur, eas scilicet, quae in Basilicis collocatae tempore cessaverint aut propter rerum vicissitudines in usu esse desierint. Alioquin Psellus distinguere et Novellas in Basilicis non positas specialiter enumerare debebat. Inter numerum Novellarum inutilium factarum Psellus refert Novellas de decurionibus (Nov. 38. 45. 101.), de Praetoribus (Nov. 13.), de Moderatore (Nov. 102.), de Quaestoribus (Nov. 80.), de provinciis enumeratis (Nov. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31.), de solvendis consensu nuptiis (Nov. 140.), de remissione reliquorum publicorum (Nov. 147. 148. 163.), de appellationibus Siciliae (Nov. 75. 104.), de missis domi non celebrandis (Nov. 58.), de emphyteusi (Nov. 120.), de divinis domibus Africae (Nov. 37.). Quae omnes efficiunt numerum Novellarum 23. inutilium factaram, nempe Nov. 13. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 37. 38. 45. 58. 75. 80. 101. 102. 104. 120. 140. 147. 148. 163.

V. Codex Novellarum Laurent. LXXX. 4. seculi XIV., qui vulgo Codicis Florentini nomine fertur, et exemplum eius iussu Ludovici Bolognini annis 1501. 1502. descriptum, quod Bononiae asservatur et Codicis Novellarum Bononiensis nomine venit[21]), ex quo ultimo Codice, quem descripsit, Haloander textum graecum Novellarum anno 1531. edidit, exceptis Novellis 166. 167. 168., quas ex causis in praefatione dictis praetermisit, eas duntaxat Novellas continent, quae secundum locum sub num. I. ex Codice Vaticano 853 adductum in Basilicis fuerunt collocatae; reliquae, quae secundum illum locum in Basilicis praetermissae fuerunt, ab his Codicibus absunt. Textus Novellarum ab Haloandro editus cum locis Novellarum in Basilica translatis omnino convenit. Itaque nonnulli viri docti existimarunt, Codice Florentino eiusque exemplo, Codice Bononiensi eas nonnisi Novellas contineri, quae in Basilicis fuerint collocatae, adeoque processerunt, ut Codicem Florentinum ex textu Novellarum in Basilicis recepto compositum arbitrarentur[22]). Nostra memoria extiterunt, qui hanc sententiam impugnarent[23]). Neque ego ei assentior ex causis, quas Mortreuil retulit. Vix enim probabile est, pluribus seculis post Basilica promulgata praeterlapsis, ea aetate, qua in imperio orientali usus librorum iuris Iustinianei Basilicorum auctoritati cesserat et desierat, extitisse quemquam, qui collectionem constitutionum neque argumento, neque alia ratione cohaerentium, componeret, cuius utilitas cernitur nulla. Nam ideo collectionem harum Novellarum peculiarem fuisse institutam, quod Novellae inter iuris Iustinianei partes tempore novissimae essent ideoque reliquis iuris Iustinianei fontibus praevalerent, credi non potest, cum Novellae non ea forma ac conditione, qua a Iustiniano fuerant promulgatae, sed ea, quam in Basilica translatae habebant, valerent, ut breviter dicam, non tanquam Novellae, sed tanquam pars Basilicorum legis vim et auctoritatem obtinerent. Neque intelligitur, quid eiusmodi collectione efficere voluerit, qui eam suscepit. Novellae enim in Basilicis diversis locis sunt dispersae; saepe unius Novellae singula capita sub pluribus Basilicorum titulis reperiuntur reposita, aliis Novellis iuncta. Cum in adhibendis legum praeceptis etiam nexus, qui inter legum sanctiones intercedit, maximi sit momenti, negari nequit, etiam locum, ubi in Basilicis collocatae fuerint Novellae, et rationem, qua coniunctae fuerint tam inter se, quam cum aliis legibus in Basilicis collocatis, haud parum valuisse ad usum earum in foro recte definiendum. Hoc autem momento et interpretationis subsidio prorsus caruisset is, qui eiusmodi collectionem Novellarum in Basilica translatarum suscipere voluisset. Aliam de origine Codicis Novellarum Floren-

21) Codicem Florentinum descripsit Biener, Gesch. der Novellen p. 557—562.; Codicem Bononiensem Heimbach. iun. in: Zeitschr. f. gesch. RW. T. VIII. p. 317. et accuratius Zachariae de L. in annalibus Heidelbergensibus. 22) Hanc sententiam primus proposuit Ant. Augustinus in notis ad Epitomen Iuliani ad Nov. 2. 46. 54. 56. etc. (notam eius ad Nov. 2. recudendam curavit Biener l. l. p. 565.). Secuti eum sunt Hombergk zu Vach Praef. versionis Novellarum §. ult. Zepernick, Delectus scriptor. Novell. Iustiniani illustrant. Praef. p. LVI—LXII. Novissime hanc sententiam defendit Biener l. l. p. 136. 151. 23) Sic Mortreuil l. l. T. II. p. 116—119.

tini sententiam proposuit Mortreuil [24]). Existimat enim, cum Basilicorum compilatores, quod ad reliquas iuris Iustinianei partes attinet, textum Basilicorum componere potuerint e graecis Iureconsultorum commentariis et breviariis, quibus subsidiis, quantum ad Novellas, caruerint, necesse fuisse, ut compilatores opus quoddam praeparatorium facerent, quo Novellae idoneae redderentur ad textum Basilicorum ex iis componendum. Causas necessitatis eiusmodi operis praeparatorii quaerit tam in prioribus Novellis per posteriores abrogatis, quam in argumento plurium Novellarum certis locis destinatarum, quae postea, quam hi loci in hostium potestatem pervenerunt, in usu esse desierunt; quibus addi potest, quasdam Novellas nonnisi ad certum tempus valuisse. Itaque ex illius coniectura Basilicorum compilatores conspectum Novellarum confecerunt, in quo Novellas et partes Novellarum in Basilicis collocandas designarunt et Novellarum textum talem, qualis postea in Basilica translatus est, exhibuerunt. Eiusmodi conspectum in Codice Novellarum Florentino etiamnunc superstitem esse Mortreuil arbitratur. Quam coniecturam licet prima specie valde probabilem censeo tamen reiiciendam. Concedi enim nequit, necesse habuisse Basilicorum compilatores, ut Novellas ante, quam eas in Basilica transferrent, praepararent, quae praetermittenda essent, designarent, textum talem, qualis in Basilica esset transferendus, prius componerent et exhiberent. Eiusmodi enim labore supersedere poterant compilatores, cum in promtu esset repurgatio veterum legum Basiliana. In quam haud dubie Novellae translatae fuerunt, etsi non omnes, quae in Basilica Leonis transierunt, at certe multae ad eas materias, quae utrique legum corpori communes fuerunt, pertinentes. Novellae in repurgationem Basilianam translatae nulla opus habebant mutatione, qua Basilicis Leonis adaptarentur, cum inter promulgationem utriusque legum corporis tam exiguum intercedat temporis spatium, ut, quid mutandum fuerit, vix intelligatur. Quamobrem Basilicorum compilatores nonnisi eas Novellas, quae in repurgationem Basilianam non fuerunt translatae, receptioni in Basilicis Leonis adaptare opus habuissent. Verum etiam hoc labore eos supersedere potuisse arbitror. Nam Basilius primum de sexaginta repurgationis libris edendis cogitavit; postea quadraginta duntaxat libros edidit. Itaque de opere latioris ambitus ab initio cogitavit. Credibile est, operis sexaginta libris componendi conspectum extitisse eumque Basilicorum Leonis compilatoribus ante oculos fuisse. In quo conspectu facile designatae erant hae quoque Novellae, quae in quadraginta repurgationis Basilianae libris non fuerunt collocatae, postea autem in Basilica Leonis translatae sunt. Quam coniecturam licet reieceris, necesse tamen est concedas, ratione nonnisi Novellarum in repurgatione Basiliana non collocatarum necesse fuisse Basilicorum Leonis compilatoribus, ut inter se convenirent, quaenam ex his Novellis et quae partes earum in Basilica Leonis essent transferendae. Quae cum ita sint, publica auctoritas, quam Mortreuil collectioni Novellarum Codice Florentino comprehensae quodammodo tribuit, agnosci nullo modo potest. Quam auctoritatem ut huic collectioni denegem, id praeterea me movet, quod credendum vix est, Basilicorum Leonis compilatores textum Novellarum talem, qualem in Basilica transtulerunt, iam antea constituisse et efformasse, et sic constitutum et efformatum peculiari libro inseruisse. Imo maiorem prae se fert veritatis speciem, eos, quatenus repurgatione Basilii non essent sublevati, ad marginem Codicis cuiusdam, quo corpus CLXVIII Novellarum continebatur, adnotasse, quaenam Novellae et quaenam partes singularum Novellarum in Basilica essent transferendae et quid in singulis Novellis vel praetermittendum vel addendum esset. Equidem, ut aperte dicam, quod sentio, Codice Novellarum Florentino contineri arbitror collectionem privatam Novellarum, quas, qui eam composuit, in his Basilicorum Codicibus, qui ei ad manus fuerunt, invenerat. Inter Basilica authentica et Basilica ea forma et conditione, quae iis postea in Codicibus manuscriptis fuit, multum interest. Nam variis argumentis probatur, Basilica Leonis paulo postquam promulgata fuerunt, in Codicibus manuscriptis a librariis valde fuisse interpolata et mutata, modo praetermissis, modo additis locis, modo epitomis et summariis in locum genuinarum constitutionum surrogatis. Etiam Codices Basilicorum superstites valde diversae sunt indolis; nonnulli textum Basilicorum in brevius redactum et interpolatum praebent. Iam mature inde a seculo decimo librarii in locum textus graecarum Novellarum summaria ex Theodori Breviario sumta in Basilicorum textum transtulerunt; iam mature Novellas in Basilicis collocatas, quarum usus desierat, praetermiserunt. Quamobrem Novellarum collectioni Codice Florentino comprehensae eam denego auctoritatem, quam ad nostram usque aetatem nonnulli viri censuerunt ei tribuendam. Quamvis enim ratione numeri Novellarum in Basilicis positarum cum indice Novellarum in Basilicis praetermissarum et collocatarum sub num. I. relato haec conveniat collectio, et quae in hoc indice in Basilicis praetermissae dicuntur Novellae, neque in hac collectione extent, tamen ex hoc consensu derivari non posse arbitror, huic indici et huic collectioni maiorem esse fidem habendam, quam reliquis indicibus Novellarum in Basilicis omissarum supra relatis, praesertim cum inter eos index sub num. III. relatus aetate Basilicis proximus sit, cuius auctor Basilicorum genuinorum et authenticorum prae ceteris optimam cognitionem habere potuit. Itaque neque ex eo, quod Novella quaedam in collectione Codice Florentino comprehensa extat, sequitur, eam revera in Basilicis ab initio fuisse collocatam, cum facile fieri potuerit, ut collectionis auctor verbi causa in suis Basilicorum Codicibus epitomen Novellae cuiusdam in Basilicis non positae ab eo, qui Codicem antea possederat, additam deprehenderet ideoque hanc Novellam in Basilicis collocatam esse ratus eam suae collectioni ex corpore CLXVIII Novellarum insereret. Consilium, quod auctor istius collectionis Codice Florentino comprehensae sibi proposuit, hoc fortasse fuit, ut ne ipse neve qui hac collectione uterentur, necesse haberent, Novellas in magno Basilicorum corpore quaerere. Quibus omnibus argumentis evincitur, hanc collectionem, licet cum indice sub num. I. relato conveniat, tanta fide non esse dignam, ut nonnisi eius auctoritate diiudicandum sit, quaenam Novellae in Basilicis fuerint collocatae, quaenam praetermissae.

Dissensus indicum supra relatorum in numero Novellarum in Basilicis plane non collocatarum partim exinde explicandus videtur, quod modo Novella, cuius exigua duntaxat pars medios inter locos ex alia Novella sumtos

---

24) Mortreuil l. l. p. 117 sq.

in Basilicis posita est, inter Novellas in Basilicis praetermissas recensetur, modo Novellis in Basilica translatis connumeratur, partim aliis ex causis ad singulas Novellas enumerandis, partim explicari nequit. Nunc singula persequamur ita, ut brevitatis causa indices supra relatos numeris I. II. III. distinguamus, Pselli sub num. IV. repositi mentionem sub appellatione indicis IV. faciamus, Codicis Novellarum Florentini sub num. V. relati specialiter non faciamus mentionem, cum indice I. quippe omnino convenientis.

a) Novella 2. graeco sermone promulgata in indice I. dicitur in Basilicis praetermissa; in indice III. quartum eius caput, quod in nostris exemplaribus quintum est, dicitur Novellae 91. capiti 2. fuisse iunctum; index II. locum ei assignat in Basil. XXVIII. 13. 2. Extat ibidem a verbis *κἀκεῖνό γε μὴν* usque ad verba *καταχθέντα διακρίνοντι*; quae ibi sequuntur, e Nov. 91. cap. 2. desumta sunt.

b) Novella 5. graeca in indice I. refertur inter eas, quae in Basilicis praetermissae sunt; in indice III. caput 2. eiusdem, quod in nostris exemplaribus primum est, in Basilicis dicitur positum, eique index II. locum assignat in Basil. IV. 1. cap. 1. dist. 1. Hunc locum habet in Codice Coislin. 151 et Paris. 1352, ubi ante Novellae 123. cap. 34. repositum est cap. 1. Novellae 5. Neque index IV. refert eam inter praetermissas in Basilicis Novellas.

c) Novella 38. graeca in indice III. dicitur in Basilicis praetermissa, in indice I. et IV. non item. In indice II. locus Basilicorum, ubi reposita fuerit, non designatur. Cum de decurionibus haec Novella agat, quae autem de decurionibus statuta sunt, in Basilicis non sint recepta, ut index III. testatur, maiorem fidem huic indici habendam censeo, quippe seculo decimo confecto[25]), praesertim cum et alia testimonia non desint iam supra adducta, omnia ad decuriones et curias pertinentia in Basilicis esse omissa. Verum quidem est, non omnia vestigia decurionum in Basilicis accurate esse deleta. Sed non est probabile, Novellam hanc capitibus sex constantem ab initio in Basilicis fuisse positam et postea a librariis praetermissam. Si collocata fuit in Basilicis, locus ei assignandus est in libro LIV.[26])

d) Novella 54. graeca in indice I. et II. dicitur in Basilicis praetermissa, nec vero in indice III. et IV. Maiorem fidem index III. meretur. Si Basilicis, ut opinor auctoritate huius indicis motus, inserta fuit, locum habuit in lib. LIV. tit. 1. Praetermissa ergo postea est librariorum negligentia.

e) Novella 55. graeca in indice I. et II. refertur inter Novellas in Basilicis non positas, in indice III. non item. Epitomen eius ab incerto auctore confectam media inter summaria Novellae 120. capitis 1. e Theodori Breviario desumta repositam e Codice Paris. 1352 edidit Fabrotus Basil. V. 2. 3., quae in Codice Coisl. 151 desideratur. Equidem Codicem Coislinianum 151 longe meliorem et integriorem censeo, quam Codicem Parisiensem 1352, ex causis infra, cum de Codicibus Basilicorum sermo faciendus erit, exponendis. Itaque hanc Novellam non arbitror in Basilicis fuisse positam. Quod in indice III. haec Novella non recensetur inter Novellas in Basilicis praetermissas, hoc modo explico, ut paulo post Basilica promulgata Codicum possessores ad Basil. V. 1. 2., quo caput 1. Novellae 120. continetur, ad §. 1. verba: *εἰ δὲ συμβαίη οἱονδήποτε πρᾶγμα ἔκ τινος τῶν εἰρημένων εὐαγῶν τόπων ἐμφυτευτικῷ δικαίῳ διδόμενον ἢ εἰς βασιλικὸν οἶκον κ. τ. λ.* epitomen Novellae 55. in margine adscripsisse credam atque ita factum esse, ut pro parte textus Basilicorum eam habuerint. Sic etiam explicatur, quomodo in Codice Parisiensi 1352 summarium Novellae 55., quod in Codice Coisliniano 151 deest, in textum irrepserit.

f) Novella 62. latina in indice III. dicitur in Basilicis praetermissa, nec vero in indice I. et IV. Index II. locum, ubi in Basilicis reposita fuerit haec Novella, non designat. Extant summaria eius ex Theodori Breviario desumta in Codice Coislin. 151, ex eoque in Basil. VI. 1. cap. 13—17. et VI. 2. 3. ed. Heimb. Quod in indice III. haec Novella refertur inter Novellas in Basilicis praetermissas, inde videtur factum, quod paulo post Basilica promulgata librarii in Codicibus describendis summaria Novellae 62. omiserint, ratione habita Novellae Leonis 78., qua Senatui potestas Senatusconsulta vim legum habentia condendi ademta est.

g) Novella 67. graeca secundum indicem III. in Basilicis est praetermissa, nec vero secundum indicem I. et IV. Index II. locum Basilicorum, ubi reposita fuerit haec Novella, non designat. Quamvis etiam Balsamon ad Photii Nomocanonem tit. III. cap. 14. et tit. VIII. cap. 2.[27]) dicat, eam in Basilicis non esse positam, nec Codex Coislinianus 151 eam contineat, tamen Basilicis eam insertam fuisse existimo auctoritate indicis I., sed iam mature in Basilicis praetermissam, quod iam seculo decimo factum fuisse docet index III., in quo inter Novellas in Basilicis omissas refertur.

h) Novella 77. graeca in indice III. dicitur in Basilicis praetermissa, nec vero in indice I. et IV. In indice II. nihil ad eam adnotatum reperitur. Quem locum in Basilicis habuerit, ignoratur. Puto, hanc Novellam abrogatam esse recentiore quadam constitutione, nescio qua (nam nec Prochirum, neque Epanagoge, nec Novellae Leonis de poena eorum, qui per Deum iurant et blasphemantur, quidquam statuerunt), ideoque mox in Basilicorum Codicibus describendis omissam.

i) Novella 101. graeca secundum indicem III. est in Basilicis omissa, nec vero secundum indicem I. et IV. Index II. nihil ad eam adnotavit. Cum haec Novella de decurionibus agat, eadem de ea valent, quae supra de Novella 38. notavimus.

k) Novella 104. latina secundum indicem III. in Basilicis fuit omissa, nec vero secundum indicem I. et IV. In indice II. nihil ad eam adnotatum est. Differentia indicum hanc habet causam. Haec Novella eadem est cum Novella 75.; ergo bis eadem Novella in corpore CLXVIII Novellarum posita est. Hanc ob causam index I. Novellam 75. duntaxat retulit inter Novellas in Basilicis praetermissas; index autem III. bis eam Novellam inter Novellas in Basilicis omissas recensuit, primo loco ut Novellam 75., deinde ut Novellam 104.

l) Novella 105. graeca in indice III. dicitur in Basilicis omissa, in indice I. et IV. non item. Index II. nullam ad eam habet adnotationem. In Codicibus Basilicorum superstitibus vestigium huius Novellae extat nullum. Dissensus indicum ita solvi potest, ut dicamus, eam in Basi-

25) Cf. Heimbach. Anecd. T. II. Prolegom. p. LXVI. 26) Non in lib. LV. tit. 14., ut vult Biener l. l. p. 583. 27) Cf. Voelli et Iustelli bibl. iur. can. T. II. p. 902. 937. Rhalli et Potli Coll. canon. T. I. p. 117. 152.

licis fuisse positam, puta Basil. lib. VI. tit. 2.[28]), sed non multo post Basilica promulgata a librariis omissam propter Novellam Leonis 94., qua consulatus abrogatus est. Codices Basilicorum iam seculo decimo extitisse, in quibus haec Novella omissa fuit, aetate indicis III. probatur.

m) Novella 110. graeca in indice II. dicitur in Basilicis omissa verbis *οὐ κεῖται*; in indicibus I. III. IV. non refertur inter Novellas praetermissas. Cum Novella 106. graeca, quae per Novellam 110. abrogatur, in Basilicis posita fuerit, etiam Novella 110. necessario in Basilica erat transferenda. Cum autem haec Novella nihil novi constituerit, sed priorem Novellam nonnisi abrogaverit, librarii eam postea praetermiserunt. Locum in Basilicis, ut opinor, habuit lib. LIII. tit. 6., cum de nauticis usuris agat.

n) Novella 139. graeca secundum indicem II. et III. in Basilicis non est posita; index I. eam non refert inter Novellas praetermissas. Sic in Basilicis fuit collocata, locum habuit in Basil. lib. XXVIII. tit. 5. vel 6.[29]), et cum constitutio esset nonnisi temporaria, mature a librariis praetermissa est. In Codicibus Basilicorum superstitibus non extat.

o) Novella 141. graeca in indice III. dicitur in Basilicis omissa; secundum indicem I. et IV. in iis erat posita; index II. nihil ad eam adnotavit. Si in Basilicis haec Novella posita fuit, postea a librariis ratione habita Prochiri tit. 39. cap. 73., quo poena gladii irrogatur, cum Novella nullam denunciet poenam, praetermissa est. Locum habuit in Basil. lib. LX.; quo autem eius libri titulo, definire non audeo.

p) Novella 149. graeca in indice I. refertur inter Novellas in Basilicis omissas, nec vero in indice III. Index II. in Basil. lib. XXXVI. tit. 3. totam Novellam dicit fuisse positam; sed pro *βιβ. λϛ'.* legendum est *βιβ. ϛ'.*, ita ut lib. VI. intelligendus sit. Revera haec Novella habetur in Codice Coisliniano 151 ex eoque edita est in Basil. Heimb. lib. VI. tit. 3. cap. 42—46.; Codex Parisiensis 1352 vestigium Novellae habet nullum. Novella haec in Basilicis collocata posteriori tempore in Codicibus praetermissa est, cuius exemplum habemus Codicem dictum Parisiensem.

q) Novella 154. graeca secundum indicem III. in Basilicis non fuit collocata; index I. eam non refert inter Novellas praetermissas; index II. nihil ad eam adnotavit. Licet index III. antiquissimus sit, et Mesopotamia et Osroene, ad quas provincias Novella pertinet, Leonis Sapientis tempore in hostium fuerint potestate, tamen eam inter Novellas ab initio in Basilicis praetermissas auctoritate indicis I. et IV. referre non audeo. Si in Basilicis collocata fuit, locum ei assignaverim in Basil. lib. XXVIII. tit. 5. vel 6.

r) Novella 161. graeca, tertia Tiberii II. Imperatoris Novella, secundum indicem III. deest in Basilicis, nec vero secundum indicem I. et IV.; in indice II. dicitur in Basil. lib. VI. tit. 3. dist. 2. esse posita. E Codice Coisliniano 151 cap. I. huius Novellae editum est in Basil. Heimb. lib. VI. tit. 3. cap. 9. 12. 46.; cap. 2. eiusdem lib. VI. tit. 3. cap. 47. E Codice Parisiensi 1352 particulae capitis 1. in Basil. Fabr. lib. VI. tit. 3. cap. 13. 30. editae sunt. Itaque haec Novella in Basilica fuit translata, sed iam mature, id est, seculo decimo, ut aetate indicis III. probatur, a librariis praetermissa.

Ex his, quae modo singula sumus persecuti, apparet, quantum ad numerum Novellarum in Basilicis praetermissarum, indicibus supra relatis fidem magnam haberi non posse, cum indicum horum auctores diversa aetate diversis Codicibus modo integrioribus, modo multorum locorum praetermissione in brevius redactis et hoc modo interpolatis usi fuerint. Praeterea horum indicum auctoritas eo minuitur, quod inter Novellas in Basilicis praetermissas etiam eae, quarum exigua nonnisi pars in Basilica translata fuit, referuntur. Hoc ratione Novellae 2. et 5. in indice I. factum esse iam supra sub lit. a. et b. vidimus. Alia exempla haec sunt: Novella 6. in indice I. et III. numeratur inter Novellas in Basilicis non collocatas. Extat tamen cap. 6. huius Novellae in Codice Coisliniano 151, ex eoque in Basil. Heimb. lib. III. tit. 1. cap. 34.; exigua particula capitis 6. exhibetur in Codice Parisiensi 1352, ex eoque in Basil. Fabr. lib. III. tit. 1. cap. 32. Index II. dicit, eam in Basilicis esse positam, nec vero numeros libri et distinctionis designat. — Novella 7. in indice I. dicitur in Basilicis praetermissa; index III. tradit, eam, excepta una distinctione, in Basilicis non esse positam; index II. locum ei assignat in Basil. lib. XX. tit. 2. cap. 1. dist. 4. Cap. 3. §. 2. huius Novellae e Codice Parisiensi 1348 edita est in utraque Basilicorum editione lib. XX. tit. 2. cap. 3. — Novella 75. latina, quae una eademque est cum Novella 104., secundum indicem I. et III. in Basilicis est praetermissa; index II. nihil ad eam adnotavit. Tamen in Codice Coisliniano 151 et Parisiensi 1352 epitome Novellae 75. e Theodori Breviario desumta legitur (Basil. Heimb. IX. 2. 5. Fabr. IX. 2. 3.). Fuit ergo posita in Basilicis haec Novella; sed iam a seculo inde decimo a librariis in Codicibus praetermissa est, ut auctoritate indicis III. probatur. — Novella 127. secundum indicem I. et III. in Basilicis deest; index II. nihil ad eam adnotavit. Extat tamen caput 2. huius Novellae in utraque Basil. editione lib. XXIX. tit. 4. cap. 1.; caput 3. lib. XXVIII. tit. 12. cap. 1. e Codice Paris. 1348 et Laurentiano LXXX. 11. In hoc Codice cap. 2. huius Novellae capiti 1. Novellae 119. iunctum est (cf. Basil. Heimb. T. III. p. 467. not. o.). Caput 1. Novellae 127. translatum quidem non est in Basilica; sed argumentum eius interpolatione in textu Novellae 118. cap. 2. 3. (Basil. XLV. 3. 8.) a Basilicorum compilatoribus facta Basilicis continetur[30]). — Novella 137. in indice I. et III. numeratur inter Novellas in Basilicis praetermissas; in indice II. nihil ad eam adnotatum reperitur. Fuit tamen cap. 2. teste Balsamone ad Phot. tit. I. cap. 23.[31]) repositum in Basil. lib. III. tit. 1. cap. 7.; caput 6. eodem auctore ad Phot. tit. III. cap. 1.[32]) in Basil. lib. III. tit. 1. cap. 21. Capita 4. 5. 6. huius Novellae extant in Codice Coisliniano 151, ex eoque in Basil. Heimb. lib. III. tit. 1. cap. 17. 18. 19. Capita 5. 6. habet etiam Codex Parisiensis 1352, ex eoque Basil. Fabr. lib. III. tit. 1. cap. 17. 18. In Codice Coisliniano 151 capita 4. 5. 6. Novellae 137. reperiuntur capitibus Novellae 123. intermixta, posita inter cap. 9. et 10. posterioris Novellae. Itaque cum Balsamonis auctoritas, licet is aetate cedat auctori indicis III. seculo decimi confecti, dubitare nos non patiatur, quin

28) Ut recte coniecit Biener l. l. p. 584. 29) Ut iam coniecit Biener l. l. p. 584. 30) De qua interpolatione vide Basil. Heimb. T. IV. p. 524. not. c. h. q. 31) Cf. Voelli et Iustelli bibl. iur. canon. T. II. p. 840. Rhalli et Potli Coll. canon. T. I. p. 59. 32) Cf. Voell. l. l. p. 898. Rhalli l. l. T. I. p. 114.

pars Novellae 137. in Basilica fuerit translata, quod dicitur in indice III. de hac Novella in Basilicis praetermissa, ex conditione Codicum, quibus auctor huius indicis usus est, videtur explicandum.

Novellam 140. graecam, quae est secunda Novella Iustini II. Imperatoris, omnes indices tradunt in Basilicis non fuisse positam; index II. tradit id verbis *οὐ κεῖται*; index III. addit, eam, cum Iustini II. constitutio sit, neque in *τὸ πλάτος τῶν νεαρῶν* fuisse translatam. Itaque si Leunclavius [33]) testatur, se in Basilicis ex hac Novella legisse verba *τῶν ταύτῃ δηλονότι στελλομένων διαζυγίων*, errare videtur. Nam haec Novella Basilicorum lib. XXVIII. tit. 7., ubi de solutione matrimonii agitur, fuisset inserenda. In Codicibus autem superstitibus vestigium eius extat nullum. Ac revera Basilicis non fuit inserta. Nam Novellam 140., qua Iustinus matrimonium consensu coniugum solvi permiserat, Basilius Macedo eatenus mutavit, ut id non aliter fieri concederet, nisi confestim uterque coniux ad solitariam vitam accesserit [34]). Itaque haud scio, an Leunclavius de Codice quodam Synopseos Basilicorum cogitaverit, cuius in margine Novella 140. erat adscripta.

Ut paucis complectamur ea, quae diximus, non satis liquet, quaenam Novellae ab initio in Basilicis non fuerint collocatae. Probabile est, in Basilica non fuisse translatas Novellas 40. 46. 50. 56. 58. 68. 74. 75. 76. 79. 83. 84. 98. 106. 129. 140., quippe in quibus in Basilicis praetermissis indices supra relati consentiant. Pars nonnisi admodum exigua harum Novellarum in Basilicis posita est: Nov. 2. 5. 6. 7. 89. 127. 137. De aliis Novellis propter dissensum indicum certo definiri non potest, utrum ab initio in Basilicis positae non fuerint, an positae quidem, postea autem a librariis praetermissae. De quibus cum iam latius supra disseruerimus et quae nosmet ipsi sentiamus, dixerimus, haec repetere non lubet. Novellae, ad quas haec dubitatio pertinet, hae sunt: Nov. 9. 11. 38. 54. 55. 62. 67. 77. 101. 104. 105. 110. 139. 141. 154.

Causae, ex quibus dictae Novellae aut plane non in Basilica translatae sunt, aut exigua pars duntaxat earum in his collocata est reliqua parte Novellae omissa, aut Novella quaedam in Basilicis posita posteriori aetate a librariis praetermissa est, idoneae reddi possunt et nonnunquam ab ipsis Graecis traduntur, veluti in indice III. [35]). Quas causas nunc latius persequamur. Novellae 2. cap. 5. duntaxat in Basilicis positum est, cum quae capitibus 1—4. sancita sunt, Novella 22. partim abrogata, partim latius sancita sint, ut ex indice III. apparet [36]). — Novellae 5. capita 2—9. in Basilicis praetermissa sunt ideo, quod de monasteriis et monachis agunt et quae de his statuta sunt, Novellae 123. cap. 33 sqq. partim abrogantur, partim repetuntur, quam causam index III. reddidit [37]). — Novellae 6. capita 1—7., quae de ordinatione episcoporum et clericorum agit, abrogata sunt Novella 123. cap. 1 sqq. — Novella 7. de alienatione, permutatione et oppignoratione rerum ecclesiasticarum abrogata est Novella 120. — Novella 9., ut ecclesia Romana centum annorum gaudeat praescriptione, sublata est per Novellas 111. et 131. cap. 6. — Novellam 11. de privilegiis archiepiscopi Iustinianeae primae mutavit Novella 131. cap. 3. — Novella 38. de decurionibus, uti omnes leges de decurionibus latae, ob Novellam Leonis 46., quae curias et decuriones sustulit, in Basilicis collocatae non sunt, ut testatur index III. [38]), aut in Basilica non est translata, aut translata quidem, sed posteriori aetate praetermissa. — Novella 40., quae ad ecclesiam sanctae resurrectionis Hierosolymitanam pertinet, in Basilicis omissa est, Hierosolymis iam dudum ab hostibus occupatis. — Novellam 46. de alienatione et solutione rerum immobilium ad ecclesias pertinentium mutavit Novella 120. — Novella 50. in Basilicis posita non est, cum una eademque sit cum Novella 41. in Basilica translata, quam causam iam a Bienero redditam confirmat index III. [39]). — Novellae 54. pr. cap. 1. mutavit Novella 162. cap. 2. 3. — Novellam 55. de permutatione rerum ecclesiasticarum et emphyteusi sustulit Novella 120. — Novellam 56. repetiit Novella 123. cap. 6., et quantum ad magnam ecclesiam Constantinopolitanam, sustulit. — Novella 58. mutata est per Novellam 131. cap. 8. — Novellam 62. de Senatoribus abrogavit Novella Leonis 78. — Novellam 67. mutaverunt Novella 120. Novella 123. cap. 9. et Novella 131. cap. 7. — Novella 68. constitutio est ad tempus certum valida. — Novella 74. in Basilicis omissa est, cum pars eius Novella 78., pars Novella 89., pars Novella 117. sublata sit, quam praetermissionis causam index III. reddit [40]). — Novella 75. una eademque est cum Novella 104., ideoque altera Novella in Basilica translata alteram in ea transferri necesse non erat. Ceterum index III. utramque inter Novellas in Basilicis non collocatas refert [41]). — Novella 77. est constitutio ad tempus nonnisi valida. — Novellam 79., qua agitur de iis, apud quos causam dicere oporteat monachos et sanctimoniales, immutarunt Novella 123. cap. 27. et Novella 133. — Novellam 83. de clericis coram episcopo conveniendis tractantem immutavit Novella 123. cap. 21. — Novella 84., quae de successione fratrum consanguineorum et uterinorum agit, abrogata est per Novellam 118. cap. 1. Priorem Novellam causam dedisse Novellae 84. in Basilicis non collocandae, tradit index III. [42]). — Novellae 89. capita 2—6., quibus agitur de naturalibus filiis per oblationem curiae legitimis efficiendis de eorumque successione, in Basilicis collocata non sunt, uti omnes

---

33) Notat. II. 274. (in Thes. Otton. T. III. p. 1560.). 34) Prochir. tit. 11. cap. 4. 35) Has causas iam reddidit et enumeravit Biener l. l. p. 582 sq. 36) „*αὐτίκα ἡ δευτέρα οὐ πᾶσα κατεστρώθη ἐν τοῖς βασιλικοῖς, ἀλλὰ τὸ τέταρτον αὐτῆς κεφάλαιον τὸ προςτεθὲν τῷ τῆς ϙα'. νεαρᾶς τελευταίῳ κεφαλαίῳ· τὰ δὲ ἄλλα ταύτης νεαρᾶς παρεσιωπήθη διὰ τὸ τὰ μὲν αὐτῆς ὑπὸ τῆς κβ'. νεαρᾶς ἀναιρεῖσθαι, τὰ δὲ πλατύτερον ὑπ' ἐκείνης νομοθετεῖσθαι.*" Cf. Heimbach Anecd. T. II. p. 234. 37) „*καὶ ἡ ε'. δὲ νεαρα, ἥτις περὶ μοναχῶν καὶ μοναστηρίων διαλαμβάνει, παρεσιωπήθη, ὅτι τὰ μὲν αὐτῆς ἀναιρεῖται ὑπὸ τῆς ρκγ'. νεαρᾶς, τὰ δὲ ὁμοίως διατάττεται ὑπ' αὐτῆς· μόνον δὲ τὸ β'. κεφάλαιον ταύτης νεαρᾶς ἐτέθη ἐκεῖσε.*" Cf. Heimbach l. l. p. 234. 38) „*διότι τὰ περὶ βουλευτῶν οὐκ ἐδέχθη τὸ παράπαν παρὰ τῶν τὰ βασιλικὰ ἐκθεμένων*" et paulo post: „*οὐδὲ ἡ λη'. νεαρὰ κατεστρώθη.*" Cf. Heimbach l. l. 235. 39) „*ἡ δὲ πεντηκοστὴ νεαρὰ ἡ περὶ ἐκκλήτου οὐκ ἐτέθη εἰς τὰ βασιλικά, ὡς τὰ αὐτὰ λέγουσα τῇ μα'. νεαρᾷ, ἥτις κατεστρώθη εἰς τὸν β'. τίτλον τοῦ θ'. βιβλίου τῶν βασιλικῶν*" Cf. Heimbach l. l. p. 234. 40) „*οὐδὲ ἡ οδ'. νεαρὰ ἡ περὶ γνησιότητος παίδων καὶ γάμων διαλαμβάνουσα κατεστρώθη ἐν τοῖς βασιλικοῖς, ὡς τῶν μὲν αὐτῆς ὑπὸ τῆς οη'. τῶν δὲ ὑπὸ τῆς πθ'. τῶν δὲ ὑπὸ τῆς ριζ'. ἀναιρουμένων.*" Cf. Heimbach l. l. p. 234. 41) Cf. Heimbach l. l. p. 235. 42) „*οὐδὲ ἡ πγ'. οὐδὲ ἡ πδ'. ἐτέθη ἐν τοῖς βασιλικοῖς· τὰ μὲν γὰρ τῆς πγ'. κάλλιον διατυποῦται ἡ ρκγ'., τὰ δὲ τῆς πδ'. ἡ ριη'. τὰ μὲν ἀναιρεῖ, τὰ δὲ μεταποιεῖ.*" Cf. Heimbach l. l. p. 235.

leges de curiis et decurionibus agentes, ut tradit index III.[43]), ob Novellam Leonis 46., quae curias et decuriones abrogavit. — Novellam 98. de lucris nuptialibus agentem mutarunt Novella 117. et Novella 134. — De Novella 101., quae de decurionibus agit, eadem valent, quae de Novella 38. et de Novella 89. cap. 2—6. diximus. — De Novella 104. videas, quae ad Novellam 75. diximus. — Novella 105., quae de consulibus agit, sublata est per Novellam Leonis 95., quae consulatum abrogavit. — Novellam 106. de nauticis usuris agentem sustulit Novella 110. — Novella 110. nihil novi statuit, sed Novellam 106. duntaxat abrogavit. — Quae Novella 127. continentur, aliis Novellis in Basilicis iuncta sunt, veluti caput 1. Novellae 118. capitibus 2. 3., caput 2. Novellae 119. capiti 1., cap. 3. Novellae 22. capiti 20. §. 1. — Novellam 129. de Samaritanis tractantem abrogavit Novella 144. in Basilicis posita. — Novellae 137. capita 2. 4. 5. 6. iuncta sunt in Basilicis Novellae 123. — Novella 139. est constitutio ad certum tempus valida. — Novella 140. mutata est per Prochir. tit. 11. cap. 4. — Novellam 141. mutavit Prochir. tit. 39. cap. 73. — Novella 154. pertinet ad provinciam posteriori aetate in hostium potestate constitutam. — Novella 161. haud scio, an ideo in indice III. in Basilicis non collocata dicatur, quod fragmenta eius in Basilicis aliis Novellis iuncta sunt, puta Novellae 8. capiti 9., Novellae 128. capiti 23., Novellae 149. capiti 3.

Locus, quem reliquae Novellae in Basilicis obtinuerunt, quod ad libros Basilicorum superstites attinet, certus est; quod ad libros Basilicorum deperditos, ope aliorum subsidiorum definiendus est. Iam antea Bienerus[44]) ad singulas Novellas locum, quem in Basilicis habuerint, definire studuit, nec tamen omnia subsidia, quae huic loco designando inservire possent, in usum potuit vocare, quippe tunc temporis, cum opus celeberrimum de historia Novellarum Iustiniani conscriberet, magnam partem nondum edita. Cuiusmodi subsidia sunt: libri I - IX. Basilicorum e Codice Coisliniano 151. a me integriores editi, index generalis librorum et titulorum Basilicorum, qui eodem Codice continetur, index Reginae, qui vocatur, a nobis index III. designatus, Paratitla Basilicorum Tipuciti vulgo sic dicti. Ope horum subsidiorum, quae ad unamquamque Novellam in Manuali Basilicorum singula adduxi, locus harum Novellarum in Basilicis definiri potest: Novella 3. — Basil. III. 2. cap. 1. 2. 3. Novellae 13. capita 3. 4. 5. 6. — Basil. VI. 5. cap. 4—7. Novellae 15. cap. 1—6. — Basil. VI. 18. cap. 1—6. Novellae 16. pr. cap. 1. — Basil. III. 3. 1. Novella 24. — Basil. VI. 8. Novella 25. — Basil. VI. 9. Novella 26. — Basil. VI. 10. Novella 27. — Basil. VI. 11. Novella 28. — Basil. VI. 12. Novella 29. — Basil. VI. 13. Novella 30. — Basil. VI. 16. Novella 31. — Basil. VI. 14. Novellae 42. cap. 3. §. 1. — Basil. I. 1. 54. Novella 43. — Basil. LIX. 4. 1. Novella 58. — Basil. V. 3. Novella 59. — Basil. LIX. 4. Novella 62. — Basil. VI. 1. cap. 13—17. VI. 2. 3. Novella 72. — Basil. XXXVII. 1. Novella 81. — Basil. XXXI. 5. Novella 85. — Basil. LVII. 9. Novella 94. — Basil. XXXVII. 12. Novella 102. — Basil. VI. 15. cap. 1. 2. 3. Novella 103. — Basil. VI. 17. cap. 1. 2. 3. Novella 107. — Basil. XXXV. 20. 2. Novella 108. — Basil. XXXV. 11. Novella 116. — Basil. LVII. 8. Novella 122. — Basil. LV. 14. Novella 128. — Basil. VI. 3. cap. 14. 41. LVI. 18. Novella 130. — Basil. LVII. 5. Novella 149. — Basil. VI. 3. cap. 42—45. Novella 152. — Basil. LVI. 19. 1. Novella 153. — Basil. XXXIII. 2. Novella 155. — Basil. XXXVII. 12. Novella 156. — Basil. XLVIII. 26. LV. 14. Novella 157. — Basil. LV. 14. Novella 158. — Basil. XXXV. 18. 1. Novella 159. — Basil. XXXVI. 1. Novella 165. — Basil. LVIII. 11. Novella 166. — Basil. LVI. 20. Novella 167. — Basil. LVI. 21. Novella 168. — Basil. LVI. 20.

Incertus est locus his Novellis in Basilicis assignandus, de quo nonnisi coniecturae proponi possunt[45]). Novella 10., quae de referendariis agit, non refertur inter Novellas in Basilicis praetermissas et posita fuisse videtur in Basil. lib. VI.; quo eius titulo, divinando assequi non possum. — Novellae 33. et 34. num in Basilicis positae fuerint, dubito. Nam cum Novella 32. extet Basil. lib. XXIII. tit. 3. cap. 76. et Novella 34. eadem sit constitutio latino sermone data ad Praefectum Praetorio per Illyricum cum latina epistola (quae epistola est Novella 33.) transmissa cum Novella 32. graeco sermone ad Praesidem Thraciae data, probabile non est, Novellas 33. et 34. in Basilica fuisse translatas, quippe quibus opus non fuerit propter Novellam 32. in Basilicis repositam. Nec tamen dicebantur Novellae 33. et 34. in Basilicis praetermissae ob receptam in Basilicis Novellam 32. — Novella 45., quae de decurionibus agit, a Balsamone ad Phot. tit. IX. cap. 2.[46]) dicitur in Basilicis omissa; hoc autem non ab initio factum videtur a compilatoribus, sed postea a librariis, cum Balsamonis testimonium auctoritate indicum supra dictorum minime adiuvetur, praeterquam quod index III. dicit, omnes leges de decurionibus agentes in Basilica non esse translatas. Quod quamvis in universum verum sit, cum Novella Leonis 46. curias et decuriones abrogaverit, tamen cum cautione quadam accipiendum est, cum Basilicorum compilatores non omnia decurionum vestigia accurate deleverint. Locum Novella 45. habuisse videtur in Basil. lib. LIV. tit. 1. — Novella 67. diversis Basilicorum locis videtur fuisse posita. Capita 1. et 2. haud scio an fuerint in Basil. lib. V. tit. 3. iuncta capiti 7. Novellae 131.; caput 3., quod innovatur Novellae 123. capite 9., fortasse fuit in Basil. lib. III. tit. 1.; caput 4. innovatum per Novellam 120. haud scio an collocatum fuerit in Basilicis. — Novella 70., quae de decurionibus agit, posita fuisse videtur in Basil. lib. LIV. tit. 1. et ob Novellam Leonis 46. sequiori aetate a librariis praetermissa. — Novella 77. haud scio an locum habuerit in Basil. lib. LX. tit. 51., quo titulo scilicet de poenis agitur. — Novella 101., quae de decurionibus agit, si in Basilicis collocata fuit, locum habuit in lib. LIV. tit. 1. — Novella 105., quae de consulibus agit, posita fuisse videtur in Basil. lib. VI. tit. 2. — Novellae 110., si in Basilicis fuit collocata, magis locum assignaverim in Basil. lib. LIII. tit. 5., ubi de foenore nautico agitur,

43) „τῆς δὲ πθ΄. τὸ μὲν περὶ τῶν νόθων καὶ τῶν ἐκ τῶν νόθων γεννωμένων ἀγνησίων, ὅπερ ἐστὶν . . . κεφ. κατεστρώθη ἐν βιβλίῳ κη΄. τὸ δὲ α΄. κεφάλαιον τὸ περὶ τοῦ γίνεσθαι τοὺς νόθους γνησίους ἀπὸ τοῦ ἀποδοῦναι αὐτοὺς τῇ βουλῇ οὐ κατεστρώθη ἐν τοῖς βασιλικοῖς, διότι τὰ περὶ βουλευτῶν οὐκ ἐδέχθη τὸ παράπαν παρὰ τῶν τὰ βασιλικὰ ἐκθεμένων." Cf. Heimbach l.l. p. 235.
44) Gesch. der Novellen p. 438—477. 583 sq. 45) Cf. Biener, Gesch. der Novellen p. 583 sq., cuius coniecturas in plerisque sequimur. 46) Voell. l. l. p. 965. Rhalli l. l. T. I. p. 179.

quam cum Bienero in lib. XXIII. tit. 3. — Novella 141. locum obtinuit in Basil. lib. LX., quo tamen titulo, dubito. — Novellae 147. 148. 163., quae de remissione reliquorum publicorum et de relevatione tributorum agunt, si in Basilicis collocatae fuerunt. (Psellus seculo undecimo exeunte Novellas de remissione reliquorum publicorum in Basilicis positas fuisse testatur) locum eis cum Bienero assignaverim in Basil. lib. LVI. tit. 18., motus inscriptione huius tituli in indice generali titulorum Coisliniano et in Paratitlis Tipuciti conspicua: *περὶ τῆς τῶν δημοσίων ἀνέσεως καὶ καταβολῆς καὶ ἑτέρων κεφαλαίων.* Quae inscriptio quamvis sit eadem, quae Novellae 128. sub hoc titulo repositae, tamen cum in fine habeat *καὶ ἑτέρων κεφαλαίων*, facile fieri poterat, ut Basilicorum compilatores etiam dictas Novellas de remissione reliquorum publicorum et de relevatione tributorum ob similitudinem argumenti huic titulo insererent.

Index III. has Novellas enumerat in Basilicis quidem positas, sed desuetudine abrogatas: Nov. 3. 8. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 27. 28. 29. 30. 31. 36. 37. 59. 80. 85. 102. 103. 116. 130. 152.[47]). Similiter index IV. in Basilicis quidem collocatas, sed desuetudine abrogatas tradit Novellas de decurionibus (38. 45. 101.), de Praetoribus (13.), de Moderatore (102.), de Quaestoribus (80.), de provinciis enumeratis (24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31.), de solvendis consensu nuptiis (140.), de remissione reliquorum publicorum (147. 148. 163.), de appellationibus Siciliae (75. 104.), de missis domi non celebrandis (58), de emphyteusi (120.), de divinis domibus Africae (37.). Causae, cur Novellae enumeratae desuetudine abrogatae fuerint, quod ad nonnullas attinet, reddi possunt. Ac Novellae quidem 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 36. 37. 102. 103. in usu esse desierunt, quod provincias spectabant posteriori aetate in potestate hostium constitutas. Unde explicandum est, Novellas 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 102. 103. in Codicibus Basilicorum manuscriptis fuisse praetermissas, veluti in Codice Parisiensi 1352, qui nil nisi inscriptiones titulorum VIII—XVII. libri VI. Basilicorum, quibus hae Novellae continebantur, suppeditat.

In summa hoc sentio, in tanto testimoniorum de numero Novellarum in Basilica translatarum dissensu certi nibil posse proferri. Inter varios, quos hactenus recensuimus, huius rei cognoscendae fontes, illa **brevis divisio Novellarum Iustiniani**, quam indicis III. nomine designavi, tempore Bacilicis proxima est, seculo decimo quippe confecta, ideoque prae ceteris fide digna est[48]). Ea enim aetate Codices manuscripti Basilicorum integriores extiterunt nec negligentia eorum, qui eos descripserunt, ita, uti posterioribus seculis, depravati. Atque haec Codicum corruptela non modo cernitur in multis Basilicorum locis praetermissis, verum etiam in additamentis a possessoribus Codicum textui adiectis, quorum exemplum supra, quantum ad Novellam 55. attinet, e Codice Parisiensi 1352 relatum est. Eiusmodi additamenta inprimis ex Theodori Breviario Novellarum adiecta videntur. Sicuti sequiori aetate in Codicibus Basilicorum in locum textus graecarum Novellarum in Basilicis collocatarum summaria Theodori subrogata sunt, ita etiam fieri potuit, ut Codicum possessores in Codicibus locis congruis summaria Novellarum in Basilica non translatarum ex Theodori Breviario notarent et describerent. Librarii, qui Codices descripserunt, prae ignorantia eiusmodi additamenta pro Basilicorum textu habuerunt et descripserunt. Ita factum est, ut Novellae in Basilica translatae dicerentur, quae in eis non fuerunt positae. Quae textus Basilicorum in Codicibus mutationes non a seculo inde duodecimo[49]), sed iam a seculo inde decimo factae sunt. Nam indice III. inter Novellas in Bacilicis non collocatas enumerantur nonnullae, quae secundum reliqua testimonia in Basilica fuerunt translatae, veluti Nov. 38. 62. 67. 77. 101. 105. 139. 141. 154. Quae Novellae si in Basilicis positae fuerunt, iam mature, id est, seculo decimo, in Codicibus Basilicorum praetermissae sunt; alioquin index III. eas inter Novellas in Bacilicis non collocatas non potuisset referre. Itaque cum iam inde a seculo decimo Basilicorum Codices diversae existerent conditionis, alii integriores, alii tam locorum praetermissionibus, quam additamentis interpolati, auctores etiam indicum, qui Novellas in Basilica non translatas enumerarunt, in harum Novellarum numero propter diversam Codicum, quibus utebantur, indolem ac conditionem dissentirent, erat necesse. Qui enim in suo Codice Novellam quandam praetermissam esse animadvertit, eam in Basilicis deesse notavit. Contra qui in Codice suo summarium Novellae cuiusdam repositum deprehendit, licet hoc in Basilicis non fuerit ab initio positum, sed seriori aetate adiectum, Novellam hanc in Basilica translatam esse dixit. Hac ratione differentia indicum supra relatorum bene explicari potest.

Quamvis denuo dicendum existimem, de numero Novellarum in Basilicis collocatarum et praetermissarum certi quidquam non posse proferri, tamen ingenue fateor, quod ad nonnullas attinet Novellas, me non intelligere, quid causae sit, cur compilatores eas in Basilica transferendas existimaverint. Imo compilatores, si certas quasdam Novellas in Basilica transtulissent, omni certo consilio caruisse merito dicerentur. Exempla haec sunt. Cum in nonnullis iuris Graeco-Romani fontibus dictum

---

47) „*αἱ δὲ τεθεῖσαι μὲν ἐν τοῖς βασιλικοῖς, ὑπὸ δὲ ἀχρηστίας σχολάσασαι εἰσὶν αὗται· ἡ γ'. νεαρὰ ἡ διαλαμβάνουσα περὶ τῶν κληρικῶν* [*ἐν*] *Κωνσταντινουπόλει, ἡ κ'.* (leg. *η'.*) *ἡ περὶ τοῦ ἄρχοντας χωρὶς οἱασοῦν δόσεως γίνεσθαι καὶ περὶ* [*τοῦ*] *ὀμνύειν αὐτούς, ἡ ιγ'. ἡ περὶ τῶν πραιτώρων, ἡ ιδ'. ἡ περὶ τοῦ μὴ εἶναι πορνοβοσκούς, ἡ ιε'. ἡ περὶ ἐκδίκων, ἡ ις'. ἡ περὶ μεταθέσεως κληρικῶν ἐξ ἑτέρας ἐκκλησίας εἰς ἑτέραν, ἡ ιζ'. σχεδὸν πᾶσα ἡ περὶ μανδάτων βασιλικῶν καὶ ἀρχόντων, ἡ κ'. ἡ περὶ τῶν ὑπουργούντων τοῖς ἐκκλήτοις ὀφφικίων, ἡ κς'.* (leg. *κζ'.*) *ἡ περὶ τοῦ κόμητος Ἰσαυρίας, ἡ κη'. ἡ περὶ τοῦ μοδεράτωρος Ἑλενοπόντου, ἡ κθ'. ἡ περὶ τοῦ πραίτωρος Παφλαγονίας, ἡ λ'. ἡ περὶ τοῦ ἀνθυπάτου Καππαδοκίας, ἡ λα'. ἡ περὶ τῶν τεσσάρων ἀρχόντων Ἀρμενίας, ἡ λς'. ἡ περὶ τῶν ἐν Ἀφρικῇ διαδόχων, ἡ λζ'. ἡ περὶ τῶν ἐν Ἀφρικῇ ἐκκλησιῶν, ἡ νθ'. ἡ περὶ τῆς ὀφειλούσης γίνεσθαι ἐκκομιδῆς τῶν τελευτώντων περὶ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀπὸ τῆς εἰσόδου τῶν χιλίων ἑκατὸν ἐργαστηρίων τῶν ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἀφωρισμένων, περὶ ὧν ἡ μη'. φησὶν νεαρά, ἡ π'. ἡ περὶ τοῦ κοιαίστωρος, ἡ πε'. ἡ περὶ ὅπλων, ἡ ρβ'. ἡ περὶ τοῦ μοδεράτωρος Ἀραβίας, ἡ ργ'. ἡ περὶ τοῦ ἀνθυπάτου Παλαιστίνης, ἡ ρις'. ἡ περὶ στρατιωτῶν, ἡ ρλ'. ἡ περὶ προσόδου στρατιωτῶν, ἡ ρνβ'. ἡ περὶ τοῦ μὴ ἐῤῥῶσθαι τὰς περὶ δημοσίων κελεύσεις χωρὶς κυρώσεως τῶν ἐπάρχων. αὗται μὲν οὖν αἱ καταστρωθεῖσαι νεαραὶ τοῦ Ἰουστινιανοῦ, ἀχρηστεύσασαι δέ.*" Cf. **Heimbach.** Anecd. T. II. p. 236. 48) Aliud sentit **Mortreuil** l. l. T. II. p. 118 sq., qui loco ex Codice Vaticano 853 adducto, nomine indicis I. a me designato et Codici Novellarum Florentino cum eo convenienti prae ceteris fidem haberi vult, et differentias indicum II. et III. ratione Novellarum in Basilicis non collocatarum ab indice I. et Codice Florentino nonnisi ex praetermissionibus Novellarum desuetudine abrogatarum in Codicibus Basilicorum sequiori aetate factis censet explicandas. 49) Ut probare studuit **Biener** l. l. p. 155.

sit, locos iuris Iustinianei ad curias et decuriones pertinentes in Basilicis fuisse praetermissas [50]) ob Novellam scilicet Leonis 46., quae curias et decuriones abrogaverat, magis probabile est, Novellas 38. 45. 101. in Basilica non fuisse translatas, sicuti nec caput 1. Novellae 87., quod de mortis causa donatione curialium agit, in Basilicis collocatum est. Cum regulariter earum Novellarum, quae in corpore CLXVIII Novellarum bis leguntur, una duntaxat in Basilica translata sit, veluti Novella 41., quae eadem est cum Novella 50., Novella 75., quae eadem est cum Novella 104., non intelligitur, quam ob rem, quantum ad Novellas 143. et 150. attinet, quae, quamvis una eademque sit constitutio, bis tamen sunt in corpore CLXVIII Novellarum positae, hanc regulam deseruerint Basilicorum compilatores et Novellam 143. in Basil. lib. LX. tit. 58. cap. 2., Novellam 150. in Basil. lib. LX. tit. 58. cap. 6. transtulerint; quare existimare malim, epitomen Novellae 150. non multo post Basilica promulgata fuisse adiectam, puta a scholiorum antiquorum, quae vocantur, compilatoribus. Ita nec Novellas 33. et 34. in Basilica translatas crediderim, inutiles quippe recepta Novella 32. factas. Neque intelligo, qua de causa Novella 110. in Basilicis fuerit collocata, quippe quae Novellam 106. abrogaverit nec novi quidquam statuerit. Non minus dubito de Novellis 147. 148. 163. in Basilica translatis. Quamvis enim Psellus (index IV.) dicat, Novellas de remissione reliquorum publicorum in Basilicis fuisse positas, tamen ex eo nil sequitur, nisi seculo undecimo exeunte eas in Codicibus Basilicorum, quibus Psellus usus est quorumque notitia ad eum pervenit, extitisse; dubito tamen, num revera in Basilicis fuerint collocatae, cum remissionem reliquorum publicorum nonnisi pro certo tempore contineant. Accedit, quod index generalis titulorum Coislinianus ad Basil. lib. LVI. tit. 18., sub quo hae Novellae ratione argumenti fuissent reponendae, Novellam 128., cuius inscriptio *περὶ τῆς τῶν δημοσίων ἀνύσεως καὶ καταβολῆς καὶ ἑτέρων κεφαλαίων* eadem est, quae dicti Basilicorum tituli, sub hoc titulo dicat repositam, Novellarum autem 147. 148. 163. nullam faciat mentionem [51]), cum accurate designari soleant in hoc indice loci iuris Iustinianei in Basilica translati, maxime Novellae. Neque apparet, qua de causa Basilicorum compilatores has Novellas, quae ad certum tempus nonnisi valebant, in Basilica transtulerint, cum alias constitutiones eiusmodi praetermiserint, veluti Novellas 68. et 76.

Quod in Indice Reginae, quem indicis II. nomine supra designavi, ad nonnullas Novellas adnotatur, eas in Basilicis deesse, ad alias nihil eiusmodi vel prorsus nihil adnotatur, iam supra ex Codicum manuscriptorum, quibus auctor huius indicis usus est, conditione explicare studui. Ad eas Novellas, quae in Basilicorum Codicibus, quorum notitiam habuit auctor indicis, non extabant, ille adnotavit, eas in Basilicis deesse; ratione aliarum Novellarum, quas in hoc Codice invenit, in illo desideravit, in incerto reliquit, utrum in Basilicis repositae fuerint necne; ideoque plane nihil ad eas adnotavit et ne locum quidem, quo in aliquo Basilicorum Codice positae fuerunt, designavit, eam ob causam, quod in alio Basilicorum Codice eas viderat praetermissas.

§. 6. 5) Prochirum [1]).

Praeter libros iuris Iustinianei fontibus Basilicorum adnumerandum etiam est Prochirum Basilii [2]). Multi Basilicorum loci ex Prochiro hausti sunt, maxime libri LX. ex Prochiri tit. 39. cap. 40., ubi de poenis agitur, et titulus 40. Prochiri *περὶ διαμερισμοῦ σκύλων*, de partitione praedae, integer in Basilicorum lib. LX. fin. transiit [3]). Usum Prochiri Basilicorum compilatores duplicem videntur fecisse. Ac primum quidem locos iuris Iustinianei in Prochiro positos in Basilica transtulerunt, quod probatur multorum utriusque legum collectionis consensu. Cogitari quidem potest, Basilicorum compilatores hos locos etiam ex repurgatione veterum legum Basiliana haurire potuisse; sed dubium hoc est. Deinde Prochiro usi sunt Basilicorum compilatores, ut novas Basilii constitutiones, quibus ius Iustinianeum mutatum est, Basilicis insererent, quas quidem constitutiones ex Prochiro hauserunt. Atque in his a Basilio recens statutis, quae ex Prochiro in Basilica translata sunt, unice consistunt novae constitutiones Imperatorum praeter ius Iustinianeum Basilicis adiectae. Quae in Prochiro recens statuta sunt, vim etiam habuerunt eam, ut praetermitterentur leges antiquiores Prochiro mutatae. Sic Novella 140. (Novella secunda Iustini II. Imperatoris), quae matrimonium solo coniugum consensu dissolvi permisit, in Basilicis praetermissa est ratione habita Prochiri tit. 11. cap. 4., quo statuitur, ut ne aliter matrimonium consensu coniugum solvi possit, nisi uterque coniux ad vitam solitariam, i. e. monasticam accesserit [4]). Haud scio an idem valeat de Novella 141. ratione habita Prochiri tit. 39. cap. 73., quo poena gladii luxuriantibus contra naturam irrogatur, cum Novella poenam huic delicto nullam de-

---

50) *Σύντομος διαίρεσις τῶν νεαρῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ* (index III.) apud Heimbach. Anecd. T. II. p. 235. „*διότι τὰ περὶ βουλευτῶν οὐκ ἐδέχθη τὸ παράπαν παρὰ τῶν τὰ βασιλικὰ ἐκθεμένων.*“ Zachariae de L. *Αἱ ῥοπαί* p. 237. not. 67. p. 239. not. 78. 51) Cf. Basil. Heimb. T. V. p. 178. not. c.

1) Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. II. p. 119 sq. 2) In scholiis Basilicorum nonnunquam indicatur, locum quendam Basilicorum ex Prochiro esse haustum. Sic Sch. *Τοῦτο* Basil. Heimb. T. V. p. 903. „*Τοῦτο τὸ κεφάλαιον* (Basil. LX. 60. 1.) *μεμιγμένον ἐστὶν ἔκ τε τοῦ κώδικος καὶ τοῦ προχείρου· ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ τούτου καὶ ἡ τῆς χειρὸς ἐκτομὴ τοῦ προχείρου· τὸ δὲ τὸν δεσπότην περιορισμῷ καὶ τελείᾳ δημεύσει ὑποκεῖσθαι καὶ τὰ λοιπά, τοῦ κώδικος.*“ Cf. et Sch. *Τὸ πλάτος* T. V. p. 899. *Τὸ πλάτος, θανάτῳ, ὁ πρόχειρος, νομίμως. δεῖ δὲ γινώσκειν, ὅτι τὰ ἑξῆς οὐ κεῖται ἐν τῷ κώδικι ἕως τοῦ, ἐὰν ἐν τῇ αὐτῇ ἁρπαγῇ.*“ Basil. LX. 58. cap. 1., ad quod hoc scholium pertinet, compositum est tam ex Prochir. tit. 39. cap. 40., ex quo initium: *Οἱ ἁρπάσαντες* usque ad *ἐξοριζέσθωσαν* haustum est, quam ex indice L. un. C. IX. 13. a Thalelaeo confecto, qui incipit a verbis: *Ἐὰν οὖν ἐν τῇ αὐτῇ ἁρπαγῇ.* Index Thalelaei in scholio *τὸ πλάτος* vocatur. Cf. et Sch. *Ἐν τῷ* T. V. p. 598., ubi locus Prochiri tit. 39. cap. 40. verbotenus laudatur. 3) Indicem locorum Prochiro et Basilicis communium aut ex Prochiro in Basilica translatorum exhibuit Zachariae de L. Prochir. p. 352—356. Inprimis Prochiri titulus 39. in Basilicis excerptus est. Ex illo hi loci in Basilica transierunt: Proch. tit. 39. cap. 40. — Basil. LX. 58. 1. Prochir. tit. 39. cap. 43. 44. — Basil. LX. 37. cap. 73. 74. Proch. tit. 39. cap. 45. — Basil. LX. 37. 72. Proch. tit. 39. cap. 53. — Basil. LX. 15. cap. 6. th. 2. Proch. tit. 39. cap. 56. — Basil. LX. 15. 4. Proch. tit. 39. cap. 58. — Basil. LX. 45. 17. Proch. tit. 39. cap. 59. 60. 61. — Basil. LX. 37. 83. Proch. tit. 39. cap. 62. 63. — Basil. LX. 37. cap. 77. 78. Proch. tit. 39. cap. 65. 66. 67. 68. — Basil. LX. 37. cap. 79. 80. 81. 82. Proch. tit. 39. cap. 69. — Basil. LX. 37. 75. Proch. tit. 39. cap. 70. — Basil. LX. 37. 84. Proch. tit. 39. cap. 72. — Basil. LX. 37. 76. Proch. tit. 39. cap. 74. — Basil. LX. 37. 85. Proch. tit. 39. cap. 77. — Basil. LX. 39. cap. 3. th. 3. 4) Novellam 140. Prochiro esse mutatam, indicatur in Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* Basil. Heimb. T. III. p. 230., ubi ultima verba *κἀκείνη ὑπὸ τοῦ προχείρου νόμου* non ab Enantiophane profecta, sed a posteriore scholiasta adiecta sunt.

nunciaverit. Non minus loci Digestorum et Codicis ratione Prochiri habita in Basilicis sunt praetermissi [5]). Loci ex Prochiro in Basilica translati nonnunquam reperiuntur cum locis iuris Iustinianei coniuncti [6]).

Cum secunda Prochiri editio a Basilio instituta, cui nomen Epanagoges est, ante Basilica Leonis promulgata sit, eodem iure, quo Prochirum, dixerit quis, etiam Epanagogen inter fontes Basilicorum Leonis posse referri, cum Epanagoge non solum locos Prochiri in Basilica Leonis translatos, verum etiam multos iuris Iustinianei locos in Prochiro non positos, qui cum Basilicorum locis conveniunt, contineat [7]). Nihilosecius in scholiis Basilicorum recentioribus Epanagoges nusquam facta est mentio, sed nonnisi Prochiri, sive in eis indicetur, locum quendam Basilicorum ex Prochiro esse haustum, sive alia oblata opportunitate [8]). Nam Epanagoges memoria apud posteros intercidit. Quod quidem non statim post Basilica promulgata factum esse docent varia iuris manualia ad exemplum Epanagoges composita, quae ab ea adeo nomen mutuum sumserunt, veluti Epanagoge cum Prochiro composita, Epanagoge aucta [9]). Certe Harmenopuli tempore Epanagoges memoria adeo fuit extincta, ut ille in suo manuali iuris componendo Prochirum adhiberet.

§. 7. De fontibus quibusdam Basilicorum spuriis [1]).

Inter fontes Basilicorum quidam viri docti numerarunt edicta XIII Iustiniani, canones conciliorum, constitutiones Imperatorum, qui statim post Iustinianum imperarunt, Eparchica sive edicta Praefectorum, denique Novellas Leonis; sed pro parte immerito hoc fecerunt. Quae nunc singula persequamur.

I. Edicta XIII Iustiniani in Basilica non fuerunt translata [2]). Locus quidem Basilicorum lib. VI. tit. 3. cap. 48. 49. e Codice Coisliniano 151 a me editus continet Edictum I. Iustiniani. Verum illud Edictum iam in collectione CLXVIII Novellarum Novellae 8. fuit adiectum, ut ex Theodori Breviario Novellarum apparet [3]), ideoque a Basilicorum compilatoribus tanquam pars Novellae 8. in Basilica translatum est. Nihil ergo causae est, cur Codex Coislinianus 151 hoc Basilicorum loco corruptus dicatur eiusque integritas arguatur [4]). In Codice Parisiensi 1352, quo Fabrotus in libro Basilicorum sexto edendo usus est, edictum illud Novellae 8. adiectum non extat, quod ex praetermissionibus eorum, qui Codices descripserunt, explicandum est.

II. Canones conciliorum saepius quidem in scholiis Basilicorum recentioribus laudantur adeoque ad verbum allegantur; sed ne unus quidem canon concilii cuiusdam in textu Basilicorum deprehenditur [5]). Atque iuris canonici fontes novae legum civilium collectioni inserere a consilio legislatorum in Basilicis componendis prorsus fuisset alienum. Basilius enim et Leo *ἀνακάθαρσιν τῶν παλαιῶν νόμων*, repurgationem veterum legum civilium, instituere voluerunt. *Νόμοι* apud Graecos sunt leges civiles, temporales; quibus opponuntur *κανόνες*, statuta ecclesiastica [6]).

III. Constitutiones eorum, qui post Iustinianum usque ad Basilium Macedonem imperarunt, eatenus nonnisi in Basilica translatae sunt, quatenus collectione CLXVIII Novellarum continebantur. Ex quatuor Novellis Iustini II., quae in hanc collectionem transierunt (Nov. 140. 144. 148. 149.), Novellae 144. et 149. in Basilica translatae sunt; ex tribus Novellis Tiberii II. (Nov. 161. 163. 164.), Novellae 161. et 164. in Basilicis collocatae sunt; de Novella 163. dubium est, num in Basilicis posita fuerit. Reliquorum Imperatorum constitutiones in Basilicis extant nullae. Quod in universum cum causis cohaeret, quibus effectum est, ut seculo nono exeunte solius iuris Iustinianei vel potius versionum et commentariorum de eo graeco sermone compositorum in iudiciis ratio haberetur et leges post Iustinianum latae negligerentur. Causa peculiaris recentiorum constitutionum in Basilicis prorsus neglectarum haud scio an in earum quaerenda sit argumento, quod minus ad ius privatum, quam ad ius publicum, ecclesiasticum et ad religionem ipsam pertinebant [7]).

IV. Edicta Praefectorum Praetorio in Basilica eatenus translata sunt, quatenus corpore CLXVIII Novellarum comprehendebantur, in quo Novellae 165. 166. 167. 168. eiusmodi sunt edicta [8]). Praeter haec edicta dicta Novellarum collectione comprehensa, quae ideo Basilicorum compilatores inseruerunt, quod dicta usi sunt collectione, nullum edictorum Praefectorum usum fecerunt compilatores, quamvis haud pauca extiterint edicta ad ius privatum quoque spectantia [9]).

V. Novellae Leonis Philosophi in Basilica non sunt

---

5) Sic verbi causa praetermissi hi loci sunt: L. 9. pr. §. 1. D. XLVIII. 9. ob Prochir. tit. 39. cap. 35.; L. 2. 9. C. IX. 9. ob Prochir. tit. 39. cap. 64.; L. 31. C. IX. 9. ob Prochir. tit. 39. cap. 73.; L. 16. C. IX. 20. ob Prochir. tit. 39. cap. 5. 22. 6) Sic Basil. LX. 37. cap. 73. haustum est usque ad vocem *περιουσίας* ex Prochir. tit. 39. cap. 43., reliqua sunt ex L. un. C. IX. 11. — Basil. LX. 48. cap. 4. compositum est ex L. 5. D. XLVIII. 15. et Prochir. tit. 39. cap. 24. — Basil. LX. 48. compositum est ex L. 15. C. IX. 20. et Prochir. tit. 39. cap. 5. 22. — Basil. LX. 51. cap. 26. th. 4. compositum est ex L. 28. §. 3. D. XLVIII. 19. et Prochir. tit. 39. cap. 6. — Basil. LX. 58. cap. 1. ab initio usque ad verba *τυπτόμενοι καὶ κουρευόμενοι ἐξοριζέσθωσαν* haustum est ex Prochir. tit. 39. cap. 40., reliqua a verbis: *Ἐὰν οὖν ἐν αὐτῇ τῇ ἁρπαγῇ* usque ad finem sumta sunt ex L. un. C. IX. 13.; initium capitis usque ad verba *τυπτόμενοι καὶ κουρευόμενοι ἐξοριζέσθωσαν* non extare in Codice tradit Sch. *Τὸ πλάτος* Basil. Heimb. T. V. p. 890. Cf. not. 2. — Basil. LX. 60. cap. 1. haustum est ex L. 1. C. IX. 24. et Prochir. tit. 39. cap. 14., ut disertis verbis tradit Sch. *Τοῦτο* Basil. Heimb. T. V. p. 903. Cf. not. 2. 7) Indicem locorum Epanagoges et Basilicorum ad verbum convenientium exhibuit Zachariae de L. Collectio librorum iuris Graeco-Romani ineditorum p. 224 sq. 8) Sic Prochirum ut fons loci cuiusdam Basilicorum indicatur in scholiis in nota 2. adductis; Novellam 140. Prochiro (tit. 11. cap. 4.) mutatam esse tradit Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* T. III. p. 230. Cf. not. 4. In Sch. *Ἐν τῷ* T. V. p. 598. locus Prochiri tit. 39. cap. 40. laudatur, licet et Epanagoges tit. 40. §. 45. eundem locum contineat. 9) De his et aliis manualibus ad exemplum tam Prochiri, quam Epanagoges compositis disseruit Zachariae de L. Prochir. p. XCV—CLIV.

1) Biener, Gesch. der Novellen p. 128. 129. Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. II. p. 121—123. 2) Edicta XIII. Iustiniani inter fontes Basilicorum numeravit Gothofredus, Praefat. ad lib. VIII. Basilicorum, 1606. 3) Theodorus enim inter summaria Novellae 8. ultimo loco exhibet summarium capitis 1. Edicti huic Novellae adiecti. Cf. Zachariae de L. Anecd. p. 21. num. 24. 4) Quod fecit Mortreuil l. l. p. 121. not. b. 5) Canones conciliorum fontibus Basilicorum adnumeravit Suaresius, Notitia Basilicorum §. XXIX. 6) Cf. Biener, Gesch. der Novellen p. 163. et not. 24. 7) Cf. Mortreuil l. l. T. I. p. 357. 8) Novella 165. reposita fuit in Basil. LVIII. 11. 14.; Novella 166. in Basil. LVI. 20. 1.; Novella 167. in Basil. LVI. 21.; Novella 168. in Basil. LVI. 20. 2. 9) Collectionem horum edictorum ex Codice Marciano 179 edidit Zachariae de L. Anecd. p. 266—278.

translatae [10]). Negari quidem nequit, nonnullarum Novellarum a Basilicorum compilatoribus eatenus habitam fuisse rationem, ut locos iuris Iustinianei ad institutum a Leone abrogatum pertinentes in Basilicis praetermitterent [11]). Reperiuntur etiam vestigia interpolationum locorum iuris Iustinianei a Basilicorum compilatoribus ex Novellis Leonis factarum [12]), vel alias rationis harum Novellarum habitae [13]). Nullam autem Leonis Novellam in Basilica compilatores transtulerunt [14]). Obstare quidem videtur, quod in Paratitlis Tipuciti sic dicti lib. LVIII. tit. 11. epitomae Novellae 165. (quae est ex edictis Praefectorum in collectionem CLXVIII Novellarum translata) iungitur epitome Novellae Leonis 71. [15]), unde, cum haec Paratitla, uti ex Novellis Alexii Comneni apparet, seculo duodecimo scripta sint [16]), derivare quis potuerit, hanc Leonis Novellam in Basilica fuisse translatam. Cui etiam suffragari videtur, quod Leo hac Novella idem statuit, quod iam patri Basilio placuisse nec vero in legum corpus (*εἰς τὴν τῶν νόμων συμπολιτείαν*) translatum esse tradit; quo legum corpore Prochirum, non repurgationem veterum legum intellexerim, cum haec leges duntaxat veteres, id est, iuris Iustinianei libros, neque vero novas Basilii constitutiones contineret, quae potius Prochiro insertae sunt. Sed nec Prochirum habet constitutionem Basilii Novellae Leonis 71. convenientem. Quamobrem dubito de constitutione Basilii, quam innuere dicta Leonis Novella vi-

---

10) Egomet ipse in libello de Basilicorum origine p. 45. Leonis Novellas fontibus Basilicorum immerito adnumeravi. Contrariam sententiam iam tuitus est Biener l. l. p. 129., cui accessit Mortreuil l. l. T. II. p. 121 sq. 11) Sic Novella Leonis 146., quae curias et decuriones abrogavit, effecit, ut loci iuris Iustinianei ad decuriones pertinentes in Basilicis omitterentur, quod factum esse docent *αἱ ῥοπαί* p. 237. not. 67. p. 239. not. 78. et auctor libelli, cui titulus est: *σύντομος διαίρεσις τῶν νεαρῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ*, qui iam seculo decimo haec tradit: „*διότι τὰ περὶ βουλευτῶν οὐκ ἐδέχθη παράπαν παρὰ τῶν τὰ βασιλικὰ ἐκθεμένων.*" Vide Heimbach Anecd. T. II. p. 235. Loci *τῶν ῥοπῶν* sic audiunt: Capitis XLIII. *περὶ ν'. ἐνιαυτῶν* §. 1. quae ita in authentico opere concepta est: „*βουλευτὴς καὶ μετὰ ν'. ἔτη λειτουργεῖ ἤτοι δουλεύει.*" In editione operis a Cuiacio secundum Codicem Parisiensem 1349 seculi XI. (cf. Zachariae de L. *Αἱ ῥοπαί* p. 50. 51.) suscepta, quae Parisiis 1577 prodiit, adduntur haec: „*λειτουργεῖ· ὡς βι. ι'. τοῦ κωδ. τι. λβ'. διατ. κη'.* (leg. *ιγ'.*)· *οὐκ ἔστι δὲ εἰς τὰ βασιλικὰ οὐδὲ ὁ τίτλος*", quo designatur, titulum Codicis de decurionibus (X. 32.) in Basilica non esse translatum. Capitis XLV. *περὶ ἑβδομήκοντα ἐνιαυτῶν* §. 2. in opere authentico ita conceptae: „*Οἱ μείζονες τῶν νε'. ἐνιαυτῶν οὐκ ὀφείλουσιν ἄκοντες καλεῖσθαι εἰς τὸ βουλευτήριον. εἰ δὲ συναινοῦντες ἢ μείζονές εἰσι τῶν ο'. ἐνιαυτῶν, οὐκ ὀφείλουσι μὲν ἀναγκάζεσθαι λειτουργεῖν, τιμὰς δὲ πράττειν ὀφείλουσιν*" in editione Cuiaciana e Codice Parisiensi 1349 haec addita sunt: „*ὡς βι. ι'. τοῦ κωδ. τι. λβ'. διατ. ι'. ἥτις οὐκ ἔστιν εἰς τὰ βασιλικά, ὅτι μηδὲ ὁ τίτλος οὗτος· ἀνῄρηται γὰρ ὢν περὶ βουλευτῶν.*" Nihilosecius dubium est, fuerintne Novellae de decurionibus agentes, videlicet Nov. 38. 45. 101. in Basilica translatae, cum indices Novellarum in Basilicis collocatarum vel praetermissarum in eo non consentiant. Meam hac de re sententiam §. 5. proposui. Similiter ratione habita Novellae Leonis 59., qua servitus eius, qui liber XXV. annis maior pretii participandi causa in servitutem se vendi passus est, abrogatur, loci iuris Iustinianei de eiusmodi servitute agentes in Basilicis praetermissi sunt, veluti L. 21. D. I. 5. L. 9. §. 4. D. IV. 4. L. 7. pr. §. 1. L. 40. D. XL. 12. L. 1. 3. 4. 5. D. XL. 13. L. 2. pr. D. XL. 14. Ob Novellam Leonis 78., qua Senatusconsultis vis legum adenta est, praetermissus in Basilicis est Codicis titulus de Senatusconsultis (I. 16.). Quod tamen L. 9. D. I. 3., qua dicitur, non ambigi, Senatum ius facere posse, in Basil. lib. II. tit. 1. cap. 20. reposita sit his verbis: „*καὶ ἡ σύγκλητος νομοθετεῖ*" exinde explicandum est, quod multae iuris Iustinianei sanctiones Senatusconsultis nitebantur, ideoque Senatusconsultorum inter leges idque, quod vicem legis obtiueret, mentionem facere necesse habuerunt Basilicorum compilatores, ne Novella Leonis 59. Senatusconsultis, quorum in libris iuris Iustinianei mentio facta est, vim legis ademtam esse homines arbitrarentur. Quamobrem in Basil. lib. II. tit. 1. cap. 21., qua L. 10. D. I. 3. continetur, legum duntaxat, nec vero Senatusconsultorum mentio facta est, cum in loco Basilicorum praecedente iam dictum sit, Senatum ius facere posse. Unde etiam explicandum, scholiis Basilicorum antiquis, quae vocantur, scilicet Sch. *Οὔτε νόμοι* Basil. Heimb. T. I. p. 37., contineri indicem Dorothei, quo L. 10. D. I. 3. ad verbum graece redditur et Senatusconsultorum disertis verbis mentio facta est. Novella Leonis 91., qua concubinatus constante matrimonio prohibitus est, causam dedit titulo Codicis de concubinis (V. 26.) in Basilicis praetermittendo. Quod fragmenta quaedam tituli Digestorum de concubinis (XXV. 7.), id est, L. 1. et 3. h. t. in Basil. lib. LX. tit. 37. cap. 1. 3. reddita fuerint, non obstat; nam propter lites eo tempore, quo Novella Leonis 91. promulgata est, iam pendentes necesse erat, ut ius, quod ante hanc Novellam obtinuit, in Basilica transferretur. Novella Leonis 94. consulatum abrogavit. Extat tamen in Basil. lib. VI. tit. 2. cap. 1. L. 1. pr. §. 1. 2. D. de officio Consulis (I. 10.); ex titulo Codicis de Consulibus (XII. 3.) L. 3. nonnisi in Basil. lib. VI. tit. 2. cap. 2. translata est; Novellae 105., quae de Consulibus agit, in Basilicorum Codicibus superstitibus vestigium extat nullum, quamvis auctor opusculi, cui titulus est: *σύντομος διαίρεσις τῶν νεαρῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ*, eam inter Novellas in Basilicis praetermissas non retulerit. Quae ex Digestorum titulo de officio Consulis in Basilica translata sunt, spectant ad manumissiones coram Consulibus faciendas et necessario Basilicis inserenda erant, ne status eorum, qui ante Novellam Leonis 94. coram Consule erant manumissi, laederetur. Quamvis enim certum sit, inde ab anno 541., quo Basilius consularem dignitatem sustinuit, neminem privatum Consulem fuisse factum (cf. Relardi, fasti Consulares p. 717.), tamen etiam ratione status eorum, qui coram Consule multo ante Leonem manumissi fuerunt, necesse erat, ut praecepta de manumissione coram Consule facienda repeterentur. 12) Eiusmodi interpolatio conspicua est in Basil. lib. XXI. tit. 1. cap. 17., ubi verba *ἐν ἄλλοις δὲ μαρτυρίαν νέμει, ἐν οἷς οἱ ἄνδρες οὐ παρακαλοῦνται* Legi 18. D. XXII. 5. ex Novella Leonis 48. addita a compilatoribus esse videntur. Licet Epanagoges tit. XIII. cap. 18. similia his, quae dicta Novella statuta sunt, contineantur, tamen a Basilicorum compilatoribus non Epanagoges, sed Novellae dictae rationem habitam fuisse arbitror, cuius rei causas supra Sect. I. §. 3. exposui. 13) Sic Novellae 83., qua tollitur usurarum sive ex promissione, sive ex alia causa petantur, prohibitio Prochir. tit. 16. cap. 14. comprehensa, adeo rationem habuerunt Basilicorum compilatores, ut in Basilica non locum Prochiri dictum, sed ius Iustinianeum eiusque omnia de usuris praecepta transferrent. 14) Quae alii et egomet ipse vestigia Novellarum Leonis in Basilica translatarum deprehendisse nobis visi sumus, spuria esse docuit Mortreuil l. l. T. II. p. 122 sq., cuius sententia tamen in nonnullis emendatione opus habet. Nam Basil. LX. 57. cap. 1., quod Haubold, Man. Basil. p. 361., secutus Fabrotum T. VII. p. 910. ex Novella Leonis 34. desumtum esse tradit, est *τὸ κατὰ πόδας* Legis un. C. IX. 10. Basil. LX. 37. cap. 72. (Fabr. cap. 73.) equidem in libello de Basilicorum origine p. 45. secutus Bynkershoeck Observ. lib. IV. cap. 10. ex Novella Leonis 32. haustum existimaveram; desumtus autem hic Basilicorum locus est ex Prochir. tit. 39. §. 45. et in antiquioribus Codicis editionibus male ut L. 37. C. IX. 9. designatur, quod iam observarunt Biener, Beytraege zur Revision des Justin. Codex p. 173. et Witte, die leges restitutae des Justin. Codex p. 220 sq. Quod Balsamon ad Phot. Tit. I. cap. 36. (Voelli et Iustelli bibl. iur. can. T. II. p. 861. Rhalli et Potli Coll. canon. T. I. p. 81.) ait: „*τὸ δὲ εἰς τριετίαν παρεκτείνεσθαι τῷ δεσπότῃ τὴν ἀνάκλησιν τοῦ χειροτονηθέντος δούλου, ἀπὸ τῆς νεαρᾶς τοῦ βασιλέως κυρίου Λέοντος τοῦ σοφοῦ ἐστι*", non referendum est ad Basilica Leonis, vel ut ego l. l. p. 46. existimaveram ad *ἀνακάθαρσιν* Constantini, sed ad ea, quae Balsamon ipse in commentario ad dictum Photii locum antea dixerat. 15) Argumentum Novellae Leonis 71. in Paratitlis (cf. Basil. Heimb. T. V. p. 212. not. c.) his traditur verbis: „*Καὶ περὶ οἰκήσεων καινῶν καὶ κατασκευῶν ἐν ἀρσίμοις τόποις. καὶ ὅτι, εἰ μὲν ἀφθονία παρέχει τῆς χώρας, δυοῖ τόξου βολαῖς ἐκ τῶν γειτόνων ὁρίων μεμετρῆσθαι* (sic) *τὸ διάστημα τῆς νέας κατασκευῆς· εἰ δ' οὐ χαρίζεται δι' ἔνδειαν ἀφθονίας τοσοῦτον μέτρον ἡ χώρα τῷ διαστήματι, μετρείσθω καὶ μία τόξου βολή.*" 16) Cum Alexio Comneno I. in Novellis eius laudatis ab auctore Paratitlorum non tribuantur epitheta Imperatori adhuc vivo tribui solita, Paratitla post annum 1118., quo Alexius supremum diem obiit, scripta sunt. Cf. Zachariae de L. in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1847. p. 629.

detur, et potius decretum Basilii ad litem quandam decidendam interpositum hac Novella designari crediderim [17]). Licet quae supra dixi pro Novella Leonis 71. in Basilica translata militare videantur, tamen valde de eo dubito, cum non intelligatur, quam ob causam compilatores hanc unam Novellam in Basilica transtulerint. Quod in Paratitlis huius Novellae argumentum perinde traditum est, ac si Novella Basilicorum lib. LVIII. tit. 11. esset comprehensa, alio modo potest explicari. In Codice Basilicorum, quo auctor Paratitlorum ad Basilicorum librum LVIII. usus est, adscriptum potuit esse scholium, quo argumentum dictae Novellae ita traditum fuit, uti saepius in scholiis Basilicorum factum est. Cuius Novellae argumentum auctor Paratitlorum ex scholio reddidit, quod utrum consulto, an scholium textum esse falso existimans fecerit, definire non audeo. Cui suffragantur scholia Basilicorum recentiora, ubi ad Basilicorum textum saepius Novellae Leonis, quibus ius antiquum, id est, Iustinianeum textu Basilicorum comprehensum mutatum vel abrogatum est, laudantur [18]). Quod Basilicorum compilatores nullam Leonis Novellam in Basilica transtulerint, id minus tribuo consilio ab Imperatore in Basilicis edendis sibi proposito, quam aetati plerarumque Novellarum, post Basilica promulgata quippe emissarum. Quamvis enim Basilica Imperator esse vellet *ἀνακάθαρσιν τῶν παλαιῶν νόμων*, repurgationem veterum legum, id est, iuris Iustinianei, non legum novarum collectionem, cogitari tamen vix potest, si omnes Leonis Novellae ante, quam ista repurgatio institueretur, iam fuissent promulgatae, compilatores iuris Iustinianei sanctiones Novellis Leonis mutatas et abrogatas in Basilica fuisse translaturos. Itaque de Novellis Leonis hoc sentio. Leo, prout ferret necessitas, has constitutiones promulgavit, alias ante Basilica, alias post Basilica promulgata. Novellarum ante Basilica promulgatarum Basilicorum compilatores rationem habuerunt in eo maxime, ut locos iuris Iustinianei ad institutum eiusmodi Novella abrogatum pertinentes in Basilicis praetermitterent. Postea Imperator omnes hasce constitutiones collegit et huic collectioni praefationem praeposuit, quae est Novella 1., et constitutiones appellavit *τὰς τῶν νόμων ἐπανορθωτικὰς καθάρσεις*, correctorias legum repurgationes. Unde factum est, ut prima specie, si Novellam 1. perlegeris, omnes hae constitutiones videantur emendandi et corrigendi iuris Iustinianei Basilicis comprehensi gratia post Basilica promulgatae. Sic bene explicatur difficultas exinde oriunda, quod nonnullarum Leonis Novellarum in Basilicis manifesto habita fuit ratio, complurium non item.

Sectio III.

De usu et auctoritate Basilicorum et de mutua eorum cum iure Iustinianeo ratione.

§. 1. Mutua, quae inter ius Iustinianeum et Basilica ab initio intercessit ratio [1]).

Consilium a Basilio in repurgatione veterum legum instituenda sibi propositum iam supra exposuimus [2]). Simile fuit Leonis, cum suam legum veterum repurgationem ederet, consilium. Basilicis ab eo promulgatis praecipua prae iure Iustinianeo auctoritas neque ab ipso Leone, neque ab aequalibus tributa est. Leo quidem Novella 1. iudices necessitate adstrinxit, ab usu legum ab ipso abrogatarum abstinendi et causas secundum reliquas scriptas veteres leges et tam a patre, quam a semet ipso selectas et latas diiudicandi [3]), quibus legibus Basilica intelligenda sunt. Idem in Novella de tabulariis eum, qui tabularius fieri cupiat, tam Prochiri, quam Basilicorum accurata cognitione vult esse imbutum [4]). Nec vero quae Leo Novella 1. statuit, ita sunt intelligenda, quasi ius Iustinianeum per Basilica sit abrogatum, sed ita, ut iudices quidem causas secundum Basilica diiudicarent eorumque textum in sententiis dicendis allegarent, nec vero ut omni usu iuris Iustinianei ad interpretanda Basilica abstinerent. Quod eo minus fieri potuit, cum Basilica ex iure Iustinianeo hausta non novum legum corpus, sed nil nisi repurgatio veterum legum, reiectis inutilibus et abrogatis, essent. Ius Iustinianeum simul cum Basilicis in usu mansisse, variis potest probari argumentis. Quorum gravissimum cernitur in scholiis Basilicorum antiquis fragmenta commentariorum a Iureconsultis seculi sexti ad iuris Iustinianei libros compositorum quam plurima continentibus, quibus commentariis opus minime fuisset, si ex Basilicis unice causae fuissent diiudicandae. In scholiis antiquis loci librorum iuris Iustinianei laudantur, non Basilicorum, quorum loci ab eo inde tempore, quo Basilicorum auctoritas praevaluit, saepius iuris Iustinianei locis adiecti sunt; in scholiis antiquis ratio allegandi Digesta singulis Digestorum commentatoribus consueta retinetur; in iisdem diversae Iureconsultorum, quorum ex libris Digesta composita sunt, sententiae perinde exponuntur, ac si nulla earum decisio in Basilicis esset secuta; in iisdem scholiis afferuntur interpretationes legum, Senatusconsultorum, locorum Edicti perpetui aliorumque iuris fontium Digestis comprehensae, in Basilicis autem praetermissae. Quae omnia in scholiis antiquis non fuissent facta, nisi ius Iustinianeum praeter Basilica in usu mansisset. Deinde usus iuris Iustinianei in iudiciis per duo adhuc secula usque ad duodecimum

---

17) Cf. Cap. II. §. 3. 18) In scholiis Basilicorum Novellae Leonis hae laudantur: Novella 7. in Basil. Heimb. T. I. p. 705. — Novella 18. ibid. T. III. p. 156. — Novella 19. T. I. p. 658. — Novella 20. T. III. p. 642. — Novella 32. T. I. p. 705. — Novella 34. T. V. p. 898. — Novella 35. T. V. p. 899. — Novella 48. T. II. p. 399. — Novella 49. T. II. p. 424. — Novella 53. T. I. p. 640. T. V. p. 648. — Novella 59. T. III. p. 178. — Novella 60. T. V. p. 878. — Novella 61. T. V. p. 652. — Novella 66. T. V. p. 826. — Novella 67. T. V. p. 868. — Novella 70. T. V. p. 273. 274. — Novella 72. (in Basil. *ογ'.*) T. I. p. 564. — Novella 77. T. V. p. 799. — Novella 96. T. V. p. 648. — Novella 99. T. II. p. 560. — Novella 105. T. V. p. 820. Iam Mortreuil l. l. T. I. p. 321. Novellarum Leonis in scholiis Basilicorum laudatarum indicem exhibuit.

1) De mutua librorum iuris Iustinianei et Basilicorum ratione conferendi sunt: Biener, Gesch. d. Novellen p. 129 sq. 142—157. Heimbach, Observat. p. 21—37. Zachariae de L. *Αἱ ῥοπαί* p. 99. 103. Idem, Prochir. p. LXXXIX. et Delineatio p. 56. 57. Heimbach Anecd. T. I. p. LXXIV. Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. II. p. 136—149. 179 sq. 2) Cf. Cap. I. §. 3. et Cap. II. 3) Novella Leonis 1. „*Τούτων οὖν ἡμῖν οὕτω διῳκημένων, ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸν ἔπειτα ἅπαντα χρόνον ἅπασιν, εἰς οὓς ἀνήρτηται τὰ τῆς δίκης ζυγὰ, ἄρχουσι καὶ δικασταῖς ἐντελλόμεθα, τοὺς μὲν ὅσοι νόμοι παρὰ τῆς βασιλείας ἡμῶν τοῦ νομίμου ἐδάφους τὴν ἀπαλλοτρίωσιν κατεψηφίσθησαν, τούτους ἀχρήστους ἡγουμένους ἐᾶν ἐῤῥίφθαι, κατὰ δὲ τοὺς λοιποὺς ἐγγράφους τούς τε ἀρχαίους καὶ τοὺς μικρῷ μὲν πρόσθεν παρὰ τοῦ ἀειμνήστου πατρὸς ἡμῶν, νῦν δὲ παρ' ἡμῶν ἐγκεκριμένους ἢ τεθεσπισμένους ταῖς δίκαις βραβεύειν τὰς διαλύσεις.*" 4) „*Ὁ προχειρισθησόμενος ὀφείλει ἐπὶ στόματος ἔχειν τοὺς μ'. τίτλους τοῦ ἐγχειριδίου νομίμου καὶ τῶν ξ'. βιβλίων τὴν γνῶσιν.*" Cf. Zachariae de L. Ius Graeco-Rom. P. III. p. 222.

retentus ex variis libris ea aetate de iure compositis apparet. Quae cum ita sint, necessario est quaerendum, quaenam inter ius Iustinianeum et Basilica intercesserit ratio; quibus finibus usus unius alteriusve collectionis fuerit circumscriptus. Qua in re cum certis regulis a Leone ipso statutis careamus, necesse est ex conditione iuris, quae ante Basilica fuit, coniecturas capiamus.

Maximum incommodum usus iuris Iustinianei, inprimis quatenus Digestis et Codice continebatur, ante repurgationem a Basilio et Leone institutam in eo consistebat, quod non ipsi iuris Iustinianei libri, sed versiones et commentarii a Iureconsultis seculi sexti graeco sermone ad eos compositi in iudiciis adhibebantur, quorum haud exiguus numerus et magnus commentariorum nonnullorum ambitus usum reddebat difficiliorem, et quorum ex dissensu novae emergebant controversiae. Itaque Leo ex diversis commentariis unum prae ceteris delegit, ex quo textus Basilicorum componeretur. Qua in re ita versatus est, ut, quod ad Digesta attinet, eum potissimum deligeret commentarium, in quo breviter et concinne, omissis iis, quae ad historiam iuris pertinerent, praetermissis diversis Iureconsultorum sententiis in Digestis expositis, omissis Iureconsultorum, qui diversas sententias foverant, sensus loci cuiusdam redditus esset. Quamobrem Anonymi commentarium ad Digesta scriptum textui Basilicorum componendo adhibuit. E numero commentariorum ad Codicem compositorum Thalelaei potissimum commentarium delegit, quem reliquis praetulit tam propter versionem latinarum constitutionum *κατὰ πόδα* factam, quam ob latiorem constitutionum interpretationem, cui casus a Thalelaeo ficti, rationis inter priores et posteriores eiusdem tituli constitutiones intercedentis expositio, iuris antiquioris cum recentiore comparatio et aliae eiusmodi expositiones a Thalelaeo factae egregie inserviebant. Quaeritur, quid uno commentario prae reliquis in Basilicorum textum translato efficere Leo voluerit. Dubitari nequit, quin, si promiscuus reliquorum commentariorum usus cum eo, qui in Basilica fuit receptus, fuisset concessus, Leo a tota repurgatione melius abstinuisset. Itaque si nihilosecius usum eorum commentariorum praeter eum, qui in Basilica fuit translatus, deprehendimus, necesse est regulas quaeramus, quibus mutua Basilicorum et horum commentariorum ratio fuerit definita, ne opus frustraneum et inane Leonem, cum repurgationem veterum legum institueret, arbitremur suscepisse[5]). Qua in re ita puto esse versandum. Ac primum quidem quod attinet ad locos iuris Iustinianei in Basilicis praetermissos, inter singulas iuris Iustinianei partes est discernendum. Institutiones, licet minima earum pars in Basilica translata sit, in usu manserunt, cum magis iuri addiscendo inservirent[6]), quam legum sanctiones continerent. Loci Digestorum et Codicis in Basilicis praetermissi sunt vel ideo, quod posterioribus legibus, veluti Novellis Iustiniani, essent mutati vel abrogati, vel ideo, quod institutum iuris spectarent constitutionibus Leonis abrogatum. Atque hoc quidem casu auctoritatem amplius habebant nullam; illo vero recentiorum legum interpretandarum causa ad eos licebat provocare. Idem de Novellis dicendum est. Constitutionum certo loco vel certo tempori destinatarum praeter illum locum vel post illud tempus per se intelligitur usum fuisse nullum. Ubi locus quidam iuris Iustinianei a Basilicorum compilatoribus non consulto erat praetermissus, sed praetermissio fortasse eo nitebatur, quod in commentario, ex quo Basilicorum textum composuerunt, ille locus non extabat, ex alio commentario Basilica suppleri poterant[7]). Deinde ubi argumentum locorum iuris Iustinianei in Basilicis absque ulla iuris mutatione redditum erat, usus reliquorum commentariorum praeter eum, qui in Basilica translatus erat, erat innoxius neque ullis limitibus circumscriptus. Locum iuris Iustinianei non mutatum in Basilica translatum eum dico, cuius sensus in Basilicis idem est, qui in iuris Iustinianei libris. Leves enim mutationes, puta in verbis collocandis, in omittendis Iureconsultorum nominibus et diversis eorum sententiis, silentio sunt praetermittendae. Tum ubi locum iuris Iustinianei obscurum ita reddiderunt Basilica, ut de sensu eius nulla superesset dubitatio, dubium vix est, quin Basilica praelata fuerint nec licuerit ad alios provocare commentarios. Ubi in Basilicorum contextu sententia alia erat recepta atque probata, quam ea, quam alii interpretes iuris Iustinianei seculo sexto proposuerant, iudices non adstricti erant necessitate, secundum sententiam in Basilicis probatam iudicandi, sed etiam sententiam ab ea, quae in Basilicis probata erat, diversam sequi eis licebat. Quod exinde probatur, quod in scholiis Basilicorum antiquis saepissime interpretationes et sententiae reliquorum interpretum iuris Iustinianei exponuntur, licet ab iis, quae in Basilicis dicta sunt, differant[8]). Ubi Basilicorum locus erat obscurus et difficilis ad intelligendum, ex reliquorum veterum iuris Iustinianei interpretum commentariis interpretatio sumebatur, eo adeo tempore, quo Basilicis praecipua auctoritas prae iure Iustinianeo tribuebatur[9]). In

5) Cf. Biener l. l. p. 129 sq., cuius regulas hac de re propositas latius sumus persecuti. 6) Leo in prooemio Basilicorum: „*τὰ ἰνστιτοῦτα, τουτέστιν ἡ τῶν νόμων εἰσαγωγή*" Psellus in Synopsi legum vers. 50—54.:

Ἔστι καὶ μέρος ἕτερον οἷον ὄψις τῶν νόμων,
Ὡς εἰσαγωγικώτερον τῶν ἄλλων δεδειγμένη,
Τῶν νόμων ἔχον ἅπασαν τὴν γενεαλογίαν,
Ἢ μᾶλλον οὕτως εἴποιμι τὴν ἀρχαιολογίαν,
Τῷ δὲ βιβλίῳ τούτῳ δὴ ἡ κλῆσις Ἰνστιτοῦτα.

7) Exempla haec sunt: Leges 1. 2. D. I. 5. in Basilicis praetermissae sunt; index horum fragmentorum e Stephani commentario desumtus extat in Sch. *Στεφ.* Basil. Heimb. T. IV. p. 545. Lex 3. D. I. 8. in Basilicis praetermissa exhibetur ex indice Stephani in Sch. *Ἐντεῦθεν* T. IV. p. 559. Legum 6. 8. pr. D. XXXVIII. 16. in Basilicis praetermissarum index exhibetur e Dorothei commentario in Sch. *Ἐξτρεφδάτον* T. IV. p. 482. Legis 1. §. 1. D. XXXVIII. 17. in Basilicis omissae indicem ex Dorotheo praestat Sch. *Εἶτε* T. IV. p. 485. Legis 47. §. 1. D. XL. 4. in Basilicis omissae indicem ex Dorotheo exhibet Sch. *Ὅτε* T. IV. p. 640. Legis 44. §. 1. D. XL. 12. in Basilicis praetermissae indicem ex eodem praestat Sch. *Ἠμφεβάλλετο* T. IV. p. 733. Legis 3. C. IV. 34. in Basilicis omissae versio *κατὰ πόδα* legitur in Sch. *Θαλελαίου* T. II. p. 60. 8) Differentiae Basilicorum et *τῶν παλαιῶν*, id est, veterum iuris Iustinianei interpretum, qui seculo sexto scripserunt, saepius in scholiis Basilicorum recentioribus mentio facta est. Quod dicitur in Sch. *Πάνυ* Basil. Heimb. T. II. p. 623. Sch. *Καὶ τὴν* T. V. p. 312. Sch. *Καὶ ἰδοὺ* T. V. p. 735., veteris interpretis sententiam Basilicis esse postponendam, de ea aetate intelligendum est, qua Basilica prae iure Iustinianeo auctoritatem obtinuerunt. 9) Quamobrem adeo in recentioribus Basilicorum scholiis nonnunquam alius veteris interpretis sententia dicitur Basilicis praeferenda; verbi causa in Sch. 4. Basil. Heimb. T. III. p. 733., ubi haec leguntur: „*Συγκεχυμένη ἡ τοῦ Βασιλικοῦ ἔκδοσις, μὴ διαστειλαμένη περὶ τοῦ μαινομένου, ἀλλ' ὁμοίως εἰπόντος, καὶ τοῦτον ἐνέχεσθαι· οὐκοῦν προσεκτέον τῷ Κυρίλλῳ.*"

universum Basilicorum textus nonnisi iudicum et litigatorum eorumque advocatorum sublevandorum gratia compositus est, ut ne necesse haberent ad diversas librorum iuris Iustinianei versiones graecas diversosque commentarios confugere, sed unum commentarium, unam versionem haberent, ad quem quamve possent provocare. Reliquorum commentariorum, qui in Basilica non erant translati, usus non erat exclusus, neque intererat, utrum Basilicorum contextus ex latiori an ex breviori commentario haustus esset. Nam ex scholiis Basilicorum antiquis patet, quod ad Digesta attinet, praeter Anonymi commentarium in Basilica translatum non minus Dorothei et Stephani commentarios latiores et ampliores, quam Cyrilli indicem brevissimum in usum fuisse vocatos. Similiter quantum ad Codicem, non solum Thalelaei commentarius magnam partem in Basilica translatus, verum etiam Theodori Breviarium Codicis, Anatolii et Isidori commentarii post Basilica edita in usu fuerunt. Quantum ad Novellas, cum graecarum Novellarum textus in Basilica translatus sit, commentarii ad eas compositi nonnisi interpretandis Novellis inserviebant vel brevitatis studio adhibebantur, cum Novellarum argumentum breviter redderent. Denique ubi Basilicorum locus manifestam continebat iuris Iustinianei mutationem, sive ea demto aliquo, sive adiecto facta fuit[10]), Basilica prae iure Iustinianeo obtinebant auctoritatem[11]). Ceterum mutationum iuris Iustinianei in Basilicis consulto factarum, ut iuri Iustinianeo derogaretur, exempla sunt rariora. Nam quae in Basilicis, ratione constitutionum vel ipsius Iustiniani vel praecedentium Imperatorum habita, addita vel mutata deprehenduntur, eo potissimum consilio facta fuerunt, ut intelligeretur, quae esset iuris tempore Basilicorum obtinentis conditio, et ut differentiis iuris antiqui et novi sublatis unum ius appareret. In vestigiis tamen iuris antiqui, quod amplius non valebat, tollendis Basilicorum compilatores negligentius sunt versati, cum multos Digestorum et Codicis locos in Basilica transtulerint, recentioribus legibus, maxime Iustiniani Novellis, abrogatos et mutatos.

Eiusmodi rationem fuisse iuris Iustinianei et Basilicorum ab initio et per duo adhuc secula mutuam, maxime probatur ex scholiis antiquis ex Iureconsultorum seculi sexti commentariis seculo decimo medio excerptis. His enim continentur, quantum ad Digesta, commentarii a Dorotheo, Stephano et Cyrillo ad Digesta compositi, quos in scholiis exhiberi nec licuisset nec necesse fuisset, si commentario Anonymi in Basilica translato legis auctoritas fuisset tributa. Similiter, quod ad Codicem attinet, Thalelaei indicibus vel versionibus latinarum constitutionum *κατὰ πόδα* factis et promiscue in Basilicorum contextum translatis in scholiis antiquis addita sunt summaria constitutionum ex Theodori Breviario Codicis desumta; epitomis constitutionum inde a tit. 4. lib. VIII. Codicis, quae ex Anatolii commentario in Basilicorum contextu repositae sunt, in scholiis antiquis subiecta sunt summaria constitutionum ex Theodori Breviario Codicis, ad titulos, qui de donationibus agunt (tit. 53—56. ex Graecorum numerandi titulos ratione, tit. 54—57. secundum editiones Codicis in Occidente publici iuris factas), etiam ex Isidori commentario ad Codicem composito desumta. Ex Thalelaei commentario modo index, modo versio graeca latinarum constitutionum *κατὰ πόδα* facta in Basilicorum textum transiit; indici in textum translato in scholiis saepissime subiicitur versio *κατὰ πόδα*, quod cur factum sit, si index nonnisi in Basilica translatus legis vim habuisset, intelligi non potest.

Scholiis Basilicorum antiquis, quae vocantur, porro continentur *παραγραφαί*, adnotationes Iureconsultorum seculi sexti ad Digestorum vel Codicis textum pertinentes. Quibus adnotationibus in Codicibus Basilicorum manuscriptis ex eisque in Basilicorum editionibus nonnunquam verba textus Digestorum vel Codicis, ad quae adnotationes pertinent, praefixa reperiuntur. Quod ad Digesta attinet, hoc potissimum de Stephani adnotationibus intelligendum est, quae semper ad Digestorum textum pertinent; Anonymi autem adnotationes plerumque ad verba summae Digestorum in Basilicorum textum translatae pertinent, unde facile fieri potest, ut Anonymi adnotationes ad ipsum Basilicorum textum videantur pertinere. Quantum ad Codicem, scholiis antiquis continentur Thalelaei adnotationes, modo ad textus latini constitutionum, modo ad τοῦ *κατὰ πόδας* verba pertinentes, quae, si ad textum latinum pertinent, nonnunquam verba latina, quae illustrantur, in fronte posita habent; si ad *τὸ κατὰ πόδας* pertinent, huic modo statim in scholiis iunguntur, verbis versionis *κατὰ πόδα*, quae adnotatione explicantur, singulis adnotationibus praepositis, modo peculiaria scholia efficiunt, quibus saepissime verba *τοῦ κατὰ πόδας*, ad quae pertinent, reperiuntur praefixa. Quae adnotationes Thalelaei ad *τὸ κατὰ πόδας* in Basilicorum textum translatum merito adiiciebantur, cum Basilicorum textui illustrando inservirent; at si index (i. e. epitome) constitutionis in Basilicis erat positus, prorsus supervacaneae erant adnotationes tam ad textum constitutionis latinum, quam ad *τὸ κατὰ πόδας*, si Basilicorum textus unice legis vim habuisset, nec nisi adnotationes ad indicem a Thalelaeo ipso profecto erant admittendae.

Tum in scholiis antiquis, quatenus ex commentariis Iureconsultorum seculi sexti excerpta sunt, nonnisi loci librorum Iustiniani laudantur, nec vero Basilicorum. Ubi loci Basilicorum laudantur, id interpolatione nititur ea aetate facta, qua Basilicis praecipua auctoritas prae iure Iustinianeo tribuebatur. In eisdem scholiis antiquis retinetur Iureconsultorum Iustiniani aetati proximorum consuetudo locos Digestorum laudandi non secundum librorum numerum, sed secundum rationem Digesta in scholis exponendi a Iustiniano praescriptam. Ex hac libri I—IV. Digestorum laudantur nomine *τῶν πρώτων*; libri V—XI. ut pars de iudiciis, libri XII—XIX. ut pars de rebus, libri XX—XXII. nomine Antipapiani vel etiam librorum de formula hypothecaria, libri XXIII—XXXVI. nomine librorum singularium de dote (lib. XXIII—XXV.), de tutela (lib. XXVI. XXVII.), de testamentis (lib. XXVIII. XXIX.), de legatis et fideicommissis (lib. XXX—XXXVI.).

Denique in scholiis antiquis Novellae laudantur non

---

10) Plura eiusmodi mutationum et interpolationum iuris Iustinianei in Basilicis factorum exempla Balsamon in commentario ad Photii Nomocanonem retulit, quae supra congessi. Cf. Sect. II. §. 1. et not. 12. ad §. 1. 11) Hoc casu iuri Iustinianeo per Basilica derogari tradidit etiam auctor libelli, cui titulus est *μελέτη περὶ ψιλῶν συμφώνων*, meditatio de nudis pactis, in Leunclav. Iure Graeco-Romano T. II. p. 198. „*ἀλλ' εἰ μὲν ἐναντία τοῖς ἐγκαταστρωμένοις, ἢ τὴν χρῆσιν οὐ παρεχόμενα ἐν τοῖς πράγμασιν, ἢ τοῖς ὕστερον νενομοθετημένοις παραδοκιμηθέντα, εἰπὲ καὶ τοῖς οὕτως ἔχουσιν οὐ χρησόμεθα δ' οὖν.*"

solum secundum numeros, quos in corpore CLXVIII Novellarum a Basilicorum compilatoribus adhibito habent, verum etiam secundum diversas collectiones Novellarum privatas, quibus Iureconsulti seculi sexti usi sunt, unde diversitas numerorum, quibus una eademque Novella in scholiis antiquis designatur, est explicanda.

Quae omnia argumento sunt, libros iuris Iustinianei Basilicis promulgatis in usu mansisse. Neque enim intelligitur, quem in finem adnotationes Stephani, Thalelaei aliorumque Iureconsultorum ad textum librorum iuris Iustinianei pertinentes seculo decimo medio adiectae fuerint; non perspicitur, quomodo consuetudinem Iureconsultorum seculi sexti in laudandis Digestorum libris retinere potuerint scholiorum antiquorum compilatores; explicari nequit, quomodo Novellae in his scholiis aliter, atque ex collectione CLXVIII Novellarum laudari potuerint, nisi continuum librorum iuris Iustinianei usum post Basilica promulgata acceperimus.

Hactenus usum librorum iuris Iustinianei post Basilica promulgata ex scholiis antiquis duntaxat probare studuimus. Sequenti paragrapho alia huius usus argumenta proferemus.

§. 2. Vestigia usus iuris Iustinianei post Basilica promulgata usque ad seculum duodecimum.

Praeter scholia Basilicorum antiqua, quae vocantur, quibus librorum iuris Iustinianei usum post Basilica ostendere antea studuimus, alia iuris Graeco-Romani monumenta seculis proximis post Basilica promulgata vindicanda usum iuris Iustinianei continuum demonstrant. Quae nunc singula persequamur.

I. Auctor libelli, qui inscribitur: *σύντομος διαίρεσις τῶν νεαρῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ*, seculo decimo conscripti[1]) primum exponit, quaenam Novellae ex parte in Basilica translatae sint, ex parte non sint, cum vel aliis Novellis abrogentur, vel latius explicentur; deinde enumerat Novellas in Basilicis prorsus praetermissas; denique recenset Novellas in Basilicis quidem positas, desuetudine autem abrogatas. Iam per se patet, totam hanc quaestionem de Novellis in Basilica translatis vel non translatis fuisse prorsus otiosam et supervacaneam, si solis Basilicis auctoritas tributa et Novellarum usus exclusus fuisset. Quod ad rem ipsam attinet, notandum est, ex eo, quod Novella quaedam in Basilica non fuerit translata, non derivari, eam non amplius legis habere auctoritatem: causae enim, quae fuerint nonnullarum Novellarum in Basilicis praetermittendarum, in eo quaerendae sunt, quod hae Novellae iam ante Basilica promulgata amplius in usu non fuerint, qua de re Sect. II. §. 5. disseruimus. In fine libelli auctor sententias quasdam paradoxas ex Novellis notat[2]). Quae sententiae traduntur ex Novellis, nec vero ex Basilicis, ex quibus fuissent tradendae, si Novellarum usus per Basilica fuisset exclusus.

II. Index generalis librorum et titulorum Basilicis comprehensorum, qui Codice Coisliniano 151 continetur, ad plerosque Basilicorum titulos indicavit locos Digestorum, Codicis et Novellarum, ex quibus singuli Basilicorum tituli compositi sunt. Qua in re auctor huius indicis tanta versatus est diligentia, ut adeo unam ex pluribus eiusdem tituli Codicis constitutionibus, quae sola in Basilica translata est, enumeraverit. Quae fontium, ex quibus Basilica hausta sunt, accurata enumeratio, usu librorum iuris Iustinianei per Basilica sublato, prorsus abs re fuisset. Cum Codex Coislinianus seculi sit undecimi, licet indicem ipsum iam prius compositum crediderim, tamen id ipsum, quod eiusmodi index seculo undecimo huic Codici praefixus est, argumento est, hoc seculo usum librorum iuris Iustiniani adhuc obtinuisse.

III. Index Novellarum, qui nomine **Indicis Reginae** venit, seculo undecimo compositus[3]), quo ad plerasque Novellas corpore CLXVIII Novellarum comprehensas notatur, sintne in Basilica translatae an minus, ac si in Basilica translatae sunt, ubi in eis reperiantur, usum librorum iuris Iustinianei continuum, in specie Novellarum demonstrat.

IV. Auctor tractatus **de peculiis** ante seculum duodecimum scripti[4]), quamvis indicet, ubi Novellae, quibus de loquitur, in Basilicis extent, semper tamen loquitur de his, quae Novella, non Basilica, statuerit; Institutiones Theophili, Thalelaei adnotationes ad Codicis locos a se laudatus, Theodori et Symbatii interpretationes Novellarum affert.

V. Auctor tractatus **de creditis** eodem fere tempore scripti praeter Basilicorum locos affert Dorothei interpretationes ad L. 32. D. XLII. 5. et L. 24. D. XLII. 8.

VI. Michael Psellus in Synopsi legum seculo undecimo exeunte scripta exponit, quae sint partes legis[5]). Primum locum tribuit Codici, Digestis et Novellis, secundum Basilicis, quibus haec omnia contineantur in brevius redacta, sed valde obscura et ad interpretandum difficilia; denique Institutionum facit mentionem, quasi conspectus legum et introductionis in easdem, quas etiam originem universi iuris et legum antiquarum historiam tradit continere. In qua fontium iuris enumeratione Codex, Digesta et Novellae perinde inter leges etiamnunc validas referuntur, ac Basilica; neque ullum est vestigium, Psellum illarum iuris Iustinianei partium nonnisi eo consilio fecisse mentionem, quo eas fontes Basilicorum fuisse designaret. Quin etiam probari potest, Psellum librorum iuris Iustinianei non modo habuisse cognitionem, verum etiam usum eorum fecisse, maxime Novellarum. Sic septem Digestorum partes enumerat atque adeo librorum terribilium, quos *δύο φρικτὰ βιβλία* appellat, facit mentionem. Novellarum quasdam sanctiones tradit[6]); deinde dicit, non omnes in usu esse Novellas; alias enim in Basilicis non esse positas, alias in Basilicis quidem collocatas, sed tam tempore, quam per rerum vicissitudines in usu esse desiisse. Earum Novellarum, quarum usus tempore cessaverit, rubricas exhibet, non numeros, quibus in corpore CLXVIII Novellarum designantur. Inter Novellas, quae tempore in usu esse desierint, refert etiam Novellam de missis domi non celebrandis (58.) et Novellam de solutione matrimonii ex consensu (140.). Cum ambae hae Novellae auctoritate omnium reliquorum testimoniorum, quae de Novellis in Basilicis praetermissis extant (cf. Sect. II. §. 5.) ex earum sint numero, quae in Basilica

1) Hanc aetatem dicto libello vindicavit merito **Heimbach** Anecd. T. II. p. LXV sq. 2) *„σημειωτέον δέ σοι τῶν ἐν ταῖς νεαραῖς, οἷον ξένα τινά, ὅτι ὁ περιορισμὸς οὐ λύει τὰ συνοικέσια κ. τ. λ."* Cf. **Heimbach** Anecd. T. II. p. 236 sq. 3) Seculo undecimo eum tribuit **Heimbach**, Anecd. T. II. p. LXIX. 4) Cf. **Heimbach** l. l. T. II. p. LXX sq. 5) Psellum libris iuris Iustinianei fuisse usum monuit **Biener**, Gesch. der Novellen p. 142—144., quem secutus sum. 6) Vers. 365—435.

non sunt translatae, manifestum est, Psellum etiam Novellarum in Basilicis non collocatarum habuisse cognitionem. Itaque Psellus haud dubie corporis CLXVIII Novellarum plenam habuit cognitionem. Neque obstat, quod Psellus Novellas in Basilicis non positas invalidas dicere videatur, cum plerumque nonnisi eae Novellae in Basilicis sint praetermissae, quarum usus iam ante Basilica ideo, quod aliis recentioribus Novellis mutatae essent, desierat [7]).

VII. Michael Attaliata, qui librum de iure compositum et *ποίημα νομικὸν* inscriptum anno 1072. scripsit, in praefatione libros iuris Iustinianei inter fontes iuris quidem enumerat, nec vero ita, ut appareat, eos tunc temporis adhuc in usu fuisse. Nam fontes iuris ab initio inde reipublicae Romanae sigillatim persequitur, ac primum quidem leges XII tabularum, deinde responsa Prudentum, tum constitutiones Principum, porro libros iuris Iustinianei, denique Basilica. Initio singulorum titulorum lector ablegatur ad eum Basilicorum, in quo materia, qua de in titulo agitur, tractatur. Fontes, ex quibus opusculum haustum est, praeter Basilica sunt Prochirum [8]) aliique incerti [9]). Novellarum usum Michael Attaliata duntaxat earum fecit, quae in Basilica fuerunt translatae [10]), neque apparet, utrum Novellarum in Basilicis non collocatarum notitiam habuerit, necne. Novellarum modo exhibuit textum, modo summaria ex Theodori Breviario Novellarum desumta [11]). Extant tamen apud eum epitomae Novellarum, quae neque in Theodori Breviario, neque in Athanasii commentario Novellarum reperiuntur, nec cum epitomis Novellarum, quarum auctores incerti sunt, novissimo tempore editis [12]) conveniunt [13]). Quod ad Codicem attinet, auctor opusculi non solum ex Basilicis, verum etiam ex Iureconsultorum seculi sexti commentariis videtur hausisse. Reperiuntur enim apud eum constitutionum epitomae, quae neque in Basilicis, neque in scholiis antiquis extant; itaque ex commentariis aliorum veterum Iureconsultorum, quam Thalelaei et Theodori, puta ex commentariis Anatolii, Isidori vel Stephani haustae esse debent [14]). Ab auctore libelli ipso has epitomas compositas non crediderim, cum in promtu essent Iureconsultorum commentarii, ex quibus haurire poterat atque ita labore epitomas conficiendi supersedere. Quibus commentariis utrum, ut ita dicam, immediate usus fuerit, an collectione quadam, qua fragmenta eiusmodi commentariorum continebantur, cuiusmodi verbi causa est Appendix Eclogae, equidem non audeo decernere. Certum est, auctorem ex scholiis Basilicorum antiquis non solum hausisse. Licet enim non ad omnes Basilicorum libros scholia antiqua aetatem tulerint, ex his tamen, quae supersunt, apparet, Thalelaei et Theodori commentarios Codicis potissimum fuisse excerptos, rarius Anatolii et Isidori. Anatolii commentarium etiam recentiores Basilicorum scholiastae norunt ex eoque epitomas constitutionum nonnunquam in scholiis exhibuerunt [15]). Itaque non assentior Bienero [16]) existimanti, Michaelem Attaliatam legis auctoritatem nonnisi Basilicis tribuisse, et librorum iuris Iustinianei ideo duntaxat fecisse mentionem, quod Basilica ex his hausta fuissent. Nam si Michael Attaliata in praefatione operis, postquam inde a legibus XII tabularum usque ad Basilica Leonis breviter originem fontium iuris enarravit, haec addit: *καὶ ταῦτα μὲν εἰς παράστασιν τῆς τε τῶν νόμων ἀρχαιογονίας, καὶ τῆς τῶν νῦν*

7) Biener l. l. p. 144. 8) Ex Prochiro hausti verbi causa sunt hi loci: Tit. XIII. §. 3. — Proch. tit. XVII. cap. 22. Tit. XIII. §. 5. — Proch. tit. XVII. §. 25. Tit. XXIV. §. 4. — Proch. tit. II. cap. 1. Tit. XXV. §. 3. — Proch. tit. IV. cap. 2. 3. Tit. XXVI. §. 1. 2. 3. 4. — Proch. tit. VII. cap 1. 2. 3. Tit. LXX. §. 22. — Proch. tit. XXXIX. cap. 45. Tit LXX. §. 24—34. — Proch. tit. XXXIX. cap. 63. 65—70. 72. 71. Tit. LXXI. §. 16. — Proch. tit XXXIX. cap. 21. Tit. LXXI. §. 19. — Proch. tit. XXXIX. cap. 35. Tit. LXXIV. §. 4 — Proch. tit. XXXIX. cap. 58. Tit. LXXV. §. 1. init. u. a. v. *νομισμάτων* — Proch. tit. XXXIX. cap. 24. Tit. LXXXVI. §. 1. u. a. v. *χειροκοπείσθω*. — Proch. tit. XXXIX. cap. 14. In tit LXII. §. 1. a v. *ἐπὶ δὲ τῶν ἀτίμων* poenae ex Proch. tit. XXXIX. cap. 56. desumtae sunt, verbis Prochiri mutatis. Fons tituli XXXI. § 2. est Proch. tit. XXI. cap. 4., cuius verba paululum transposita sunt. 9) Loci, quorum fontes incerti sunt, hi sunt: Tit. IX. §. 1. Tit. X. §. 2 Tit. XI. §. 1. Tit. XII. §. 4—7. Tit. XIII. §. 1. 2. 4. Tit. XIV. §. 1. Tit. XV. §. 1. 2. Tit. XVI. §. 1. 4. Tit. XVIII. §. 12. Tit. XIX. §. 11. 12. Tit. XXI. §. 4. 6. Tit. XXII. §. 1—3. Tit. XXIII. §. 1. 2. Tit. XXIV. §. 5. Tit. XXV. §. 6. Tit. XXVII. §. 1. 2. 4. 5. Tit. XXVIII. §. 7. 8. Tit. XXXIII. §. 3. 4. Tit. XXXV. §. 3. Tit. XXXVII. §. 1—6. Tit. XXXVIII. §. 1. Tit. XXXIX. §. 3. 9. Tit. XLIV. §. 4. Tit. XLVI. §. 1. 2. Tit. XLVII. §. 2. a v. *ἐπειδὴ* et §. 3. Tit. LIII. §. 1—4. 8. 9. Tit. LIV. §. 5. 7—10. Tit. LV. §. 8. Tit. LVI. §. 1—4. 10. Tit. LIX. §. 4. Tit. LXX. §. 13. Tit. LXXI. §. 11—13. 20. Tit LXXII. §. 3. 7. 11. Tit. LXXIV. §. 3. Tit. LXXV. § 1. pars et §. 2. Tit LXXVIII. §. 11. Tit. LXXXI. §. 6. Tit. LXXXIV. §. 3. Tit. LXXXVI. §. 1. a v. *ὁ δὲ δεσπότης*. Tit. XC. §. 1. Tit. XCI. §. 1. Tit. XCIV. §. 1. 3. Tit. XCV. §. 4. Titulus XLVIII. ex libro LIII Basilicorum, ad quem initio tituli lector ablegatur, haustus videtur. 10) Vestigia harum Novellarum in opusculo deprehenduntur: Nov. 18. cap. 1. — Tit. XXVII. §. 1. Nov. 61. cap. 1. — Tit. XXVIII. §. 9. Nov. 87. pr. — Tit. XLIV. §. 4. Nov. 89. cap. 8. — Tit. XXV. §. 7. Nov. 90. cap. 5. — Tit. XVI. §. 20. Nov. 100. cap. 1. — Tit. XXIX. §. 1. Nov. 115. cap. 5. — Tit. XIX. §. 13. fin. Nov. 117. cap. 2. — Tit. XXV. §. 7. Nov. 118. pr. cap. 1. 2. 3. 4. — Tit. XLI. § 3. 4. 5. 6. Nov. 120. cap. 6. 7. 8. — Tit. III. §. 21. 22. Nov. 121. — Tit. XIX. §. 4 Nov. 123. cap. 5. 11. 16. 17. 20. 22. 31. 41. 42. 43. — Tit. III. §. 6—15. Nov. 131. cap. 6. — Tit. III. §. 24. Nov. 131. cap. 13. — Tit. III. §. 23. Nov. 131. cap. 14. — Tit. III. §. 4. Nov. 134. cap. 9. — Tit. LXXXII. §. 2. Nov. 134. cap. 13. — Tit. XCII. Nov. 164. cap. 1. — Tit. XLI. §. 7. 8. 11) Summaria capitum 5. 22. 31. Novellae 123. hausta sunt ex Theodori Breviario Novellarum; summaria capitum 16. 17. 20. eiusdem Novellae similia sunt his, quae a Theodoro exhibentur, nec tamen in omnibus cum eis conveniunt. 12) Cf. Zachariae de L. Anecd. p. 212 sq. 13) Eiusmodi epitomas Michael Attaliata habet harum Novellarum: Nov. 89. cap. 8. — Tit. XXV. §. 7. Nov. 90. cap. 5. — Tit. XVI. §. 20. Nov. 100. cap. 1. — Tit. XXIX. §. 1. Nov. 115. cap. 5. — Tit. XIX. §. 13. Nov. 120. cap. 6. 7. 8. — Tit. III. §. 21. 22. Nov. 131. cap. 6. 14. — Tit. III. §. 4. 24. Haud scio, an hae epitomae e Philoxeni vel Symbatii commentariis haustae sint. 14) Titulis prioribus undeviginti operis Michaelis Attaliatae perlustratis epitomas harum constitutionum inveni a Basilicorum textu diversas neque in scholiis antiquis extantes: L. 6 C. I. 9. (Basil. I. 1. 38.). — Tit. III. §. 3. L. 2. C. I. 12. (in Basil. deest). — Tit. III. §. 19. L. 5. C. II. 1. (Basil. VII. 18. 18.). — Tit. XIX. §. 5. L. 6. C. II. 1. (Basil. VII. 18. 19.). — Tit. XIX. §. 6. L. 2. C. II. 44. (Basil. X. 27. 2. XXVIII. 2. 4.). — Tit. V. §. 3. L. 7. C. II. 52. (Basil. X. 34. 7.). — Tit. V. §. 4. L 1. C. IV. 2. (Basil. XXIII. 1. 45.). — Tit. XIX. §. 8. L. 9. §. 1. C. IV. 20. (Basil. XXI. 1. 33.). — Tit. XVI. §. 14. L. 15 §. 1. C. IV. 20. (Basil. XXI. 1. 40.) — Tit. XVI §. 15. L. 18. C IV. 20. (Basil. XXI. 1. 42.). — Tit XVI. §. 19. L. 19. C. IV. 20. (Basil. XXI. 1. 43.). — Tit. XVI. §. 18. L. 2. C. IV. 66. (Basil. XX. 2. 2.). — Tit. XIV. §. 2. Sic epitome L. 1. C. IV. 12. differt e summario Theodori (Sch. *Θεοδώρου* Basil. Heimb. T. II. p. 642). Epitome L. 9. §. 1. C. IV. 20. a Michaele Attaliata exhibita differt a summariis tam Theodori (Sch. *Εἷς μόνος* T. II. p. 405.), quam Anatolii (Sch. *Νομίζω* a v. *ἀνάγνωθι καὶ τὸν Ἀνατόλιον* T. II. p. 405.). 15) Cf. Sch. *Θαλελαίου* inde a v.: *οὕτως ἔχει ὁ Ἀνατόλιος* Basil. Heimb. T. II. p 402. Sch *Νομίζω* inde a v.: *ἀνάγνωθι καὶ τὸν Ἀνατόλιον* T. II. p. 405. Sch. 7. 8. 11. T. II. p. 410. 411. Quae apud Michaelem Attaliatam Tit. XVI. §. 15. legitur epitome Legis 15. §. 1. C. IV. 20., cum summario Anatolii, quod exhibetur in Sch. 7. 8. 11. T. II. p. 410. 411., non convenit; ergo probabile est, eam ex Isidori vel Stephani commentario esse haustam. 16) Biener, Gesch. der Novellen p. 144 sq.

πραττομένων ἑξήκοντα βίβλων ὀργανώσεως"[17]), his ultimis verbis noluit designare, Basilica sola sua aetate in usu esse et librorum iuris Iustinianei usum fuisse exclusum, sed nihil aliud eis exprimere voluit, quam conditionem iuris tunc temporis obtinentem, ex qua, uti ex *Πεῖρα* seculo undecimo medio scripta apparet, secundum Basilica quidem a iudicibus lites decidi solebant, interpretandis autem iis tam libri iuris Iustinianei, quam commentarii Iureconsultorum seculi sexti adhibebantur[18]). Cui suffragatur tam quod Michael Attaliata, uti vidimus, ex commentariis Iureconsultorum seculi sexti ipse hausit, quam quod sententia de legis auctoritate solis Basilicis tribuenda seculo demum duodecimo obtinuit, uti infra pluribus demonstrabitur.

VIII. Scholia Basilicorum recentiora usum commentariorum de libris iuris Iustinianei compositorum post Basilica promulgata luculenter demonstrant. Saepissime enim in his scholiis provocatur ad interpretes librorum iuris Iustinianei, quorum commentarii in scholiis antiquis excerpti sunt. Qui interpretes a recentioribus scholiastis appellantur *οἱ παλαιοί*. Antiquorum interpretum sententiae a scholiastis recentioribus modo probantur, modo reiiciuntur[19]). Scholiastae non solum scholiorum antiquorum, verum etiam commentariorum veterum Iureconsultorum, quatenus scholiis antiquis non continebantur, rationem habuerunt[20]). Ceterum de mutua inter Basilica et commentarios de iure Iustinianeo a Iureconsultis seculi sexti compositos intercedente ratione variae deprehenduntur in scholiis recentioribus sententiae. Modo simpliciter dissensus Basilicorum et veterum interpretum mentio fit neque additur, quorum praevaleat auctoritas[21]), modo disertis verbis dicitur, praecipuam esse Basilicorum auctoritatem[22]), modo veteris interpretis sententia Basilicis praefertur[23]). Negari quidem nequit, scholia recentiora non omnia eiusdem esse aetatis; diversa autem, quibus Basilicis adiecta sunt, tempora non sufficiunt ad dissensum scholiastarum explicandum. Quamvis enim unum alterumve horum scholiorum auctoris sit, qui eo vixit tempore, quo sententia obtinuerat de praecipua auctoritate Basilicis prae iure Iustinianeo tribuenda[24]), id tamen non valet de omnibus. Quamobrem ita sentio, fuisse inter scholiastas recentiores alios, qui Basilica iuri Iustinianeo praevalere crederent, aliosque qui utrique legum corpori parem tribuerent auctoritatem.

IX. Optime rationem, quae inter Basilica et libros iuris Iustinianei, id est, commentarios veterum interpretum ad eos compositos seculo decimo et undecimo intercessit, *Πεῖρα* circa seculum undecimum medium scripta illustrat[25]). Leges, quae in iudiciis adhibebantur, secundum hoc opus erant Basilica, quae in libro appellantur *τὰ βασιλικά, οἱ βασιλικοὶ δέλτοι, τὸ ἔδαφος τῶν νόμων*[26]), et Novellae Imperatorum Leonis, Romani et Basilii. Interpretationi legum in *Πεῖρα* a iudicibus adhibentur modo in universum ius Iustinianeum, quod uno loco appellatur „*ἀνακάθαρσις τῶν νόμων Ἰουστινιανοῦ*"[27]), modo *τὸ πλάτος* Stephani[28]), modo *τὸ πλάτος τῶν κωδίκων*[29]) vel *τὸ κατὰ πόδας* Thalelaei eiusque adnotationes[30]), modo index Digestorum Cyrilli[31]), modo summaria Theodori[32]). Uno loco etiam Theophilus ad Digesta laudatur[33]). Laudantur etiam singulae iuris Iustinianei partes, veluti Institutiones[34]) et Digesta[35]). Nonnunquam certum est, commentarios veterum interpretum ipsos fuisse adhibitos[36]); de aliis locis, ubi veteres interpretes allegantur, dubitari potest, an eorum

---

17) Cf. Leunclav. Ius Graeco-Rom. T. II. p. 2. 18) Cf. Zachariae de L. in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1847. p. 606. 19) Reiicitur interpretis veteris sententia verbi causa in Sch. 1. a v. *Τοῦ αὐτοῦ* Basil. Heimb. T. V. p. 335. Sch. *Σημείωσαι* T. V. p. 433. 20) Quod probatur locis ex Anatolii commentario ad Codicem in scholiis adductis in nota 15. 21) Cf. Sch. *Καὶ τὴν* Basil. Heimb. T. V. p. 312. 22) Cf. Sch. *Πάνυ* Basil. Heimb. T. V. p. 623. „*Πάνυ ἀμέτοχον οἶμαι τὸν Παλαιὸν τοῦ παρόντος κεφαλαίου. πρὸς τὸ κεφάλαιον ἄλλο γὰρ θεματίζει ὁ Βασιλικὸς, καὶ ἄλλο ἑρμηνεύει ὁ Παλαιός. τὸ μὲν γὰρ κείμενον ἐπερωτηθέντα τινὰ θεματίζει ὡς μέλλοντα δανεισθῆναι· ἐφ' οὗ θέματος οὐκ ἔχει χώραν ἡ τῆς ἀναργυρίας παραγραφή. αὕτη γὰρ τότε χώραν ἔχει, ὅτε τὸ χειρόγραφον συντίθεται ὡς ἀνεὶ ἀριθμουμένων νομισμάτων, ὡς κεφ. ξε'. ὁ δὲ Παλαιὸς ἑρμηνεύει θεματισμὸν ἔχοντα προβαίνουσαν τάχα ἀρίθμησιν. ὡς μὲν οὖν ἀμέτοχον τοῦ κειμένου παράτρεχε αὐτόν· ὡς δὲ διαστίξεις τινὰς χρησίμους παραδιδόντα ἀναγίνωσκε.*" Sch. *Καὶ ἰδοὺ* T. V. p. 735. „*Καὶ ἰδοὺ μανθάνεις, ὅτι τὸ περὶ μοιχείας ἐντὸς πενταετίας καὶ ἐντὸς ἓξ μηνῶν κινεῖται. ὁ μὲν διδάσκαλός μου Ἁγιοθεοδωρίτος ἔλεγεν, ἐντὸς μὲν πενταετίας κινεῖσθαι παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἀνδρὸς, ἐντὸς δὲ ἓξ μηνῶν κινεῖν τοὺς ἄλλους τοὺς μετ' αὐτοὺς, ὡς κεφ. ζ'. θεμ. α'. χρᾶται γὰρ αὐτῷ τάχα πρὸς κατασκευήν. ὁ δὲ Νικαεὺς λέγει, ὅτι ἐντὸς μὲν πέντε ἐτῶν κινεῖται κατὰ τοῦ μοιχοῦ, κατὰ δὲ τῆς μοιχαλίδος ἐντὸς ς'. μηνῶν. κατασκευάζει δὲ τοῦτο ἀπὸ τοῦ . . . κεφ. πλὴν ἀνάγνωθι τὸν τίτλον ἅπαντα καὶ εὑρήσεις συντρέχοντα τὰ κεφάλαια τῇ ἐξηγήσει τοῦ Νικαέως, ἐναντιούμενον δὲ μόνον τὸν Παλαιὸν τοῦ νε'. κεφ. περὶ τὸ τέλος, ὅστις ὡς μὴ ἀπὸ Βασιλικῶν λέγων, ἀλλ' ἀφ' ἑαυτοῦ, οὐ πιστευθήσεται.*" Sch. 4. T. V. p. 826. „*Μὴ θαυμάσῃς, πῶς τοῦ τέλους τοῦ ς'. κεφ. ἀναφανδὸν διακηρυκεύοντος, ἐπὶ τοῦ Φαβίου νόμου μὴ εἶναι χρηματικὴν ποινὴν, μόνην δὲ ἐγκληματικὴν ἐπεξέλευσιν ἔχειν πρὸς τὸ πλημμέλημα, τὸ παρὸν τοῦτο κεφάλαιον περὶ χρηματικῆς ποινῆς διαλέγεται ἐκ τῶν τοῦ Φαβίου ῥημάτων ὂν καὶ αὐτό. ἀλλ' ἴσθι, ὅτι τοῦτο, εἰ καὶ ἐκ τῶν τοῦ Φαβίου ῥημάτων ἐστὶν, ἀλλ' ἐκαινοτομήθη ὑπὸ τοῦ Βασιλικοῦ.*" Sch. *Ζήτει* T. V. p. 892. „*Ζήτει βιβ. ζ'. τιτ. ια'. κεφ. α'. καὶ μὴ ἐναντιωθῇ σοι τὸ κατὰ πόδας λέγον, τὸν περιορισμὸν καὶ τῆς ἐλευθερίας ἔκπτωσιν ἐπάγειν τῷ περιοριζομένῳ. ἀλλὰ πρόσεχε τῷ Βασιλικῷ εἰπόντι, τὸν περιοριζόμενον τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκπίπτειν πολιτείας, οὐ μὴν καὶ τῆς ἐλευθερίας.*" 23) Cf. Sch. *Συγκεχυμένη* Basil. Heimb. T. III. p. 733. „*Συγκεχυμένη ἡ τοῦ Βασιλικοῦ ἔκδοσις, μὴ διαστειλαμένη περὶ τοῦ μαινομένου, ἀλλ' ὁμοίως εἰπόντος καὶ τοῦτον ἐνέχεσθαι. οὐκοῦν προσεκτέον τῷ Κυρίλλῳ. ἐπὶ γὰρ τοῦ μαινομένου ἀποκατάστασις μὲν τῷ κατὰ ἄγνοιαν συναλλάσσοντι δίδοται· οὐ μὴν ἐνοχή τις τῷ μαινομένῳ ἐπάγεται.*" Scholiastes ad L. 1. pr. §. 1—4. D. XXVII. 6. (Basil. XXXVIII. 6. 1.) dicit, confusam esse Basilicorum editionem, i. e. textum, quae non distinguat in furioso, sed similiter etiam hunc teneri dicat, ideoque adhaerendum esse Cyrillo, cuius index loci Digestorum laudati exhibetur in Sch. 2. T. III. p. 733. 24) Sic Sch. *Καὶ ἰδοὺ* T. V. p. 635. auctoris est, qui seculo duodecimo exeunte vixit; Hagiotheodoritam enim praeceptorem appellat, quo designari videtur Michael Hagiotheodorita, Logotheta Dromi, cuius in subscriptionibus quatuor Novellarum Imperatoris Manuelis Comneni anno 1166. mentio facta est. Cf. Zachariae de L. Ius Graeco-Rom. P. III. Coll. IV. Nov. LXVI. LXVII. LXVIII. LXIX. Itaque aetas auctoris huius scholii eadem est, quae Balsamonis, atque hac aetate sententia de praecipua auctoritate Basilicis tribuenda obtinuerat. 25) Cf. Zachariae de L. in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1847. p. 606 sq. De aetate, qua liber scriptus est, disseruit l. l. p. 605. 26) Basilica appellantur *οἱ βασιλικοὶ δέλτοι* in *Πεῖρα* tit. XXXVIII. §. 8.; *τὸ ἔδαφος τῶν νόμων* tit. LIV §. 10. 27) *Πεῖρα* tit. LXVII. §. 1. 28) *Πεῖρα* tit. XVI. §. 9. tit. XIX. §. 15. tit. XXXI. §. 10. tit. XXXIV. §. 1. tit. XXXVIII. §. 21. 26. 31. 33. 44. 47. 62. 66. 69. 70. 73. 79. 80. 82. tit. XLII. §. 8. 29) *Πεῖρα* tit. VIII. §. 25. 30) *Πεῖρα* tit. VII. §. 1. tit. XXXVI. §. 2. tit. XLI. §. 23 tit. LIX. §. 3. tit. LXVI. §. 8. 9. 31) *Πεῖρα* tit. XXVI. §. 12. tit. XXXVI. §. 15. tit. XLI. § 15. 32) *Πεῖρα* tit. XXXVIII. §. 8. tit. XLI. §. 25. 33) *Πεῖρα* tit. XXXVI. §. 15. 34) *Πεῖρα* tit. XXXVI. §. 3. tit. XXXVIII. §. 8. tit. LI. §. 24. 35) *Πεῖρα* tit. XVII. §. 17. tit. XXVI. §. 12. tit. XLIX §. 19. tit. LIV. §. 10. 36) Exemplum praebet *Πεῖρα* tit. XVI. §. 9. „*Ὅτι τὸ γράφον νόμιμον· „„δήλῳ πράγματι ἡ αἰτία ἐπίτροπος οὐ δίδοται"" φιλονεικηθὲν καὶ στασιασθὲν παρὰ τῶν κριτῶν ὁ Μάγιστρος ἐρευνήσας ἀκριβῶς καὶ τὸν ἑρμηνευτὴν Στέφανον ἀναγνοὺς οὕτως ἡρμήνευσεν κ. τ. λ.*"

interpretationes ex scholiis Basilicorum antiquis petitae sint, cum certum sit, auctorem operis iam scholiorum ad Basilica habuisse cognitionem [37]).

X. Gravissimum usus iuris Iustinianei per duo adhuc secula post Basilica promulgata continuati testimonium praebent Novellae Imperatorum, qui post Leonem Sapientem summam rerum tenuerunt. Mos quidem Basilica allegandi iam mature in ipsis Imperatorum Novellis invaluit. In Novella Romani iunioris περὶ προςτίμων, de poenae stipulationibus, inter annum 959. et 963. promulgata, loci nonnulli Basilicorum, nomine Basilicorum non addito, ut νόμοι laudantur [38]). Sed praeter Basilica in Novellis Imperatorum etiam librorum iuris Iustinianei et commentariorum de eis compositorum ratio habetur. Cuius rei exempla seculo undecimo exeunte haec sunt. In Novella Nicephori Botoniatae anno 1080. promulgata [39]) mentio fit Theodosii Magni et constitutionis ab eo cum Gratiano et Valentiniano II. promulgatae, qua executio supplicii in eos, quos Imperator occidi iusserit, in dies triginta differtur [40]). In Basilicis quidem extat τὸ κατὰ πόδας huius constitutionis lib. LX. tit. 51. cap. 57.; sed cum in Basilicis inscriptiones constitutionum omissae sint, Imperator Nicephorus Theodosii nomen etsi non ex ipso Codice, at certe ex Thalelaei commentario hausisse videtur, quem ipsum adierit necesse est, cum nec scholia antiqua nomina Imperatorum, quorum constitutiones explicantur, soleant suppeditare. In Novella Alexii Comneni anno 1082. promulgata [41]) mentio fit dissensus iudicum iudicii Drungarici, quorum alii forenses sive publicas scripturas ex auctoritate Novellarum Iustiniani [42]) eas dicebant, quae apud tabellionem perfectae essent et usitatas praeterea completiones haberent, alii ad forensem sive publicam scripturam solas tabellionum subscriptiones sufficere arbitrabantur. Itaque Novellis adeo in Basilicis positis iudices auctoritatem legis non tribuebant ideo, quod in Basilicis essent collocatae, sed ut Novellis, et ipsas Novellas, nec vero Basilica allegabant. Dignissima autem est, cuius mentio fiat, Novella Alexii Comneni anno 1082. promulgata de iureiurando corporali minorum XXV annis et de in integrum restitutione eis post praestitum eiusmodi iusiurandum deneganda [43]). Laudantur in hac Novella duo Basilicorum capitula, alterum lib. X. tit. 10. cap. 1. (L. 1. C. Si adversus venditionem II. 27.), alterum lib. X. tit. 25. cap. 3. (L. 3. C. Si minor se maiorem dixerit II. 42.), et mentio fit interpretationis loci posterioris a nonnullis iudicibus factae. Dicebant enim nonnulli iudices, locum ex Thalelaeo interpretantes, adversus aetatem quidem iusiurandum corporale valere, adversus alios autem contractus eiusmodi iureiurando confirmatos in integrum restitutionem esse inefficacem; Thalelaeum enim rescriptum Imperatoris interpretatum dixisse, Imperatorem videri dicere, posse quidem minorem adversus suam confessionem et iusiurandum in integrum restitutionem petere, nec vero eum ab Imperatore ad hoc propelli. Iudices ita locum interpretantes valde errare Alexius dicit, qui Thalelaei opinioni vim tribuant maiorem, quam interpretationi verborum Principis ex his ipsis statim apparenti. In eadem Novella laudatur Theodori, qui nomine Ἑρμουπολίτης designatur, summarium L. 1. C. II. 27., et Thalelaei ad eundem locum adnotatio.

§. 3. Dissensus Iureconsultorum de mutua Basilicorum et iuris Iustinianei ratione.

Ex testimoniis modo adductis cum appareat, seculo undecimo exeunte libros iuris Iustinianei et commentarios de eis compositos in usu fuisse, necesse est, ut initium sententiae eorum, qui Basilicis praecipuam tribuebant auctoritatem, in seculum duodecimum conferamus [1]). Itaque duodecimo demum seculo Iureconsulti in diversas sententias de mutua iuris Iustinianei et Basilicorum ratione abierunt, quorum alii utrique legum corpori eandem vim tribuerunt, alii Basilicis prae iure Iustinianeo auctoritatem vindicarunt. Atque hi facile ad sententiam istam pervenire poterant, licet haec nulla lege niteretur. Nam cum Basilica eo potissimum consilio fuerint composita, ut quae ad eandem materiam pertinentia in diversis iuris Iustinianei partibus dispersa iacerent, coniungerentur et uno legum corpore comprehenderentur, et scholia antiqua ex commentariis Iureconsultorum seculi sexti excerpta seculo decimo circiter medio Basilicis adiecta aditum ad ipsos iuris Iustinianei fontes praeberent, ita ut usus ipsorum commentariorum supervacaneus videretur, fieri non poterat, quin plerique commoditatis amore et inertia moti nonnisi Basilicis et scholiis antiquis uterentur ac Basilica pro studii iuris civilis fundamento haberent, cum ex diverso non deessent alii, licet pauciores, qui studio veterum commentariorum se supersedere non posse arbitrarentur [2]).

Vestigia huius dissensus in scholiis Basilicorum recentioribus obvia paulo ante indicavi [3]). Quorum scholiorum origo quamvis inceperit a seculo decimo medio et exeunte, ex argumentis tamen, quae adduximus, apparet, dissensum scholiastarum de auctoritate Basilicis prae iure Iustinianeo tribuenda ante seculum duodecimum accipi non posse, cum iuris Iustinianei auctoritatem Imperatores adeo in constitutionibus suis agnoverint atque ad illud, non ad Basilica, provocaverint. Ceterum dissensus scholiastarum pertinebat nonnisi ad Basilica et scholia antiqua. Dissentiebant enim scholiastae nonnisi in eo, utrum, cum Basilica et scholia antiqua sibi invicem contradicerent, haec illis essent praeferenda, necne.

Seculo duodecimo secundum ea, quae dixi, etiam vindicaverim libellum, qui inscribitur μελέτη περὶ ψιλῶν συμφώνων, meditatio de nudis pactis, et auctori incerto debetur [4]). In collegio quodam iudicum (συνέδριον) species obvenerat huiusmodi. Aurum quidam numerarunt monasterio ea lege, ut, qui hoc dedissent, perinde

37) Saepius enim laudantur παραγραφαί ad Basilicorum locos allegatos, quae haud dubie ex scholiis antiquis petitae sunt. Cf. Πεῖρα tit. VI. §. 12. 15. 31. tit. VIII. §. 31. aliisque locis. 38) Hi loci sunt Basil. lib. XI. tit. 1. cap. 10. et lib. XLIII. tit. 1. cap. 68. 74. 78. tit. 5. cap. 5. Cf. Zachariae de L. Ius Graeco-Rom. P. III. p. 288. 289. Hanc Novellam primum edidit Witte in Heimbach Anecd. T. II. p. 275.; deinde Zachariae de L. l. l. p. 287—289. 39) Hanc Novellam primus edidit Witte in Heimbach Anecd. T. II. p. 279 sq.; deinde Zachariae de L. l. l. p. 331—338. 40) Est L. 3. C. Th. IX. 40. L. 20. C. Iust. IX. 47. 41) Cf. Leunclav. Ius Graeco-Rom. P. II. p. 179. Zachariae de L. l. l. p. 350—355. 42) Designantur Nov. 44. cap. 1. (Basil. XXII. 2. 1.) et Nov. 49. cap. 2 (Basil. XXII. 3. 1.). 43) Edidit hanc Novellam Zachariae de L. Hist. iur. Gr.-Rom. delin. p. 123—129. et Ius Gr.-Rom. P. III. p. 342—348.

1) Biener, Gesch. der Novellen p. 145. id iam seculo undecimo factum arbitratur. 2) Biener l. l. p. 145. 3) Cf. §. 2. 4) Biener l. l. p. 145 sq., cuius ceterum vestigia premo, hunc libellum seculo undecimo vindicavit. E Codice Francisci Pithoei hunc libellum edidit Leunclavius, Ius Gr.-Rom. T. II. p. 192—202.

atque alii manerent in monasterio et certa quaedam acciperent nec quisquam ad tonsuram cogeretur, donec ipsi lubitum esset [5]). Inter iudices de vi et efficacia huius conventionis orta est contentio. Ipsam controversiam, qua de agebatur, non est necesse pluribus persequamur. Alii e iudicibus hanc conventionem sustentabant et pro contractu facio ut facias habebant; alii aliud sentiebant. Qui priorem sententiam tuebantur, provocabant ad Digesta, id est, ad *τὸ πλάτος* Stephani, ad indicem huius Iureconsulti, qui hac de re latius disseruerat [6]). Qui contra sentiebant, Basilicorum auctoritate se tuebantur neque ullam Digestorum et Stephani, interpretis eorum, rationem haberi volebant. Quorum sententia in proposita specie obtinuerit, ignoratur. Res eodem die non est decisa; imo iudices ampliati rem esse videntur. Nam sequenti die [7]) unus eorum, qui priorem sententiam defenderant, libellum *μελέτη περὶ ψιλῶν συμφώνων* inscriptum composuit, quo suam eorumque, qui idem sensissent, sententiam defenderet, eumque libellum contrariae sententiae defensoribus transmisit, quo, ut in fine libelli dicit, suam quoque sententiam in medium proferrent [8]). Quod ad speciem attinet propositam, auctor libelli primum sententiam suam, nisus auctoritate indicis Stephani, qui etiam *τὸ πλάτος τῶν διγέστων* ibi appellatur, explicuit [9]); deinde ex Basilicis eam studuit firmare; denique eam ad speciem propositam applicavit. De ratione inter libros iuris Iustinianei, praesertim Digesta, et Basilica intercedente auctor hoc sentit. Primo loco Digestis censet operam dandam, cum abundantius, copiosius et concinnius de iuris materiis disserant: secundo loco Basilicis operam vult navari, quippe quae sine Digestorum studio non bene intelligantur [10]). Itaque Digestis et Basilicis auctor libelli in universum parem vindicat auctoritatem et commentarios ad Digesta scriptos, in specie proposita commentarium Stephani, interpretationis causa praeter Basilica censet adhibendos. Tum demum Basilicorum auctoritatem concedit praevalere, cum ius vetus Basilicis repugnet vel Basilica manifesto aliud quid statuant [11]).

§. 4. Quo tempore iuris Iustinianei usus cessaverit?

In dissensu Iureconsultorum de mutua iuris Iustinianei et Basilicorum ratione tandem seculo duodecimo exeunte sententia obtinuit existimantium, nonnisi Basilica legis vim habere, neque ullam commentariorum a Iureconsultis seculi sexti ad libros iuris Iustinianei scriptorum rationem in iudiciis esse habendam. Quae sententia ut obtinuerit, licet horum commentariorum usus nulla lege prohiberetur, variae fuisse videntur causae. Ac primum quidem fieri non potuit, quin, cum in iudiciis ad Basilica, ad leges quippe provocaretur et ex veterum Iureconsultorum commentariis interpretationis duntaxat subsidia repeterentur, quod factum esse liber, qui *Πεῖρα* inscriptus est, docet, paulatim eo pervenirent plerique, qui causis orandis et decidendis operam dabant, ut Basilicis solis vim legis tribuerent. Deinde commodus Basilicorum usus, quibus quae in diversis iuris Iustinianei partibus dispersa essent ad eandem iuris materiam pertinentia, in uno titulo vel certe libro congesta continebantur, effecit, ut plerique commoditatis amore ac vi inertiae moti Basilicorum nonnisi studio vacarent et veterum interpretum commentarios negligerent. Ad eandem rem fecisse videtur, quod in Basilicis maximam partem deleta fuerunt, quae memoriam originis eorum ex libris iuris Iustinianei repetendae possent conservare ac renovare. Fragmenta Digestorum in Basilica translata carebant inscriptionibus, quibus fons uniuscuiusque fragmenti indicatur; constitutiones Codicis in Basilicis positae erant sine inscriptionibus et subscriptionibus; Novellae in Basilica translatae carebant prooemio et epilogo. Fieri non potuit, quin ea aetate, qua ipsa respublica ad interitum vergebat, qui legum studio vacarent, Basilicorum corpus vestigiis originis, quam ex iure Iustinianeo habuit, carens plenam, perfectam atque absolutam legum collectionem esse arbitrarentur. Si quis obiecerit, in Basilicis certe quod ad Digesta attinet, locis ex Digestis desumtis nomina Iureconsultorum, quorum ex libris singula fragmenta hausta sunt, esse praefixa eoque effectum, ut originis Basilicorum ex iure Iustinianeo repetendae haud facile quisquam potuerit esse immemor, respondeo, haec nomina Iureconsultorum praefixa haud magni fuisse momenti eo tempore, quo eius aetatis, qua floruerunt illi Iureconsulti, vix ulla extaret memoria, et potuisse eos, qui Basilicis operam darent, ut haec nomina inutilia et supervacanea esse crederent, facile eo adduci, quod Iustinianus ipse Digesta pro pleno et absoluto legum corpore, quo nihil contrarium contineretur, habuisset. Quod ut crederent, haud scio an etiam illud effecerit, quod multi Digestorum loci constitutionibus Codice comprehensis et Novellis Iustiniani mutati et abrogati sunt. Ut usus ipsorum commentariorum de iure Iustinianeo compositorum cessaret, effecerunt etiam scholia Basilicorum, quae vocantur antiqua, quippe quibus quasi perpetuus commentarius ad Basilica ex commentariis Dorothei, Stephani, Cyrilli et Anonymi ad Digesta, Thalelaei et Theodori ad Codicem, aliorumque Iureconsultorum haustus exhiberetur. Quae scholia, licet ab initio eo consilio fuerint composita, ut usum veterum commentariorum sublevarent, non ut eum excluderent, tamen paulatim effecerunt, ut ipsorum commentariorum usus prorsus ne-

5) Leunclavius l. l. p. 200. 6) Loci indicis Stephani, qui huc pertinent, in scholiis Basilicorum supersunt et e Codice Coisliniano 151 integriores a me editi sunt, a Fabroto e Codice Parisiensi 1352. Cf. index L. 7. pr. §. 1—5. D. II. 14. (Sch. *Μαθὼν* Basil. Heimb. T. I. p. 559 sq.), index L. 7. §. 6. (Sch. *Ὁ ἐπερωτήσας* ibid. p. 566 sq.). 7) Leunclavius l. l. p. 192. lin. 13. 8) Leunclavius l. l. p. 202. 9) Cf. locos in not. 6. laudatos. 10) Leunclavius l. l. p. 199. 200.: *„Ἆρ' οὐχὶ κἂν τοῖς Βασιλικοῖς τὰ ἐν τοῖς ἡμετέροις διγέστοις τεθεώρηται καὶ κατέστρωται, κἂν σοὶ τοῦτο μὴ δοκεῖ; ἐπαίνεσον οὖν, εἴπερ μοι πείθῃ, μᾶλλον τὰ δίγεστα. ἔχουσι γάρ τι τῶν Βασιλικῶν περισσότερον. οἱ μὲν γὰρ ἐκεῖνα μετιόντες καὶ τῆς ἐκείνων εὐφραδείας καὶ πλατύτητος ἐμφορούμενοι, εὐκόλως καὶ τοῖς Βασιλικοῖς ἐπιβάλλουσι καὶ ἀμφοτέρων ἴσασι τὰς δυνάμεις. οἱ δὲ τοῖς Βασιλικοῖς ἐνησχολημένοι καὶ μόνοις, οὐ ταῦτα σχεδὸν καλῶς κατορθοῦσι τὰ σπουδαζόμενα, καὶ ἀνάγκη πάντως αὐτοῖς τῆς ἐκείνων ἐκπίπτειν γνώσεως."* Ibid. p. 202 *„Ἔχομεν οὖν περὶ τούτων οὕτως ἐγώ τε καὶ ὅσοι μετ' ἐμοῦ τῷ πλάτει τῶν παλαιῶν ἐμφιλοχωροῦντες, ἐντεῦθεν θαῤῥαλεώτερον τοῖς στενοῖς ἐπιβάλλουσι τῶν Βασιλικῶν, καὶ σύμπνοες ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ἐμοὶ καὶ σύμφρονες."* Verbis *τὸ πλάτος τῶν παλαιῶν* hoc loco non intellexerim solum Stephani commentarium ad Digesta, cum alioquin dicendum fuisset *τὸ πλάτος τοῦ παλαιοῦ*, sed in universum libros iuris Iustinianei eosque commentatores oppositos Basilicis. 11) Leunclavius l. l. p 194. *„Οὐκ ἂν ἔχοις εἰπεῖν, ὡς ἄλλως ἔχει ταῦτα καὶ οὐχ οὕτως, οὐδ' ὅτι ἀνῄρηται παρ' ἑτέρων νόμων ἢ διατάξεων ἢ νεαρῶν θεσπισμάτων, ἢ ἑτέροις ἐν τοῖς Βασιλικοῖς τὰ περὶ τούτων τεχνολόγηται."* Ibid. p. 195. *„Ἀλλ' εἰ μὲν ἐναντία τοῖς ἐγκατεστρωμένοις* (scil. *τοῖς Βασιλικοῖς*) *ἢ τὴν χρῆσιν οὐ παρεχόμενα ἐν τοῖς πράγμασιν, ἢ τοῖς ὕστερον νενομοθετημένοις παραδοκιμηθέντα, εἰπέ· καὶ τοῖς οὕτως ἔχουσιν οὐ χρησόμεθα δ' οὖν."*

gligeretur, quos, licet eorum copia esset, iudices aliique iuri operam dantes prae inertia non adhibebant, scholiis antiquis omnia, quae ad interpretationem utilia et necessaria essent, contineri rati, vel adhibere inopia eorum non poterant.

Atque ita tandem eo perventum est, ut Basilicis solis tribueretur legis auctoritas et usus librorum iuris Iustinianei et commentariorum ad eos scriptorum cessaret. Unde effectum est primum, ut loci iuris Iustinianei in Basilicis praetermissi nullam amplius haberent auctoritatem, nulla ratione habita causae, qua praetermissio nitebatur, neque a iudicibus neque a partibus allegari possent; deinde ut loci iuris Iustinianei ita tantummodo, uti in Basilicis positi erant, valerent, nec forma eorum ac conceptio primitiva respiceretur. Ceterum quod de usu commentariorum ad iuris Iustinianei libros scriptorum cessante diximus, ad commentarios ipsos primitivos et authenticos est restringendum. Nam quatenus hi commentarii scholiis antiquis continebantur, in usu manserunt. Scholiorum enim antiquorum usum durasse eaque interpretando Basilicorum textui fuisse adhibita etiam postea, quam sententia de praecipua auctoritate Basilicis tribuenda obtinuerat, his probatur argumentis. Ac primum quidem Balsamon, cuius ex commentario ad Photii Nomocanonem prae ceteris sententiam illam obtinuisse patet, non modo ipse in praefatione tradidit, se, quae in legibus contraria viderentur, secundum veteres interpretationes solvere studuisse, sed etiam ad scholia antiqua nonnunquam provocavit [1]). Deinde scholia antiqua in Codicibus Basilicorum retenta argumento sunt, ea interpretandis Basilicis inserviisse etiam sequiori aetate necnisi de eo fuisse contentionem, utrum scholia antiqua, si Basilicis repugnarent, his praeferenda an postponenda essent.

Quod ad tempus attinet, quo sententia de praecipua auctoritate Basilicis tribuenda ita obtinuerit, ut amplius nulla esset ea de re dubitatio, id non prius, quam seculo duodecimo exeunte factum esse crediderim. Nam extra omnem dubitationem illa sententia non prius apparet posita, quam in Balsamonis commentario ad Photii Nomocanonem, quem intra annos 1166. et 1177. scriptum esse probabile est [2]). Non obstare videtur, quod in scholiis Basilicorum recentioribus et ab ipso Hagiotheodorita nonnunquam vituperantur *οἱ ἐξελληνισμοὶ* et *οἱ ἐξελληνίζοντες* [3]). Quamvis enim Hagiotheodorita aequalis Balsamoni fuisse videatur [4]), cui etiam reliqua scholia, quibus errores *τῶν ἐξελληνιστῶν* reprehenduntur, tribui possunt, vix tamen puto, sententiam de praecipua Basilicorum auctoritate adeo fuisse extensam, ut manifesti errores eorum, qui Basilica compilarunt, legis vim habuerint; imo eiusmodi errores emendari potuisse etiam postea, quam illa sententia obtinuerat, haec ipsa scholia, in quibus errores *τῶν ἐξελληνιστῶν* deteguntur, luculenter probant.

Cum Balsamon in commentario ad Photii Nomocanonem prae reliquis inprimis auctor sit, sententiam de praecipua Basilicorum auctoritate obtinuisse, necesse est, ut causam et originem huius operis, et quid Balsamon de mutua iuris Iustinianei et Basilicorum ratione tradiderit, sigillatim persequamur [5]). Praefatio operis inscriptionem habet, qua significatur, commentarium esse expositionem sacrorum canonum et declarationem legum civilium efficacium et inefficacium in quatuordecim Nomocanonis titulis collocatarum. Qua in praefatione Balsamon causam operis componendi ipse exposuit. Mandatum ei fuit ab Imperatore Manuele Comneno et a Michaele Anchialo Patriarcha Constantinopolitano, ut collectionem canonum Nomocanone comprehensam diligenter perspiceret, quae in canonibus essent obscuriora et quodammodo legibus civilibus (*τοῖς νόμοις*) repugnare viderentur, declararet et interpretaretur; deinde quod ad leges civiles attinet Nomocanone comprehensas, ostenderet, quaenam essent efficaces, quaenam invalidae propterea, quod in legum repurgationem sive Basilica non essent translatae, ne lectores leges inefficaces et invalidas pro validis et efficacibus acciperent atque ita a recta via aberrarent, quod parum abfuisse, quin ipsi Patriarchae in causa Leonis, metropolitani Amaseni, acciderit, Balsamon tradit [6]). Causam

1) Balsamon in praefatione ad commentarium haec dicit: *„ὡςαύτως καὶ τὰ ἐν τούτοις δοκοῦντα ἐναντιοφανῆ ἐλύσαμεν κατὰ τὰς παλαιὰς ἑρμηνείας.“* (Voelli et Iustelli bibl. iur. canon. T. II. p. 814. Rhalli et Potli Coll. canon. T. I. p. 32.). In commentario ad Phot. tit. I. cap. 3. (Voell. p. 819. Rhalli T. I. p. 39.) Basil. II. 1. cap. 42. illustrat per Stephani indicem L. 33. D. I. 3. haud dubie ex scholiis antiquis haustum, cum etiam index eiusdem fragmenti e Dorothei commentario desumtus contineatur Scholio *Ποία* a v. *ἐν ἐκείνοις* u. a. f. Basil. Heimb. T. I. p. 39. Ad eandem Stephani interpretationem Balsamon paulo post provocat (Voell. p. 821. Rhalli T. I. p. 41 sq.). Ad Basil. XXII. 5. cap. 31. mentionem facit interpretationum Stephani et Cobidae ad L. 31. D. XII. 2. (Voell. p. 1118. Rhalli T. I. p. 316. 317.), quarum, quae Stephani est, continetur Scholio *Στεφάνου* Basil. Heimb. T. I. p. 557., quae Cobidae, Scholio *Γοβίδας* ibid. p. 557. Negat autem eorum interpretationes esse spectandas, sublatas quippe iis, quae L. 1. C. IV. 1. constituta sunt. Interpretem antiquum, *τὸν παλαιὸν*, laudat ad Basil. XLI. 1. cap. 1. th. 3. (Voell. p. 881. Rhalli T. I. p. 99. 100.) et ad Basil. XXVIII. 1. cap. 1. (Voell. p. 1101. Rhalli T. I. p. 300.). 2) Biener, Gesch. der Novellen p. 211. not. 134. 3) Cf. Sch. *Ἐν τοῖς* Basil. Heimb. T. V. p. 230. *„Ἐν τοῖς πλείοσι τῶν ἀντιγράφων κεῖται· τῆς τὸ διπλοῦν ἀπαιτούσης· καὶ ταῦτα [τὸ] τετραπλοῦν ἀπαιτούσης τῆς ἀγωγῆς. καὶ ἔστι σφάλμα τοῦ ἐξελληνιστοῦ. ὠνόμασε γὰρ οὕτως αὐτήν, διὰ τὸ ἀπαιτεῖν αὐτὴν ἔστιν ὅτε ἐπὶ ἄλλων θεμάτων τὸ διπλοῦν.“* Sch. *Οὐχ ὅτι* T. V. p. 231. *„ὁ ἐξελληνίζων ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, τὴν ἴμφακτον, εἶπε, τὴν τὸ διπλοῦν ἀπαιτοῦσαν.“* Sch. *Βλέπε* T. V. p. 284. *„Βλέπε, πῶς διὰ τὸν ἐξελληνισμὸν τὸν μήπω πληρώσαντα ἕνα χρόνον ἑπταετῆ εἶπεν· ὤφειλεν γὰρ εἰπεῖν* infantem. Infans *δὲ λέγεται ἕως καὶ αὐτοῦ τοῦ ζ΄. καὶ εἶπεν, ἑπταετής, δηλῶν τὸν ἴνφαντα.“* Sch. *Πλαστὸν* T. V. p. 687. *„δέον γὰρ ἐξελληνισθῆναι ἐνταῦθα τὸ δὲ φάλσις. οὕτως γὰρ τὸ πλάτος εἶχεν, εἰς τὸ περὶ πλαστοῦ, εἰς τὸ περὶ πλαστογραφίας ἐξελληνισθέν. οὐ γὰρ ἔγραψε πλαστὸν ἡ μήτηρ, ἀλλ' ἔπραξε.“* Sch. *Τοῦ Ἁγιοθεοδ.* T. V. p. 583. *„Τουτέστι, τῇ ἰμφάκτουμ εἰς τὸ ἁπλοῦν. μὴ γὰρ προςσχῇς τῷ ἐξελληνισμῷ· πολλαχοῦ γὰρ τοῦτο ἐπὶ τῆς ἰμφάκτουμ καὶ εἶδες καὶ ἤκουσας . . . . . . ἀνάγνωθι παρόμοιον τῇ ἰμφάκτουμ τῇ ἁπλοῦν μὲν ἀπαιτούσῃ, ἐξελληνιζομένῃ πεπλανημένως εἰς τὸ διπλοῦν.“* 4) Si Hagiotheodorita, cuius complura ad librum LX. Basilicorum supersunt scholia, Logotheta Dromi fuit, cuius in fine Novellae Manuelis Comneni anno 1166. promulgatae mentio fit (cf. Heimbach Anecd. T. II. p. 289.), eodem tempore cum Balsamone vixit. Fortasse ante eum diem obiit supremum, cum Balsamon usque ad finem seculi duodecimi vel initium seculi decimi tertii vitam extenderit. 5) In quo dux nobis fuit Biener l. l. p. 148 sq. 210 sq., quem etiam Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. II. p. 143 sq. secutus est. 6) *„Τῷ τοι καὶ ἡμεῖς ὁρισθέντες παρὰ τοῦ θεοστεφοῦς ἁγίου ἡμῶν Αὐτοκράτορος κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ, καὶ τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου καὶ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου, τοῦ γεγονότος ὑπάτου τῶν φιλοσόφων, κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Ἀγχιάλου, τοὺς ἱεροὺς κανόνας κατασκέψασθαι, καὶ τὰ ἐν τούτοις ἀσαφῆ, καὶ τοῖς νόμοις τὸ δοκεῖν ἐναντιούμενα σαφηνίσαι καὶ ἑρμηνεῦσαι, ὡςαύτως καὶ τὰ παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου Πατριάρχου κυροῦ Φωτίου συγγραφέντα καὶ εἰς δέκα πρὸς τοῖς τέσσαρσι τίτλους θεωρούμενα καὶ πρὸ τῶν κανόνων συγκεφαλαιωθέντα μετ' ἐπιστασίας πολυπραγμονῆσαι· καὶ τὰ ἐν τούτοις τεθέντα νόμιμα καὶ ἐνεργοῦντα παραδηλῶσαι, τὰ δὲ σχολάσαντα καὶ μὴ δεχθέντα κατὰ τὴν τελευταίαν ἀνακάθαρσιν τῶν νόμων τὴν γενομένην παρὰ τοῦ ἀοιδίμου Βασιλέως κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου αὖθις ἀναδιδάξαι, ὡς ἂν μή τινες ἐντυγ-*

illam Balsamon in commentario enarrat[7]). Leo, archiepiscopus Amaseae, episcopatum Aminsi ultra annum vacantem reliquerat nec novum designaverat episcopum, licet tribus edictis a Michaele Patriarcha, ut episcopatum alicui decerneret, admonitus. Patriarcha ius novum episcopum designandi sibi vindicabat, nixus Novellae 123. capite 1. (Nomocan. tit. I. cap. 9.), quo, si, qui ius eligendi episcopum habent, intra sex menses eum non elegerint, animae suae periculo iubetur is, cui ordinatio episcopi competit, ipse episcopum ordinare. Contradicentibus quibusdam et Novellae sanctionem, in Basilicis quippe non positam, invalidam esse affirmantibus, Patriarcha tamen in sua sententia perseverabat, indignum esse dicens, Nomocanonis, qui velut a Deo scriptus existimetur, vel minimam reprobari partem. Causa ad Imperatorem devoluta cum Imperator et inter eos, qui ei a consiliis erant, viri gravissimi sententiam contrariam tuerentur, Patriarcha tandem cessit et ipse prae ceteris auctor fuit Balsamoni commentarii ad Photii Nomocanonem scribendi[8]). Causa enarrata docet, tam Imperatorem, quam eius consiliarios non dubitasse, quin eo ipso, quod iuris Iustinianei locus in Basilicis fuisset praetermissus, legis vim amitteret neque amplius usus eius fieri posset. Balsamon mandatum ab Imperatore et a Patriarcha datum secutus in commentario primum id egit, ut regulas, quibus canonum et legum mutua ratio regeretur, proponeret; deinde, ut, quae praecipua laboris pars erat, leges civiles in Nomocanone repositae cum Basilicis conferrentur et, quae in Basilicis non essent positae, ut invalidae designarentur. Atque ita Balsamon, quid ipse in commentario praestiterit, in praefatione enarrat. Primum enim leges civiles in Nomocanone repositas cum Basilicis contulit et designavit, quaenam ex illis, in Basilicis quippe collocatae, validae essent, quaenam, in Basilicis quippe non positae, invalidae. Deinde iuris Iustinianei locos in Nomocanone laudatos in Basilicis positos indicavit. Tum quae in his contraria viderentur, secundum veteres interpretationes et ex sua ipsius sententia solvere studuit. Denique novas quoque leges et sententias synodales post Basilica editas addidit. Quod ad locos iuris Iustinianei in Nomocanone positos attinet, Balsamon modo simpliciter dicit, eos in Basilicis esse vel collocatos vel praetermissos; modo praetermissionis facta mentione adiicit, iuris Iustinianei locum ideo, quod in Basilicis fuerit praetermissus, non valere[9]), unde sequitur, locis in Basilica non translatis legis auctoritatem in universum ab eo denegari; modo interpolationis in Basilicis factae facit mentionem et textum Basilicorum unice valere significat[10]). Ceterum in eo fallitur Balsamon, quod locos iuris Iustinianei in Nomocanone allegatos omnes, quos in Basilicorum Codicibus ab ipso adhibitis non invenit, legis auctoritate dixerit carere. Nam plures locos in Basilicis dicit praetermissos, qui tamen in Codicibus Basilicorum superstitibus reperiuntur[11]). Sic etiam nonnunquam sibi ipse contradicit, alio loco dicens, locum iuris Iustinianei in Basilicis esse omissum, alio Basilicorum locum, ubi repositus fuit, laudans[12]). Quae cum ita sint, facile intelligitur, Balsamonis testimonio de quodam iuris Iustinianei loco in Basilicis vel recepto vel omisso magnam fidem neque ea, qua vixit, aetate, neque a posteris haberi potuisse, cum haud discreverit, utrum praetermissio a Basilicorum architectis profecta, an incuriae et negligentiae eorum, qui Codices descripserunt, tribuenda sit, quippe qui iuris Iustinianei locos in Basilica translatos, sed desuetudine et rerum vicissitudine abrogatos et inutiles factos describere operae pretium non duxerint. Nihilosecius Balsamonis commentarius magnam auctoritatem apud posteros obtinuit[13]) et ab eius inde aetate de Basilicorum praecipua auctoritate nulla erat dubitatio. Obiecerit quispiam, Balsamonis testimonium de praecipua Basilicorum auctoritate ad usum iuris Iustinianei in ecclesia pertinere ideoque ad quaestionem de mutua iuris

---

χάνωσι τούτοις καὶ τὰ ἀπρακτήσαντα νόμιμα ὡς ἐνεργοῦντα καὶ ἔμπρακτα δέχωνται, κἀντεῦθεν ὡς πλανῆται τῆς εὐθείας καὶ βασιλικῆς ὁδοῦ ἀποτρέχωσιν. ὅπερ κἂν τῷ ῥηθέντι παναγιωτάτῳ δεσπότῃ ἡμῶν, τῷ ὑπὲρ πάντας τὰ κατὰ τὴν ἡμετέραν τέως γενεὰν ὄντας σοφοὺς σοφωτέρῳ, συμπεσεῖν ἐπὶ τῇ ὑποθέσει τοῦ μητροπολίτου ἐκείνου Ἀμασείας κυροῦ Λέοντος, πρὸς τὸ παρὸν ἀπετολμήσαμεν πόνημα κ. τ. λ." Cf. Voell. T. II. p. 814. Rhalli T. I. p. 31 sq. 7) Tit. I. cap. 9. (Voell. p. 830. Rhalli p. 49 sq.). 8) Qui Patriarchae contradicebant propterea, quod Novellae 123. caput 1. in Basilicis praetermissum ideoque invalidum esset, ad sanctionem canonis 25 Concilii Chalcedonensis provocabant, qua in eiusmodi casu non ad superiorem in ecclesia ius episcopum designandi devolvitur, verum archiepiscopus censurae subiicitur. Etiam Patriarcha ipse, cum ad dictam Novellam provocaret, id non ideo fecit, quod libris iuris Iustinianei legis tribueret auctoritatem, sed quod praeceptum dicto Novellae loco comprehensum canonibus esset probatum. Cf. Biener l. l. p. 213. et not. 137. 9) Sic Novellae 6. 80. et L. 12. C. I. 2. L. 44. C. I. 3. dicuntur esse invalidae *„ὅτι οὐδὲ ἐδέχθησαν ἐν τοῖς βασιλικοῖς"* (Voell. p. 817. Rhalli p. 37.). — *„Ἀλλὰ καὶ ταύτην* (Novellam 6.), *ὡς καὶ ἄλλας Ἰουστινιανείους νεαράς, ἵνα,* [lege *ἂν*] *ἐσχόλασεν ἐκ τοῦ μὴ καταστρῶσαι αὐτὴν εἰς τὰ βασιλικά, ὅπερ ἐδέχθη καὶ παρὰ τῷ βασιλεῖ τῷ ἁγίῳ"* (Voell. p. 818. Rhalli p. 38.). — L. 39. C. I. 3. dicitur *„μὴ ὀφείλουσα ἐνεργεῖν διὰ τὸ μὴ τεθῆναι εἰς τὰ βασιλικά"* (Voell. p. 838. Rhalli p. 58.). LL. 30. 41. C. I. 3. non positae sunt in Basilicis *„καὶ διὰ τοῦτο ἠπράκτησαν"* (Voell. p. 842. Rhalli p. 61.). — L. 45. C. I. 3. non est posita in Basilicis *„καὶ μηδὲ σὺ ταύτῃ προσοχῇς"* (Voell. p. 865. Rhalli p. 84.). — *„νεαρὰ Ἰουστινιάνειος νη', ἥτις καὶ ἠπράκτησεν ὡς μὴ τεθεῖσα εἰς τὰ βασιλικά"* (Voell. p. 903. Rhalli p. 118.). Porro propterea, quod in Basilicis collocatae non sint, non valere dicuntur LL. 17. 40. 51. C. I. 3. (Voell. p. 943. Rhalli p. 157. 158.). LL. 23. 38. C. I. 3. (Voell. p. 970. Rhalli p. 182. 183.). LL. 5. 53. C. I. 3. (Voell. p. 1007. Rhalli p. 215.). 10) Exempla haec sunt. Nov. 123. cap. 13. lectorem fieri vult non minorem octo annis; in Basil. III. 1. 25. (Bals. 29.) substituuntur octodecim anni: *„ὀφείλεις οὖν προσέχειν πλέον τοῖς γεγραμμένοις ἐν τοῖς βασιλικοῖς παρὰ τοῖς περιεχομένοις ἐν τοῖς βιβλίοις τοῖς ἐνεργοῦσι πρὸ τῆς ἀνακαθάρσεως καὶ σχολάσασιν"* (Voell. p. 847 sq. Rhalli p. 66.). — L. 30. D. XLI. 2. in Basilica ita translata est, ut omissa sint verba versionis Anonymi *κἂν μὴ τοιοῦτον, ἀλλ' ἰδιωτικὸν αὐτὸν ἔχομεν.* Balsamon addit haec: *„καὶ διὰ τοῦτο ὀφείλεις προσέχειν πλέον τοῖς ἐν τῷ βασιλικῷ περιεχομένοις"* (Voell. p. 875. Rhalli T. I. p. 94.). — Nov. 86. cap. 8., cuius textum Balsamon *τὸ πλάτος τῶν νεαρῶν* appellat, prohibet, quominus episcopi sine venia Patriarchae Constantinopolin veniant, quod in Basil. VI. 22. 8. etiam ad clericos et monachos extenditur (Voell. p. 937. Rhalli p. 152.). — L. 3. C. IX. 18. in Basil. LX. 39. 23. ita mutata est, ut loco concremationis haruspicum poena gladii sit subrogata, et Balsamo dicit, Basilica unice valere (Voell. p. 977. Rhalli p. 189. 190.). — L. 4. C. IX. 18. in Basil. LX. 39. 24. mutata est; sola Basilica spectanda dicit Balsamon (Voell p. 978 sq. Rhalli p. 189. 190.), cum in universum mitiores poenas Basilica substituerint. — L. 6. C. IX. 18. in Basil. LX. 39. 26. ita est mutata, ut in locum damnationis ad bestias poena gladii subrogata sit (Voell. p. 981. Rhalli p. 192.). — L. 2. C. VII. 65., qua appellandi venia denegatur homicidis, adulteris, veneficis et maleficis, si confessi fuerint aut testibus vel indiciis convicti, in Basil. IX. 1. 136. ad omnium delictorum reos extensa est (Voell. p. 983. Rhalli p. 194.). 11) Exempla sunt titulus 7. libri XXV. Digestorum de concubinis, L. 12. 13. D. XLVIII. 5. L. 5. 6. 7. 8. C. I. 1. L. 20. C. I. 2. L. 29. C. I. 3. L. 29. C. I. 4. L. 12. 22. C. I. 5. L. 1. C. I. 6. L. 10. C. I. 11. L. 1. 2. 3. C. VIII. 52. L. 7. C. IX. 9. Tit. 10. 11. lib. IX. Codicis. Cf. Sect. I. §. 4. 12) Exempla sunt L. 8. C. I. 5. Nov. 37. 144. Cf. Sect. I. §. 4. 13) Cf. Biener l. l. p. 215 sq.

Iustinianei et Basilicorum ratione, quantum ad iudicia civilia attinet, nihil posse conferre[14]). Verum enimvero iam ex eo, quod Balsamon de operis sui causa et origine enarravit, apparet, Imperatorem Manuelem Comnenum eiusque consiliarios de praecipua Basilicorum auctoritate consensisse. Quod licet in causa ecclesiastica factum sit, fieri tamen non potuit, nisi ea de re in iudiciis civilibus et causis secularibus eadem sententia iam obtinuisset. Nam in iudiciis secularibus Basilica iam commodioris usus gratia commentariis Iureconsultorum ad libros iuris Iustinianei compositis praeferebantur. In ecclesia vero haec ratio cessabat, in qua ante Basilica uti solebant epitomis librorum iuris Iustinianei, quae collectione XXV capitulorum, collectione LXXXVII capitulorum, collectione constitutionum ecclesiasticarum, Nomocanone L titulis constante et Nomocanone XIV titulorum continebantur. Quae collectiones cum ecclesiae usui sufficerent, quippe quibus omnes leges seculares, quibus in causis ecclesiasticis opus esset, continerentur, credi vix potest, futurum fuisse, ut his collectionibus brevioribus ecclesia usum Basilicorum longiorum et ampliorum praeferret. Revera harum collectionum usus etiam post Basilica in ecclesia orientali nunquam cessavit[15]). Itaque si in ecclesia Balsamonis tempore Basilicis solis legis vis tributa est, quamvis in ea aliis collectionibus commodioribus uti solerent, facile intelligitur, eandem sententiam de praecipua Basilicorum auctoritate iam prius in iudiciis secularibus obtinuisse. Ceterum Balsamon eandem sententiam, quam in commentario ad Photii Nomocanonem proposuit, etiam in responsis ad quaestiones in causis ecclesiasticis datis secutus est. Sic ad quaestionem Marci, Patriarchae Alexandriae, qui, cum Basilicorum copia in illis non esset regionibus, interrogaverat, an qui ea ignorarent, damnarentur, respondit, bonum esse, ut quilibet legum discat praecepta; ubi autem difficilis sit legum cognitio, veniam esse dandam[16]). Ad alias quaestiones ab eodem propositas saepius ad Basilica provocavit, nunquam ad iuris Iustinianei libros[17]), nonnunquam ad Leonis Novellas[18]).

Praeter Basilica etiam postea, quam libris iuris Iustinianei praeferri coeperunt, scholia antiqua ex commentariis Iureconsultorum seculi sexti excerpta tam in iudiciis secularibus, quam in ecclesia adhibebantur. Quorum usum in iudiciis secularibus haec demonstrant. Ac primum quidem quae seculo duodecimo exeunte vel decimo tertio ineunte e scholiis antiquis et recentioribus composita est glossa ordinaria, in nonnullis Basilicorum Codicibus superstitibus obvia, usum scholiorum antiquorum continuum demonstrat; alioquin iners librariorum ratio ab eis describendis prorsus abstinuisset. Deinde Synopsi Basilicorum seculo duodecimo exeunte adiecta sunt scholia ex scholiis Basilicorum excerpta, cuiusmodi Codices Synopseos supersunt[19]). Inter scholia Synopsi adiecta reperiuntur etiam scholia antiqua, quin etiam fragmenta commentariorum veterum interpretum, quae in Codicibus Basilicorum superstitibus frustra quaesiveris, puta Anatolii et Isidori. Quae fragmenta utrum ex ipsis commentariis petita an ex collectionibus eiusmodi fragmentorum hausta sint, in incerto relinquendum est. In ecclesia usum scholiorum antiquorum postea, quam Basilica iuri Iustinianeo derogarunt, testatur Balsamon, qui, ut supra monui, tam in praefatione commentarii ad Photii Nomocanonem auctor est, se veteres interpretationes (*τὰς παλαιὰς ἑρμηνείας*) adhibuisse ad solvendas *ἐναντιοφανείας*, quam in commentario nonnunquam veteres interpretes laudat[20]).

Quod ad fines attinet, quibus scholiorum antiquorum usus postea, quam Basilica iuri Iustinianeo derogarunt, regebatur, eodem fere tempore, quo Basilica praecipuam obtinuerunt auctoritatem, sententia eorum praevaluit, qui in dissensu Basilicorum et scholiorum antiquorum Basilica censebant praeferenda[21]). Itaque scholia antiqua interpretandis Basilicis adhibebantur; ubi autem ab eis differebant, Basilica praevalebant, nisi Basilica manifestum continerent errorem, quem ex scholiis antiquis detegere et corrigere non dubitarunt[22]).

Post Balsamonem magnam iuris civilis rationem habuit etiam Matthaeus Blastares in Syntagmate alpha-

14) Hanc obiectionem validis argumentis refutavit Biener l. l. p. 148 sq., quem ducem sequimur. 15) Cf. Biener l. l. p. 167 171 sq. 175. 189 sq. 201 sq. Ceterum etiam Basilicis ecclesia usa est ante Balsamonem. Sic Basil. XXVIII. 5. 1. laudatur in Ioannis Xiphilini Patriarchae Constantinopolitani sententia synodali anno 1066. dicta (in Leuncl. Iur. Gr.-Rom. T. I. p. 213. Rhalli Coll. canon. T. V. p. 54.). In eadem sententia synodali laudatur Basil. XXVIII. 5. cap. 2. th. 2. (ll. ll.). Alibi verba *τοῦ νόμου* vel *τοῦ πολιτικοῦ νόμου* laudantur, non addita Basilicorum mentione, ita ut incertum sit, utrum ex Basilicis an ex aliis fontibus haustus sit locus. Sic in decisione Sisinnii Patriarchae anno 997. lata L. 42. pr. D. XXIII. 2. laudatur textu a Basil. XXVIII. 5. 6. diverso (Leuncl. p. 199. Rhalli p. 11.). In Ioannis Xiphilini Patriarchae sententia synodali anno 1067. dicta mentio fit matrimonii cum sponsa patris vel fratris lege civili prohibiti (Leuncl. p. 211. Rhalli p. 51.), quae prohibitio continetur L. 12. §. 1. D. XXIII. 2. §. 9. Inst. I. 10. In Alexii, Patriarchae Constantinopolitani ab anno 1025—1043., sententia synodali verba laudantur *τοῦ νόμου*, quae leguntur Basil. XXVIII. 1. 7., non addita Basilicorum mentione (Leuncl. p. 261. Rhalli p. 35.). Ab eodem verba *τοῦ νόμου* laudantur in Basil. XI. 1. cap. 1. th. 7. posita, non facta Basilicorum mentione (Leuncl. p. 262. Rhalli p. 35.), ubi *νόμος* haud dubie Basilica designat, cum locus laudatus non ex eorum sit numero, qui cum ecclesia aliquid habent commune. Tempore, quod Balsamonis aetati proximum est, laudatur Basil. VIII. 1. cap. ult. in Lucae, Patriarchae Constantinopolitani ab anno 1155—1167., sententia synodali (Leuncl. p. 225.). Ab eodem laudantur Basil. LX. 45. cap. 1. th. 2. et cap. 5. (Leuncl. p. 283. Rhalli p. 99.). 16) Leuncl. Ius Gr.-Rom. T. I. p. 363. 364. Rhalli Coll. canon. T. IV. p. 451. 17) Cf. Leuncl. l. l. T. I. p. 363. 375. 380. 382. 385. 391. 593. Rhalli l. l. T. IV. p. 449. 450. 469. 479. 482. 483. 492. 496. 18) Laudat Balsamon Novellas Leonis 4. 15. (Leuncl. p. 369. Rhalli p. 458. 459.) Novellam 3. (Leuncl. p. 381. Rhalli p. 477.) Novellam 54. (Leuncl. p. 387. Rhalli p. 486.). 19) Zachariae de L. Delin. p. 67. 20) Cf. not. 1. Etiam in responsis Balsamon veteres interpretes laudat, veluti ad Basil. LX. 39. 23. (Leuncl. l. l. T. I. p. 375. Rhalli l. l. T. IV. p 469.). 21) Hoc apparet ex Sch. *Καὶ ἰδοὺ* Basil. Heimb. T. V. p. 735. Auctor ignotus huius scholii mentionem facit dissensus praeceptoris sui Hagiotheodoritae et Constantini Nicaeni de tempore accusationi adulterii statuto modo quinquennii, modo sex mensium. Atque Hagiotheodorita quidem dicebat, intra quinquennium crimen adulterii intendi a patre et viro, intra sex menses ab aliis post eos venientibus; Constantinus Nicaenus autem dicebat, intra quinquennium intendi in adulterum, intra sex menses in adulteram. Scholiastes addit: *„πλὴν ἀνάγνωθι τὸν τίτλον ἅπαντα καὶ εὑρήσεις συντρέχοντα τὰ κεφάλαια τῇ ἐξηγήσει τοῦ Νικαέως, ἐναντιούμενον δὲ μόνον τὸν παλαιὸν τοῦ νε΄. κεφ. περὶ τὸ τέλος, ὅστις ὡς μὴ ἀπὸ Βασιλικῶν λέγων, ἀλλ' ἀφ' ἑαυτοῦ, οὐ πιστευθήσεται."* Dicit ergo Scholiastes, sententiae Constantini Nicaeni, cui capitula tituli (lib. LX. tit. 37.) conveniant, repugnare solum veterem interpretem capitis 55., cui tamen, cum non Basilicis nitatur, sed ex se loquatur, fidem habendam negat. Cf. et Sch. *Πάνυ* Basil. Heimb. T. II. p. 823. Ibi veteris interpretis interpretatio ad aliam speciem dicitur pertinere, quam quae in Basilicis proposita sit, quam ob rem scholiastes dicit eam interpretationem praetermittendam. 22) Exempla sunt scholia, quae reprehensionem continent *τῶν ἐξελληνισμῶν*, nota 3. congesta, et Sch. *Συγκεχυμένη* Basil. Heimb. T. III. p. 733. Hoc scholium mavult spectari Cyrilli indicem in Sch. *Κυρίλλου* ibid. p. 733. positum, quam Basilica,

betico canonum et legum anno 1335. edito. Loci iuris civilis (*νόμοι*), quos adduxit, nonnunquam ex Basilicis hausti sunt[23]), nonnunquam ab eis differunt. Merito dubium est, num Blastares ex Basilicis immediate, ut ita dicam, hauserit, cum eo tempore, quo scripsit, Basilicorum ipsorum fere nullus fuerit usus, sed potius Synopseos etc. [24]). Haud dubie alios etiam fontes iuris civilis adhibuit[25]).

§. 5. Effectus usus librorum iuris Iustinianei cessantis.

Usus librorum iuris Iustinianei seculo duodecimo exeunte in iudiciis cessans vim habuit in Basilicis eorumque scholiis et aliis libris de iure compositis etiamnunc conspicuam [1]). Qua de re nunc pluribus disseramus.

I. In scholiis antiquis ex Iureconsultorum veterum commentariis excerptis locis librorum iuris Iustinianei laudatis, ex quo Basilica iuri Iustinianeo derogarunt, loci Basilicorum addi solebant, quod fiebat interiecta particula *ἤτοι* vel *ἤγουν*, loco Basilicorum adiecto. Non multo ante hanc mutationem alia videtur esse facta. Nam cum Iureconsulti veteres, maxime Dorotheus, Thalelaeus et Stephanus, Digesta secundum partes in scholis explicandas et secundum libros singulares laudare consueverint, posteriori aetate haec Digestorum locos laudandi ratio praetermittitur, et loco eius in Codicibus manuscriptis liber Digestorum secundum numerum, quem inter quinquaginta libros habet, designatur[2]). Quod in nonnullis Codicibus Basilicorum superstitibus potest observari[3]). Idem etiam in Novellis Iustiniani factum est. Nam cum Iureconsulti veteres Novellas aut secundum rubricas ab argumento desumtas, numero non addito, designare soleant, aut, ubi numerum addiderunt, numero ab eo, quem Novella in corpore CLXVIII Novellarum habet, diverso, cum diversis usi sint privatis Novellarum collectionibus, recentiori tempore hoc ita saepius mutatum est, ut vel ex collectione CLXVIII Novellarum, quae etiam sequiori aetate in usu mansit, conveniens numerus sit appositus, vel locus designetur, quo in Basilicis haec Novella sit quaerenda[4]). Adiectio numeri ex collectione CLXVIII Novellarum indicat id ea aetate factum, qua adhuc frequens usus huius collectionis erat; adiectio loci, quo in Basilicis posita sit Novella, recentius tempus indicat, quo Basilicorum magis, quam Novellarum ipsarum ratio habebatur. Quae sequiori aetate obtinuit locos Basilicorum locis iuris Iustinianei in scholiis antiquis laudatis interiecta particula *ἤτοι* vel *ἤγουν* adiiciendi consuetudo, a Digestorum locis ab Anonymo et Enantiophane laudatis videtur incepisse. Nam cum summa Digestorum Anonymi in Basilica translata sit, textus ab Anonymo et Enantiophane laudatus cum Basilicis conveniebat, ideoque facile eo perducebantur qui scholia antiqua tractabant, ut locum Basilicorum adiicerent. Idem eodem fere tempore in scholiis ex Thalelaei Codice desumtis ratione locorum Codicis, a Thalelaeo laudatorum, factum esse videtur. Atque hactenus consuetudo ista satis idoneas habebat causas et scholiorum antiquorum usum valde sublevabat. Sed immerito extensa est etiam ad scholia antiqua Iureconsultorum, quorum e commentariis in Basilicorum textum nihil est translatum. Sic exempli gratia saepius Codicis locis verbotenus a Theodoro laudatis adiecta est designatio loci Basilicorum, perinde ac si textus a Theodoro exhibitus cum Basilicorum textu idem esset. Idem factum est in Digestorum locis a Stephano et Dorotheo laudatis, quamvis fragmenta ex eorum commentariis in Basilicorum textum perraro sint translata. Ceterum locorum ex Basilicis adiectorum designatio nonnunquam eam habuit vim in scholiis antiquis, ut memoria loci iuris Iustinianei ab initio laudati prorsus intercideret et solus Basilicorum textus remaneret. Quo haud scio an effectum sit, ut scholia

---

quae confusa sint neque ad L. 1. §. 2. D. XXVII. 6. distinguant de furioso, sed etiam hunc dicant obligari. Quod scholium licet habere possit auctorem Balsamone anteriorem, argumento tamen est, etiam posteriori aetate manifestos Basilicorum errores non fuisse probatos, sed ex veterum interpretum versionibus et commentariis emendatos; alioqui sententia hoc scholio comprehensa fuisset reiicienda. 23) Quatenus loci a Matthaeo Blastare adducti cum Basilicis conveniant, quatenus ab eis differant, patet ex nostra Basilicorum editione, quae appendice II. Tomi II. et in notis sequentium voluminum continet illorum locorum cum Basilicis collationem. 24) Biener l. l. p. 220 sq. 25) L. 10. C. I. 4. a Blastare exhibita convenit cum coll. const. eccl. I. 4. 10. et Phot. Nomocan. tit. IX. cap. 25. tit. XII. cap. 3. (vid. Basil. Heimb. T. II. p. 755.). L. 16. C. I. 5. a Blastare exhibita convenit cum coll. const. eccl. I. 5. 16. et Phot. Nomocan. Tit. XII. cap. 3. (cf. Basil. Heimb. T. II. p. 756.). Latius de fontibus iuris civilis, quos Blastares in usum vocavit, disseruit Biener l. l. p. 220 sq.

1) Cf. Biener, Gesch. der Novellen p. 140 sq. Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. II. p. 145 sq. 2) Sic loco libri VIII. de rebus laudatur liber XIX. Digestorum; loco libri singularis de dote laudatur liber XXIII. Digestorum; loco libri de formula hypothecaria vel Antipapiani laudatur liber XX. Digestorum; loco libri singularis de tutelis allegatur liber XXVI. Digestorum. 3) Codices Basilicorum in hoc variant. In scholiis antiquis ad Basil. lib. VIII. ex apographo Codicis Antonii Augustini a Ruhnkenio editis consuetudo veterum Iureconsultorum in Digestis allegandis constanter est retenta. Idem in Codice Coisliniano 152 et in Codice S. Sepulcri Constantinopolitano plerumque factum est. In Codice Laurentiano LXXX. 11., quo Basilicorum libri XXVIII. et XXIX. continentur, mos veterum Iureconsultorum Digesta laudandi plerumque retentus, in Codice autem Parisiensi 1348 saepius desertus est. In Codice Parisiensi 1350 saepius haec consuetudo retenta est, veluti in indice et adnotationibus Stephani ad Dig. lib. XIII. tit. 1. in scholiis ad Basil. lib. LX. tit. 10. conspicuis, et in scholiis ex Thalelaei commentario ad Cod. lib. VI. tit. 2. Basil. libro LX. titulo 6. adiectis. 4) Hoc in Novellis potissimum ab Enantiophane laudatis factum observavit Zachariae de L. Anecd. p. 197 sq. Sic verbi causa in Basil. Heimb. T. I. p. 82. laudatur *νεαρὰ περὶ ἀῤῥενογονίας ἤτοι ρνη'*., ubi numerus ex collectione CLXVIII Novellarum adiectus est. Sic ibid. T. I. p. 767. laudatur *ἡ νεαρὰ τοῦ Ἰουστινιανοῦ κειμένη ἐν βι. κς'*. Illud *ἤτοι* plerumque omissum et statim numerus ex dicta Novellarum collectione ante vel post rubricam adiectus est, veluti: *νεαρὰ μη'. ἡ περὶ τοῦ δοθέντος ὅρκου παρὰ τοῦ διαθεμένου ἐπὶ τῷ μέτρῳ τῆς αὐτοῦ περιουσίας διαλαμβάνουσα* (Basil. Heimb. T. III. p. 270.). — *ἡ περὶ γάμων κβ'. νεαρά* (ibid. T. III. p. 276.). — *νεαρὰ περὶ παραστασίμων νγ'.* (ibid. T. II. p. 580.). — *νεαρὰ περὶ λιτιγιόσων ριβ'.* (ibid. T. II. p. 580.). — *νεαρὰ πθ'. περὶ νόθων* (ibid. T. IV. p. 547.). Idem in Novellis ab Anonymo laudatis, cuius numeri cum Iuliani epitome Novellarum mirum in modum conveniunt, nonnunquam accidit. Sic verbi causa laudantur: *νεαρὰ περὶ ἐξνερεδατίονος ριε'.* (ibid. T. III. p. 409.); *νεαρὰ πζ'. ἡ περὶ τῶν παρὰ βουλευτῶν γενομένων μόρτις καῦσα δωρεῶν διαλεγομένη* (ibid. T. IV. p. 605.). Neque vero in eo recentior aetas substitit; quin etiam rubrica Novellae ab Enantioph. allegatae omissa et loco eius numerus ex corpore CLXVIII Novellarum substitutus est, adiecto nonnunquam capituli numero, perinde ac si Enantiophanes dicta collectione usus fuisset. Sic laudantur *νεαρὰ ριζ'.* in Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ.* T. III. p. 150. 230.; *νεαρὰ ριζ'. κεφ. δ'.* in Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ.* T. III. p. 150.; *νεαρὰ ριη'.* in Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ.* T. III. p. 202. T. IV. p. 470. 474. 475. 556.; *νεαρὰ ρλδ'. κεφ. ι'.* in Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ.* T. III. p. 172.; *ἡ ϙα'. νεαρά* in Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ.* T. III. p. 270.; *νεαρὰ ϙ'. κεφ. ζ'.* in Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ.* T. II. p. 388. 400.; *νεαρὰ α'.* in Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ.* T. II. p. 558.; *νεαρὰ μθ'.* (ibid.); *νεαρὰ ρκδ'.* (ibid.); *νεαρὰ ριε'.* in Sch. *Ἐναντιοφ.* T. IV. p. 3. 49.; *νεαρὰ ριθ'. κεφ. β'.* In Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ.* T. IV. p. 616.

recentiora extent antiquorum persimilia, modo locos ex Basilicis laudatos exceperis. Quod in adnotationibus Anonymi et Enantiophanis maxime videtur evenisse. Permulta enim extant scholia recentiora, quorum auctores eodem utuntur genere dicendi, eadem locos Digestorum laudandi consuetudine, qua Anonymus et Enantiophanes uti consueverunt.

II. Alia mutatio ex usu iuris Iustinianei cessante oriunda in eo consistebat, ut nomina Iureconsultorum, quorum ex libris Digesta compilata sunt, in Basilicis retenta et initio capitulorum conspicua omitterentur. Quod tamen non constanter factum est. Extant enim Basilicorum Codices alii, in quibus nomina Iureconsultorum integra manserunt, alii, in quibus praetermissa sunt, alii denique, in quibus alterutrum factum est.

III. Tum Basilicorum textus ipse usu iuris Iustinianei sublato varias sustinuit mutationes. Ac primum quidem loci iuris Iustinianei in Basilicis positi, qui vel recentioribus legibus erant abrogati et antiquati, vel variis ex causis in desuetudinem abierant, in Codicibus describendis saepius omittebantur, quod in constitutionibus Codicis ad ius ecclesiasticum pertinentibus et in Novellis potissimum evenit. Cuius rei initium quidem iam ante, quam Basilicorum praevaleret auctoritas, factum est, quod exemplo demonstratur Balsamonis, qui plures iuris Iustinianei locos in Basilica non esse translatos auctor est, quos tamen in Codicibus Basilicorum superstitibus deprehendimus[5]); increbruerunt autem istae praetermissiones inde a Balsamonis aetate, uti patet ex Codice Parisiensi 1352. Deinde in locum Basilicorum textus genuini subrogatae saepius sunt epitomae aliis ex fontibus haustae. Quod in Novellis potissimum factum est. Novellae graecae ex corpore CLXVIII Novellarum exceptis prooemiis, inscriptionibus et subscriptionibus in Basilica translatae sunt. In nonnullis Codicibus, veluti in Codice Parisiensi 1352, loco textus graeci Novellarum summaria ex Theodori Breviario Novellarum desumta in Basilicorum textum translata sunt, cum in aliis Codicibus, veluti in Codice Coisliniano 151, textus graecus Novellarum exhibeatur. Nec desunt exempla constitutionum Codicis, quarum vel textus graecus, vel *τὸ κατὰ πόδας* Thalelaei in Basilica transiit, in nonnullis Codicibus vel praetermissarum vel in brevius redactarum. Exempla praebet liber I. Basilicorum, si textum in mea Basilicorum editione e Codice Coisliniano 151 exhibitum cum textu a Fabroto e Codice Parisiensi 1352 edito volueris conferre.

IV. Tum ipse ordo et, ut ita dicam, oeconomia Basilicorum ab eo inde tempore, quo Basilicorum auctoritas praevalere coepit, turbatus est, nonnullis titulis omissis et numero titulorum imminuto. Quod nunc sigillatim persequamur. Basilicorum liber I. secundum indicem titulorum generalem Codici Coisliniano 151 praefixum decem continet titulos, secundum indicem specialem titulorum librorum I—IX. eidem Codici praepositum, secundum Codicem ipsum, qui unum nonnisi huius libri titulum continet, et ex testimonio Balsamonis ad Photium unum duntaxat titulum[6]). Index titulorum generalis Coislinianus designat iuris Iustinianei locos, qui in singulum quemque titulum libri Basilicorum primi translati fuerint. Quod argumento est, hunc indicem titulorum generalem eo tempore fuisse compositum, quo libri iuris Iustinianei parem cum Basilicis adhuc obtinuerunt auctoritatem; alioquin allegationes locorum iuris Iustinianei in Basilica translatorum prorsus supervacaneae atque inutiles fuissent. Etiam tempus, quo Codex Coislinianus 151 scriptus est, quod seculo undecimo factum est, et ipsius Codicis indoles et integritas eam redolent aetatem, qua iuris Iustinianei usus frequens erat. Si nihilosecius in eodem Codice index specialis librorum I—IX. Basilicorum libri primi Basilicorum nonnisi unum titulum designat et ipse Codex unum duntaxat libri primi titulum continet, inducor, ut sentiam, indicem titulorum Basilicorum generalem Coislinianum antiquissimum esse et fortasse ab ipsis Basilicorum compilatoribus profectum, quo usus Basilicorum designatis iuris Iustinianei locis in ea translatis sublevaretur. Itaque librum primum Basilicorum ab initio decem titulis arbitror constitisse[7]), postea autem a seculo inde undecimo a librariis, quos rubricas titulorum describere taedebat, in unum titulum decem illos fuisse contractos. Liber III. Basilicorum e Codice Coisliniano 151 a me editus quatuor titulos ab initio continuit, quorum secundus Novellam 3., tertius Novellam 16. pr. et nonnullas constitutiones ex tit. 3. et 5. libri I. Codicis comprehendit. Ex quibus quatuor titulis postea duo facti sunt, veluti in Codice Parisiensi 1352, in quo tituli secundi et tertii vestigium extat nullum. Numerum quatuor titulorum libri III. Basilicorum confirmant etiam Paratitla Basilicorum Tipuciti vulgo sic dicti, quibus quatuor tituli cum rubricis continentur, nec non loci a Balsamone in commentario ad Photii Nomocanonem laudati[8]). Liber VI. Basilicorum e Codice Coisliniano 151 a me editus triginta quinque continet titulos; Fabrotus e Codice Parisiensi 1352 titulorum 8—18. 23—35. nonnisi rubricas dedit, quas in indice titulorum volumini primo editionis praemisso omisit; quae dictis titulis continebantur, in hoc Codice omissa sunt, qui etiam in titulis a Fabroto editis multas habet lacunas. Quod ad libros Basilicorum deperditos attinet, indices titulorum non semper conveniunt. Sic secundum indicem titulorum generalem Coislinianum liber LIII. Basilicorum septem titulos continet, quorum ultimus inscriptus est *περὶ πράσεως καὶ ἀγορασίας οἴνου*. Index titulorum Codici Parisiensi 1357 praemissus hunc librum octo titulis dicit constare, quorum ultimus continet capita iuris Rhodiorum navalis, cui Synopsis Basilicorum concinit. Secundum Paratitla Tipuciti sic dicti hic liber novem titulis constat, quorum duo postremi capita iuris Rhodiorum navalis continent[9]). Quae differentia indicis generalis Coisliniani a reliquis testimoniis vel ita potest explicari, ut dicamus, ius Rhodiorum navale ab initio partem Basilicorum integram non fuisse, sed serius adiectam fuisse, vel ita, ut accipiamus, ius Rhodiorum Basilicis iam a compilatoribus fuisse adiectum, serius autem in nonnullis Basilicorum Codicibus praetermissum. Equidem in sententiam posteriorem inclino. Quamvis enim neque in Prochiro, neque in Epanagoge ullum iuris Rhodiorum navalis extet vestigium, neque

5) Cf. Sect. I. §. 4. 6) Cf. Basil. Heimb. T. I. p. XV. not. a. 7) Sic emendanda sunt, quae in Basilicorum editione T. I. p. XV. not. a. proposui. 8) Balsamon enim ad Phot. tit. I. cap. 26. Novellam 16. in Basil. lib. III. tit. 3. positam esse dicit (Voelli et Iustelli bibl. iur. canon. T. II. p. 845. Rhalli et Potli Coll. canon. T. I. p. 64.); idem ad Phot. tit. I. cap. 30. Novellam 3. dicit esse in Basil. lib. III. tit. 2. positam (Voell. p. 851. Rhalli T. I. p. 69.). Secundum Eclogam librorum I—X. Basilicorum liber III. Basilicorum tribus constabat titulis. 9) Cf. Basil. Heimb. T. V. p. 118. not. f. p. 119. not. n.

Leo in prooemio Basilicorum eius mentionem fecerit ullam, tamen neque ex hoc, neque ex illo contra hanc sententiam argumentum derivari posse arbitror. Multa enim Basilicis continentur, quae in Prochiro et Epanagoge ne indicata quidem sunt, et Leo in prooemio Basilicorum inter fontes Basilicorum ne Prochiri quidem fecit mentionem, quamvis multi eius loci in Basilica sint translati. Inprimis autem Synopseos Basilicorum auctoritas me movet, ut ius Rhodiorum navale a Basilicorum compilatoribus ipsis adiectum esse credam, cum Synopsis non multo post Basilica promulgata (intra annos 969. et 987.) composita sit. Accedit, quod in Basilicorum scholiis capita legis Rhodiae in libro LIII. Basilicorum reposita allegantur, quae neque in Synopsi, neque apud Tipucitum extant [10]). Denique Basilicorum compilatores Digestorum titulum ad legem Rhodiam in Basilica transtulerunt, quamobrem non abs re videri poterat, etiam ius Rhodiorum navale Basilicis inseri.

V. Denique usu iuris Iustinianei sublato et Basilicorum auctoritate unice agnita effectum est, ut Basilicorum usum cum scholiis propter ingentem, quam effecerunt molem incommodum commodiorem reddere non multo post Basilica promulgata Iureconsulti studuerint. Libri a Iureconsultis eius rei causa compositi diversae sunt indolis. Ac primum quidem auctores delectum locorum ex Basilicis instituerunt, modo ordine alphabetico, seriei librorum Basilicorum ratione non habita, quod factum est in Synopsi maiori, cui ab ordine alphabetico nomen est *νόμιμον κατὰ στοιχεῖον*, modo ordinem Basilicorum secuti, cuius rei exemplum est Ecloga lib. I—X. Basilicorum, quae a nonnullis Theodoro Hermopolitano immerito tributa est. Deinde Basilicorum usum Iureconsulti sublevare studuerunt Paratitlis, quibus, quid singulis Basilicorum titulis et singulis locis sub unoquoque titulo repositis contineretur, indicarent. Exemplum praebent Paratitla Basilicorum, quae vulgo Tipuciti nomine feruntur. Nec tamen haec Paratitla ita erant comparata, ut usum ipsorum Basilicorum redderent supervacaneum. Nam modo argumentum locorum Basilicorum ita reddunt, ut certum sit, quid illis fuerit statutum; modo nihil indicant, nisi qua de re materiave certo quodam Basilicorum loco quaeratur, nec vero addunt, quomodo decisa sit proposita quaestio, imo lectorem, qui decisionem voluerit cognoscere, ad ipsa Basilica ablegant [11]). Accedit, quod Paratitla eorum nonnisi librorum Basilicorum, quibus ius privatum continetur, argumentum hoc vel illo, quem diximus, modo indicarunt, quod tam accurate factum est, ut plene diiudicare possimus, qui loci Digestorum, Codicis et Novellarum in singulis Basilicorum titulis positi fuerint, adeoque paragraphos fragmentorum in Digestis repositorum sigillatim persequi nobis liceat; eorum autem Basilicorum librorum, qui ius publicum, fiscale, municipale et militare concernunt, argumentum nonnisi brevissime ita indicatur, ut plerumque in inscriptionibus titulorum Basilicorum exhibendis auctor acquieverit [12]). Tum usus Basilicorum incommodus effecit, ut manualia iuris a privatis componerentur, quibus breviter iuris praecepta, quae in usu erant, exponebantur. Licet enim non deessent compendia iuris publica auctoritate promulgata, veluti Prochirum et Epanagoge, ea tamen, cum iuris praecepta his tradita modo antiquata, modo legibus recentioribus mutata sequiori aetate essent, usui paulatim non sufficiebant. Quamobrem homines privati seculo decimo et sequentibus ad eiusmodi compendia componenda accesserunt, in quibus ex latioribus legum voluminibus et novellis constitutionibus scitu digna et usu frequentata collegerunt eaque excerpta, modo ordinem ab ipsis excogitatum, modo ordinem compendiorum publica auctoritate editorum secuti, digesserunt [13]). Atque eorum quidem manualium, quibus cum compendiis publicis nihil est commune, exempla sunt Michaelis Attaliatae liber de iure *πόνημα* sive *πόνημα νομικὸν* inscriptus; et Michaelis Pselli Synopsis legum versibus politicis conscripta. Manualium ad ordinem compendiorum legalium compositorum haud exiguus est numerus, quae in Codicibus manuscriptis variis nominibus appellata [14]) Zachariae de L. peculiaribus nominibus designavit a compendio legali, ad cuius ordinem et exemplum composita sunt, potissimum desumtis [15]). Ultimum horum manualium, quo Basilicorum memoria et usus vel apud Graecos paene extinctus est, est Promtuarium a Constantino Harmenopulo editum.

CAPUT IV.

De Basilicorum hodierna conditione.

Sectio I.

DE CODICIBUS BASILICORUM MANUSCRIPTIS.

§. 1. A. De codicibus Basilicorum manuscriptis in universum [1]).

Basilicorum corpus integrum amplius non extat, sed pars nonnisi tulit aetatem. Causae, quae effecerunt, ut

---

10) Cf. Basil. Heimb. T. V. p. 119. not. a. Sic cap. 14. laudatur in Sch. r. Basil. Heimb. T. II. p. 654.; cap. 19. in Sch. ° T. III. p. 156., quae capita neque in Synopsi, neque in Paratitlis Tipuciti reperiuntur. 11) Quod apparet ex his, quae in mea Basilicorum editione ex Paratitlis Tipuciti sic dicti edita sunt. 12) Sic verbi causa in Paratitlis Tipuciti argumentum singulorum locorum, qui Basilicorum libris XIX. XXX—XXXVII. XLIII. XLIV. LVIII. continentur, accurate indicatur, ut, quae Digestorum fragmenta et quae singulorum fragmentorum paragraphi in Basilicis extiterint, appareat; in libris autem LIII—LVII. LIX. Basilicorum designandis auctor Paratitlorum acquievit in eo, ut librorum singulorum singulos titulos cum titulorum inscriptionibus indicaret. 13) Cf. Zachariae de L. Prochir. p. XIV sq. 14) Nomina, quibus haec compendia in Codicibus veniunt, sunt *ἐκλογαί*, *πρόχειρα* vel *πρόχειρος νόμος*, *ἐγχειρίδια*, *ἐπιτομαί*. 15) Eiusmodi compendia sunt Ecloga privata, Ecloga privata aucta, Epanagoge cum scholiis, Epanagoges tituli XIII., Epanagoge cum Prochiro composita, Epitome ad Prochirum mutata, Epitome Laurentiana, Prochirum Vaticanum, Ecloga ad Prochirum mutata, Epanagoge aucta, Epitome Marciana. De his compendiis, de aetate, qua sunt composita, de Codicibus manuscriptis, quibus continentur, prae omnibus conferendus est Zachariae de L., Hist. iur. Gr.-Rom. delin. §. 42 p. 68 sq. Prochir. p. XIV sq. XLVIII sq. XCIV—CLIV. Collect. libror. iur. Gr.-Rom. ineditor. p. 5—7. 57—59. Ius Graeco-Rom. P. II. p. 271 sq. Vestigia illius pressit Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. II. p. 390—434.

1) De Codicibus Basilicorum manuscriptis hi potissimum videndi sunt: Assemani, Bibl. iur. orient. lib. II. cap. XVII. p. 378 sq. Catalogus Codd. mss. Biblioth. Caesar. Paris. II. p. 300—305. Hoepfner, Candidatorum .... solemnia inauguralia indicit ac praetermissa quaedam de Basilicῶν libris proposuit. Giess. 1774. vernaculo sermone sub titulo: Hoepfner, Berichtigung gewoehn-

magna Basilicorum pars perierit, hae sunt. Ac primum quidem ingens voluminis moles erat impedimento, quominus multi Codicibus Basilicorum describendis operam navarent. Iam Theodori Balsamonis aetate, i. e. seculo duodecimo exeunte, tam exiguus erat Codicum numerus, ut ne Alexandriae quidem Basilicorum extaret memoria. Marcus enim, Patriarcha Alexandriae, ad Balsamonem scripsit, Basilica in suas non pervenisse regiones in eisque prorsus esse ignota, eamque ob causam Balsamonem consuluit[2]). Uno vix seculo post Basilica promulgata praeterlapso magnum operis volumen iam adduxerat auctorem Synopseos Basilicorum, ut locos gravissimos Basilicorum deligeret et ordine alphabetico disponeret. Commodior Synopseos usus Basilicorum usum etsi non sustulit, at certe valde imminuit, ideoque Basilicorum describendorum haud magna erat necessitas, cum qui Synopsin possidebant, hac contenti Basilicis ipsis carere se posse arbitrarentur. Quae decimo et sequentibus seculis composita sunt iuris manualia, fundamento quidem Basilicorum magnam partem nitebantur; vim tamen non minorem in Basilicorum usu minuendo, quam Synopsis, videntur habuisse. Deinde ipsa Basilicorum indoles eiusmodi erat, quae homines a Codicibus describendis deterreret. Leo enim ex Digestis et Codice permulta in Basilica transtulit, quae iam Novellis Iustinianeis erant abrogata, et a diligentiori separatione et selectione legum in Digestis et Codice antiquatarum et abrogatarum ab iis, quae usu adhuc frequentabantur, non minus, quam in Novellis Iustiniani, necessaria abstinuit. Praeterea ex libris iuris Iustinianei multae leges in Basilica translatae sunt, quarum auctoritas certo tempore praeterlapso desierat, vel ad certum locum erat restricta. Mutationes iuris post Basilica promulgata recentioribus legibus factae ad minuendum Basilicorum usum non minus contulerunt, quam finium imperii circumscriptio, qua effectum est, ut multi Basilicorum loci ad regiones postea ab hostibus occupatas pertinentes in usu esse desinerent. Hinc non solum factum est, ut a librariis, cum Codices Basilicorum describerent, multa praetermitterentur, verum etiam in hoc causa quaerenda est taedii hominum Codices describendi. Quae cum ita essent, Codices totius Basilicorum operis iam Balsamonis aetate extra regiam urbem vix extiterunt; Balsamoni tamen haud dubie ad manus fuerunt, ut ex locis Basilicorum ab eo laudatis apparet. Tum si Codices totius Basilicorum operis vel Constantinopoli vel alibi extiterunt, hi tam Constantinopoli anno 1204. a Latinis capta, quam frequentissimis barbarorum incursionibus in reliquas imperii provincias magnam partem perierunt. Qui recuperata a Graecis Constantinopoli superfuerunt Codices, eorum pars Constantinopoli a Turcis anno 1453. capta periit; qui etiamnunc superstites sunt Codices, maximam partem a Graecis post captam a Turcis Constantinopolin profugis in Italiam translati sunt. Ita factum est, ut integrum Basilicorum opus ad tempora nostra non perveneri, sed nonnisi partem possideamus. Non defuerunt quidem, qui diversis temporibus a seculo inde decimo sexto spem resuscitarunt, fore, ut totum Basilicorum corpus ad lucem traheretur[3]). Verum haec spes ad nostram usque aetatem fefellit. Ultimus eorum, qui e Iureconsultis data opera bibliothecas Orientis perscrutatus est, Zachariae de L. unum nonnisi Codicem, quo libri XV—XVIII. Basilicorum continentur, Constantinopoli invenit: aliorum Codicum, quibus Basilicorum vel pars inesset, vestigium apparuit nullum. Nihilosecius de aliis Basilicorum Codicibus, quorum ope totius corporis copia nobis fiat, inveniendis non est prorsus desperandum. Nam in catalogis librorum, qui nonnullis bibliothecis Constantinopoli asservatis continebantur, anno 1578. factis vestigia supersunt, quae indicant, Basilicorum Codices fortasse inter illos libros fuisse[4]). Sic in catalogo librorum hinc inde extantium a Grammatico exhibito sub numero 46. designatur Codex his verbis: „Aliud, sexaginta libri Iustiniani magni" et sub numero 50. alius Codex his verbis: „Aliud de legibus, antiquum et magnum scriptum". Utroque Codice fortasse continebatur etsi non totum Basilicorum opus, at certe pars

---

lieber Vorstellungsarten ueber die spaeteren Schicksale der Basiliken, in Hugo, Civil. Magaz. T. II. p. 383—402. cum duobus supplementis ibid. p. 402 sq. 410 sq. Peirescii literae ad Aleandrum de XXIX. April. 1617. datae sub titulo: Information relative aux manuscrits des Basiliques dont s'est prévalu Cujas, in Millin, Annales encyclopédiques. 1817. I. p. 265—278. Biener, Sur l'usage que Cujas a fait des Basiliques et sur les manuscrits de ce recueil qui existent dans les Bibl. de Paris in: Thémis VII. p. 165—184. Biener, Comment Cujas s'était-il procuré les manuscrits des Basiliques dont il s'est servi et que sont devenus depuis lors ces mêmes manuscrits? in: Thémis IX. p. 321—352. Berriat-St.-Prix, Observations sur la dissertation de M. Biener sur l'usage que Cujas a fait de Basiliques, in: Thémis X. p. 161—171. Pohl ad Suaresii notit. Basil. p. 110 sq. Heimbach, Diss. de Basilicorum origine etc. p. 55 sq. Zachariae de L. *Αἱ ῥοπαί* p. 95. not. 56. 57. Biener, Uebersicht der vorzueglichsten bekannten Handschriften der Basiliken, in Hugo, Civil. Magaz. T. VI. p. 56—74. Berliner Jahrb. f. wissenschaftl. Kritik. 1834. Nr. 91. Heidelberger Jahrb. der Literatur 1835. p. 1051—1078. Zachariae de L. Hist. iur. Gr.-Rom. delin. p. 46. 47. et in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 1086. 1087. Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. II. p. 186—217. Adhibui praeterea schedas beati fratris de Codicibus Basilicorum, qui Parisiis, Florentiae et Romae servantur, edendorum Basilicorum causa mihi communicatas ac descriptionem Codicis Parisiensis 1350, quam Tischendorf mihi exhibuit. 2) *„Τὰ ἑξήκοντα κεφάλαια τῶν βασιλικῶν οὐ διεδόθησαν εἰς τὰς χώρας ἡμῶν· διὰ τοῦτο νυκτοβατοῦμεν ὅσον τὸ εἰς αὐτά· ζητοῦμεν οὖν μαθεῖν, εἰ ἐντεῦθεν κατακρινόμεθα."* Cf. Leunclav. Ius Gr.-Rom. T. I. p. 363. 364. Rhalli et Potli Coll. canon. T. IV. p. 451. 3) Cf. Mortreuil l. l. p. 187 sq. Seculo decimo sexto, Mart. Crusius, Turco-Graeciae lib. VIII. Basileae 1584. p. 499. ex literis Stephani Gerlachii, qui a latere Davidis Ungnadii legati ad Turcorum Imperatorem fuit, certiores aequales fecerat, palatio Patriarchae Constantinopolitani *ἑξηκοντάβιβλον* contineri. Seculo decimo septimo communis erat opinio, in bibliotheca Reginae Catharinae e stirpe Medicea omnes sexaginta Basilicorum libros tribus voluminibus comprehensos fuisse, quos Cuiacium in manibus habuisse neque unquam possidere desiisse, sed postea, quam multos librorum iuris Iustinianei locos ex iis explicuisset, emendasset et supplevisset, mutilasse traditum est. Cf. Peirescii literae ad Aleandrum d. d. XXIX. April. 1617. (Millin, Annales encyclopédiques I. p. 265—278.). Quod falsum esse, et in bibliotheca Reginae Catharinae nonnisi parvam Basilicorum partem fuisse Mortreuil probavit, qua de re pluribus sermo erit, cum de singulis Basilicorum Codicibus dissereretur. Anno 1820. Hugo Civil. Magaz. T. IV. p. 438, certiores aequales fecit de universo Basilicorum opere a Pilato invento et in Germaniam allato. Pardessus, qui spem fovit, fore, ut librum LIII. Basilicorum integrum ederet, Pilatum literis ea de re adiit, qui ei respondit, se non totum Basilicorum opus invenisse, sed nonnisi varias lectiones ex Codicibus manuscriptis Parisiensibus collegisse (Pardessus, Collection des lois maritimes T. I. p. 157.), qui Codices iidem sunt cum his, qui e bibliotheca Coisliniana in Regiam, nunc Caesaream transierunt. Cf. Leipz. Lit.-Zeit. 1812. num. 197. Eodem fere tempore Clonares certiorem fecit Schraderum, in Graecia, maxime in montis Athonis bibliothecis, etiamnunc integra totius Basilicorum operis exemplaria extare. Cf. Schrader Prodromus ad Corp. iur. civ. (1823.) p. 8. not. 7. Giraud, Revue de législation III. p. 145. 4) Cf. Zachariae de L. in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1847. p. 93.

eius, nisi Codice num. 46. designato Paratitla *τῆς ἑξηκονταβίβλου*, quae Tipuciti nomine feruntur, comprehensa fuisse credamus [5]). Aliorum Codicum, quibus Basilicorum pars continebatur, memoria seculo decimo septimo adhuc extabat [6]).

Quod ad indolem Codicum manuscriptorum Basilicorum in universum attinet, iam in scholiis Basilicorum recentioribus vestigia apparent, quae indicant, iam seculo undecimo et duodecimo extitisse Codices integriores et Codices minus integros, id est, praetermissionibus et interpolationibus foedatos. Nam nonnunquam in scholiis dicitur aliquid in nonnullis Codicibus deesse, in aliis extare [7]). Aliis scholiorum locis diversitas lectionum in Codicibus notatur [8]). Discernuntur exactiora sive accuratiora exemplaria (*ἀκριβέστερα ἀντίγραφα* vel *βιβλία*) a minus exactioribus [9]). Ex quo patet, iam eo, quo scholia recentiora composita sunt, tempore haud exiguam Codicum extitisse differentiam. Quod et aliis confirmatur argumentis. Nam in Balsamonis commentario ad Photii Nomocanonem saepius dicuntur constitutiones Codicis et Novellae in Basilicis praetermissae, quae in Codicibus Basilicorum superstitibus extant [10]). Etiam in indicibus Novellarum in Basilicis positarum vel praetermissarum magna cernitur differentia, cum in alio indice Novella quaedam in Basilicis dicatur praetermissa, quae secundum alium indicem in Basilicis fuit collocata [11]). Quod nisi ex diversitate Codicum manuscriptorum explicari nequit. Atque ea quidem Codicum diversitas exinde orta est, quod librarii, qui Codicibus describendis operam dederunt, pro lubitu et sine certo consilio modo hunc, modo illum iuris Iustinianei locum in Basilica translatum, quem ex hac vel illa causa antiquatum vel recentioribus legibus abrogatum invenerant, in Codicibus, quos scripserunt, modo praetermiserunt, modo retinuerunt. Quod iam a seculo inde decimo factum esse docet index Novellarum in Basilicis collocatarum et praetermissarum, qui inscribitur *σύντομος διαίρεσις τῶν νεαρῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ*. Itaque iam ea aetate extiterunt Codices manuscripti Basilicorum, quorum alii Basilicorum textum integriorem, alii praetermissionibus vel epitomis in locum textus genuini subrogatis breviorem factum exhibuerunt. Codex autem Basilicorum manuscriptus, qui seculum decimum attingat, ad nos non pervenit, nisi Codicem Escorialiensem, quo libri VII. et VIII. Basilicorum continebantur, cuius exempla, Lugdunense inquam et Haenelianum, quae librum VIII. Basilicorum cum scholiis antiquis continent, etiamnunc extant, ideo huc volueris referre, quod scholia antiqua ea forma, quae primitiva fuit, posterioribus interpolationibus non foedata, exhibet [12]). Cuius rei causa haud scio an, ut Mortreuil [13]) arbitratur, in eo sit quaerenda, quod quamdiu ius Iustinianeum cum Basilicis valebat, Basilicorum describendorum et in multis exemplis propagandorum non magna fuerit necessitas, cum ius Iustinianeum usui sufficere videretur. Ex quo autem Basilicorum praevaluit auctoritas et iuris Iustinianei usus cessavit, Basilicorum describendorum aucta est necessitas ideoque crevit Codicum manuscriptorum numerus. Nec vero is Codicum numerus unquam fuit magnus. Cuius rei causis a nobis iam explanatis accessit scholiorum tam antiquorum quam recentiorum cum textu Basi-

---

5) Iam Zachariae de L. l. l. p. 93. suspicatus est, Codice num. 46. designato sexaginta Basilicorum libros fuisse comprehensos. Quamvis vix probabile sit, toti Basilicorum corpori, scholiis praetermissis, unum Codicem suffecisse, certe partem *τῆς ἑξηκονταβίβλου* Codex iste potuit continere. 6) Peirescius in literis ad Aleandrum d. XXIX. April. anni 1617. datis (Millin, Annales encyclopéd. 1817. T. I. p. 273 sq.) mentionem fecit Codicum Basilica continentium his verbis: „L'évêque de Chartres a en manuscrit le premier livre des Basiliques; M. du Tillet en avait une partie . . . le président de Harlay en avait un autre volume, qui a dû passer aux mains du Président de Thou, on dit qu'il y en a encore quelques parties dans la Bibliothèque Palatine. Scipion Tettius (Totti) napolitain, dans la table Librorum manuscriptorum qui in Bibliothecis italicis asservantur, nondum editorum anno 1553 assure legales libros iuris civilis graece scriptos asservari in D. Marci Bibliotheca Florentiae." Mortreuil l. l. p. 209. not. b. auctor est, Peirescium hunc indicem librorum Scipionis Tettii possedisse; ceterum merito notat, dubium esse, utrum hi Codices reapse Basilica continuerint necne. Facile enim Basilica ipsa cum Synopsi Basilicorum aut cum Paratitlis Tipuciti Peirescius potuit commutare. 7) Exempla haec sunt. In Sch. *Τοῦτο* Basil. Heimb. T. IV. p. 113. caput 50. Basil. XLI. 1. dicitur in multis exemplaribus omissum his verbis: „*Τοῦτο τὸ θέμα ἐν πολλοῖς τῶν ἀντιγράφων οὐ κεῖται καὶ ἴσως τρακταϊσμός ἐστι τοῦ μθ'. διγ. καὶ τοῦ ν'.*" In Sch. *Πρόσκειται* T. V. p. 856. in (Dorothei) indice L. 8. §. 4. D. XLVIII. 19. dicuntur addita esse verba *ἢ εἰς ἔργον μετάλλου*, in Basilicis autem non posita in exactioribus exemplaribus his verbis: „*Πρόσκειται εἰς τὸν ἴνδικα· ἢ εἰς ἔργον μετάλλου· ἐν δὲ τῷ Βασιλικῷ οὐ κατεστρώθη ἐν τοῖς ἀκριβεστέροις τῶν ἀντιγράφων.*" In Codice Parisiensi 1350, ex quo Fabrotus et egomet ipse librum LX. Basilicorum edidimus, verba *ἢ εἰς ἔργον μετάλλου* in Basilicorum textu habentur. Pertinet ergo hic Codex non ad accuratiora sive exactiora Basilicorum exemplaria. 8) Exempla sunt haec. In Sch. *Τινὰ* Basil. Heimb. T. II. p. 709. notatur, in cap. 32. th. 1. Basil. XXIII. 3. loco verborum *ἢ τοῦ φροντιστοῦ αὐτοῦ* nonnulla exemplaria habere „*ἢ τὸν φροντιστήν*". In Sch. *Τινὰ* T. IV. p. 119. notatur, in cap. 67. th. 2. Basil. XLI. 1. pro *παρακρατεῖ* nonnulla exemplaria habere „*οὐ παρακρατεῖ*". In Sch. *Ἐν τοῖς* T. V. p. 230. notatur, in cap. 5. th. 2. Basil. LX. 1. loco verborum *τῆς παρούσης ἰμφάκτουμ* in plerisque exemplaribus legi „*τῆς τὸ διπλοῦν ἀπαιτούσης*" idque errorem *τοῦ ἐξελληνιστοῦ* esse. In Sch. *Τινὰ* T. V. p. 327. notatur, in cap. 1. th. 7. Basil. LX. 4. legi in nonnullis exemplaribus: „*καὶ οὐχ ὁ πατὴρ ἐκ τοῦ πεκουλίου τοῦ παιδὸς δίδωσι τὴν ζημίαν*", cum in aliis Codicibus post verba *ὁ πατὴρ* additum reperiatur *γάρ*; quod etiam in Codice Parisiensi 1350 secunda manu additum est, ubi tamen ab initio particula *γὰρ* omissa fuit. In Sch. *Τινὰ* T. V. p. 480. cap. 36. th. 1. Basil. LX. 12., quod in Codice Parisiensi 1350 sic se habet: „*Ὁ συμβουλεύων δούλῳ φυγεῖν, ἢ ἑαυτὸν κατακρημνίσαι ἢ ἀνελεῖν, οὐχ ὑπόκειται τῇ περὶ κλοπῆς ἀγωγῇ, εἰ μὴ διὰ τὸ ὑπὸ ἑτέρου κλαπῆναι κ. τ. λ.*", dicitur in nonnullis exemplaribus in hunc modum esse compositum: „*Ὁ συμβουλεύων δούλῳ φυγεῖν, ἢ ἑαυτὸν κατακρημνίσαι ἢ ἀνελεῖν, οὐχ ὑπόκειται τῇ περὶ κλοπῆς ἀγωγῇ· ὁ γὰρ κακῶς συμβουλεύσας οὐχ ὑπόκειται τῇ περὶ κλοπῆς ἀγωγῇ, εἰ μὴ διὰ τὸ ὑπὸ ἑτέρου κ. τ. λ.*" In Sch. *Τινὰ* T. V. p. 719. dicitur, in cap. 9. th. 1. Basil. LX. 37. loco verborum *πρὸ τοῦ κε'. ἐνιαυτοῦ* in exactioribus exemplaribus legi „*πρὸ τοῦ κς'. ἐνιαυτοῦ.*" In Scholiis *Ὅσα* et *Διὰ* T. V. p. 724. dicitur, in cap. 15. th. 6. Basil. LX. 37. in plerisque exemplaribus legi: *οὐ δικαίῳ ἀνδρός*, cum alia exemplaria habeant: *δικαίῳ ἀνδρός*, omissa negatione. 9) Sch. *Τινὰ* T. V. p. 719. „*Τινὰ δὲ καὶ τῶν βιβλίων τὰ καὶ ἀκριβέστερα ἔχουσι· πρὸ τοῦ κς'. ἐνιαυτοῦ.* Sch. *Πρόσκειται* T. V. p. 856. Cf. not. 7. 10) Exempla supra congessi. Cf. Cap. III. Sect. I. §. 4. 11) Cf. Cap. III. Sect. II. §. 5. 12) Etiam Codices illi Basilicorum, qui textum Basilicorum sine scholiis praestant, aut ipsi vetustissimi sunt, aut ex vetustissimis Codicibus certe descripti sunt. Ad vetustissimos Codices referendum censeo Codicem Coislinianum 151, qui seculo undecimo scriptus est. Is enim scholia continet nulla, et scholia antiqua ab initio Basilicis non fuisse adiecta, iam supra probare studuimus. Cf. Cap. III. Sect. I. §. 7. Praeterea Codex ille Basilicorum textum, mea quidem sententia, quantum ad libros I – V. Basilicorum attinet, longe integriorem, quam Codex Parisiensis 1352, quo Fabrotus in hisce libris edendis usus est, exhibet. Quas alii moverunt de integritate Codicis Coisliniani 151 dubitationes, equidem magni non arbitror esse momenti, ut pluribus demonstrabitur, cum hoc de Codice sermo erit. Quod autem maxime me movet, ut hunc Codicem inter vetustissimos numerem, est index titulorum Basilicorum generalis ei praefixus, quo loci iuris Iustinianei designantur in singulum quemque Basilicorum titulum translati. 13) Mortreuil l. l. p. 186 sq.

licorum coniunctio, qua moles operis iam per textum vasti adeo crevit, ut qui totum corpus cum scholiis vellet describere, Herculeum laborem susciperet. Itaque singuli nonnisi partem Basilicorum, puta nonnullos libros, modo scholiis adiectis, modo omissis, descripserunt. Qui cum Codices sequerentur diversae indolis et conditionis, alter integriorem, alter minus sincerum et praetermissionibus foedatum, fieri non potuit, quin haec Codicum diversitas amplius propagaretur. Atque ea diversitas in Codicibus, qui aetatem tulerunt, etiamnunc elucet. Nam inter Codices superstites alii textum Basilicorum nonnisi exhibent, veluti Coislinianus 151 et Parisiensis 1357; alii textum integrum cum scholiis antiquis, veluti Haenelianus et Constantinopolitanus; alii textum integrum cum scholiis antiquis et recentioribus ad instar commentarii perpetui ad marginem adscriptis, veluti Parisiensis 1349. 1354. Laurentianus LXXX. 11.; alii textum integrum cum perpetuo illo commentario et aliis insuper recentioribus scholiis in extremo margine perscriptis, veluti Coislinianus 152 et Parisiensis 1350; alii textum integrum cum notis marginalibus ex antiquioribus et recentioribus scholiis excerptis, veluti Parisiensis 1348; alii denique textum interpolatum et in brevius redactum cum notis ex antiquioribus et recentioribus scholiis excerptis[14]). Ceterum ne unus quidem Codicum superstitum textum talem praestat, qualis ab initio fuit, nec sperare nobis licet, fore, ut eius unquam copia nobis fiat, etiamsi Codices hactenus ignoti reperiantur. Nam cum iam a seculo inde decimo Basilicorum textus praetermissionibus coeperit mutilari, ita ut iam Balsamonis aetate textus integer non fuerit, credendum vix est, per tot secula et per tot discrimina rerum servatos fuisse Codices, qui textum primitivum genuinum praestent.

Codicum manuscriptorum adhuc extantium, quibus Basilicorum pars maior minorve continetur, duae sunt classes, altera eorum, qui textum ipsum modo integriorem, modo in brevius redactum vel interpolatum praestant, altera eorum, quibus nonnisi fragmenta textus Basilicorum continentur cum aliis epitomis ad ius pertinentibus coniuncta[15]).

§. 2. B. De Codicibus Basilicorum manuscriptis superstitibus in specie.

I. Codices primae classis.

Codices ad primam classem (cf. §. 1. i. f.) pertinentes, in quibus enumerandis ordinem librorum Basilicorum, quos continent, sequar, hi sunt:

1. Lib. I—IX. Codex Coislinianus 151, qui nunc in bibliotheca Caesarea Parisiensi servatur[1]) foliis 269 numeratis constat et calamo exaratus est. Scholia textui non adiecta sunt, sed nonnunquam in textum irrepserunt. Singulis paginis triginta duo usque ad triginta octo versus continentur. Folia infra numeris non sunt distincta. In quovis folio infra liber Basilicorum eiusque numerus graecis literis indicatur hoc modo: βι. α. β. γ. Codex una manu exaratus est, modo indicem titulorum totius Basilicorum operis inde a fol. 1. usque ad fol. 18. A. conspicuum exceperis, qui alia manu scriptus est. Folium 269. lacerum est, sed restitutum adglutinato fragmento Codicis patris cuiusdam ecclesiastici. Index titulorum generalis ita est compositus, ut primo loco dicat, quot titulis singulus quisque Basilicorum liber constet, deinde in margine singulorum titulorum numeros habeat appositos, in textu modo rubricas sive inscriptiones titulorum exhibeat, modo omissa inscriptione locos iuris Iustinianei, ex quibus singuli Basilicorum tituli compositi sunt, enumeret ita, ut numeros libri et tituli Digestorum vel Codicis, vel numeros Novellarum secundum collectionem CLXVIII Novellarum indicet. Folium 18. B. vacuum est. Fol. 19. A. usque ad fol. 22. B. alius index specialis titulorum librorum I—IX. continetur, qui ab illo in eo differt, quod hic ad hunc Codicem spectat, ille ad totum Basilicorum corpus pertinet. Codex udore corruptus est, quod in foliis potissimum initio et fine positis evenit; unde multae literae legi aegre potuerunt, cum udore color scripturae fuscus extinctus sit. Inscriptiones librorum et titulorum et literae fragmentorum initiales rubro colore sunt distinctae. Qua in re tamen librarius tam negligenter versatus est, ut ex usu rubri coloris in scribendo distinctio fragmentorum certo cognosci nequeat. Fragmenta numeris non sunt distincta, sed continua serie se invicem excipiunt. Perraro in fine paginae fragmentorum numerus indicatur. In Codice tempus, quo scriptus sit, non est notatum. Hunc Codicem fuerunt qui suspectae integritatis dicerent et textum Basilicorum interpolatum praestare arbitrarentur[2]). Alii contra eius integritatem defenderunt[3]). Equidem in hanc pedibus eo sententiam et Codicem tam propter aetatem, quam ob ipsius indolem maximi censeo aestimandum. Quod ad eius aetatem attinet, iam Montfaucon Codicem seculo undecimo vindicavit, cui accessit Mortreuil[4]). Beatus frater, qui Codicem diurna nocturnaque manu versavit, de eius aetate iudicium quidem tulit nullum; verum cum sententiam illorum, qui eum seculo undecimo assignarunt, non impugnaverit, silentio eam haud dubie probavit. Itaque et mihi in hac sententia eo magis acquiescendum erit, quo certius variis ex argumentis de aetate Codicis cuiusdam manuscripti

---

14) Cf. Zachariae de L. Delineatio p. 46. not. 14., a quo tamen ratione Codicis Coisliniani 151 dissentio, quo textum Basilicorum interpolatum contineri arbitratur. 15) De diversitate Codicum ratione scholiorum infra (Cap. V. §. 2.) erit dicendum.

1) Codex hic cum altero 152. signato ab initio fuit in bibliotheca Seguierii Cancellarii, quae iure hereditario ad Coislinum episcopum Metensem translata anno 1715. ad monasterium regularium S. Benedicti in Saint-Germain situm pervenit, cui tandem fuit legata. Accuratum huius bibliothecae catalogum confecit Montfaucon et sub titulo: Bibliotheca Coisliniana, anno 1715. edidit. Magna bibliothecae monasterii illius pars, ea potissimum, quae in Codicibus manuscriptis graecis consistebat, anno 1794. in bibliothecam magnam Parisiensem est translata. Cf. Biener, Civil. Magaz. T. VI. p. 69 sq. Codicem descripsit Montfaucon, Bibl. Coislin. p. 216., qui tamen erravit tam quod ad lacunam in libro II. attinet, quem errorem detexit Reitz ad Theophil. T. II. p. 1775. not. 85., quam in aetate Codici tributa, quem initio seculi decimi quinti vindicavit, postea autem seculo undecimo, ut ipse in fronte Codicis notavit. Cf. Pardessus, Coll. des lois maritimes T. I. p. 171. De hoc Codice disseruerunt Hugo, Civil Magaz. T. II. p. 417. T. III. p. 248 sq. Biener, Thémis T. IX. p. 350 sq Heimbach edit. Basil. T. I. p. XV. not. a. et de Basil. origine p. 55—57. Uberrimam Codicis descriptionem b. frater in schedis mecum communicatis exhibuit. 2) Sententiam hanc proposuit Zachariae de L. Delineatio p. 46. not. 14. p 49. not. 20., cui accessit Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. II. p. 190 Iam Biener, Beytr. zur Revision des Justin. Codex p. 223. de eo dubitat, utrum in Codicibus duae redactiones textus Basilicorum, in libris potissimum prioribus, quarum altera textum integriorem, altera epitomas exhibuerit, sint accipiendae, an librariorum arbitrio in locum epitomarum ab initio positarum textus genuinus fuerit subrogatus. 3) Heimbach iun. in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1839. p. 993. 994. 4) Mortreuil l. l. p. 190.

potest iudicari. Quod me potissimum movet, ut Codicem scriptum esse putem eo tempore, quo frequentissimus adhuc erat iuris Iustinianei praeter Basilica usus, hoc est. In indice titulorum generali, qui hoc Codice continetur, loci iuris Iustinianei, qui in singulos Basilicorum titulos translati sunt, regulariter solent designari: quo indicatur aetas, qua libri iuris Iustinianei simul cum Basilicis in usu fuerunt: alioqui, si index iste compositus et scriptus fuisset eo tempore, quo usus iuris Iustinianei cessaverat, auctor vel librarius locos iuris Iustinianei prorsus omisisset utpote supervacaneos et inutiles. Ad eandem rem facit, quod index iste generalis nonnunquam eum commentarium designat, ex quo Basilicorum titulus haustus sit[5]). Praeter aetatem Codicis etiam indoles eius ita comparata est, ut magni eum aestimandum existimem, longe maioris, quam Codicem Parisiensem 1352. Codex enim Coislinianus 151 non solum plures Basilicorum locos in Codice Parisiensi 1352 praetermissos exhibet, verum etiam eorum locorum, qui utrique Codici communes sunt, textum praestat integriorem. Quod nunc sigillatim erit demonstrandum. Primum quod ad Novellas attinet, index titulorum generalis Coislinianus saepius dicit, Novellam quandam totam in Basilica esse translatam[6]), qua in re convenit cum indice Reginae, in quo ad singulas Novellas secundum ordinem corporis CLXVIII Novellarum traditur, ubi in Basilicis reposita sit Novella quaedam et saepius tota Novella (ὅλη ἡ νεαρά) in Basilicis dicitur collocata[7]). Quod non solum eo consilio dicitur, ut significetur, uno Basilicorum titulo Novellam quandam totam contineri, quo opponatur his casibus, ubi Novellae cuiusdam partes diversis Basilicorum locis sunt collocatae, verum etiam his verbis designatur, ipsam Novellam, id est, ipsum Novellae (graecae videlicet) textum in Basilicis exhiberi. Cum etiam in Synopsi et in Balsamonis commentario ad Photii Nomocanonem plerumque textus Novellarum graecus secundum collectionem CLXVIII Novellarum in locis Basilicorum allegatis exhibeatur, idemque in Codice Coisliniano 151 factum sit, non dubito, quin hic Codex, quatenus textum Novellarum graecum, nec vero epitomas exhibet, integer sit et Codici Parisiensi 1352 longe anteponendus, quippe in quo loco textus Novellarum graeci saepius epitomae, ex Theodori Breviario Novellarum potissimum desumtae, repositae sint[8]). Deinde quod ad Codicis Iustinianei locos in Basilicorum libris sex prioribus repositos attinet, prima causa, cur Codicis Coisliniani integritas in dubium vocata est, in eo consistit, quod Codex noster saepe integrum et genuinum constitutionum graecarum textum vel τὸ κατὰ πόδας latinarum constitutionum praestat, cum in Codice Parisiensi 1352, Synopsi, Ecloga librorum I—X. Basilicorum et in Balsamonis commentario ad Photii Nomocanonem earundem constitutionum exhibeantur epitomae[9]). In quo equi-

---

5) Sic ad Basil. lib. XXXV. tit. 5. index titulorum generalis haec habet: τι. ε΄. (in marg.) περὶ διαθηκῶν παραστάσεως ἔκδοσις Κυρίλλ. (Basil. Heimb. T. III. p. 554. not. c.). Ad Basil. lib. XXXVIII. tit. 11. index iste haec habet: τι. ια΄. (in marg.) τὸ πρᾶγμα τοῦ ἀνήβου οὖσιν Ἰστω. ἔκδοσις Κυρίλλ. βι. μς΄. τῶν διγ. τι. ια΄. (lege ς΄. Basil. Heimb. T. III. p. VIII. not. e.). Cf. Lib. I. Cap. V. §. 6. 6) Quod factum est numero Novellae secundum collectionem CLXVIII Novellarum designato, additis verbis ἡ ὅλη νεαρά. Secundum hunc indicem hae Novellae totae in Basilica translatae sunt: Nov. 144. 146. 132. (Basil. Heimb. T. I. p. XV. not. b.). Nov. 114. (ibid. p. XVI. not. i.). Nov. 16. (ibid. p. XVI. not. n.). Nov. 133. (ibid. p. XVI. not. q.). Nov. 120. (ibid. p. XVI. not. t.). Nov. 17. 149. (ibid. p. XVII. not. y.). Nov. 126. (ibid. p. XIX. not. u.). Nov. 64. 122. 156. 157. (ibid. T. V. p. 149. not. e.). Nov. 166. (ibid. p. 180. not. r.). Nov. 116. (ibid. p. 191. not. i.). Nov. 85. (ibid. p. 191. not. k.). Nov. 59. (ibid. p. 225. not. u.). Nov. 14. 51. (ibid. T. V. p. XV. not. n.). Nov. 142. (ibid. p. XV. not. n.). Nov. 143. (ibid. p. XVI. not. a.). 7) Index Reginae (cf. Heimbach Anecd. T. II. p. 237—246.) has Novellas totas in Basilica translatas tradit: Nov. 1. 4. 16. 20. 21. 23. 32. 36. 44. 47. 48. 59. 61. 63. 64. 68. 71. 73. 82. 88. 90. 91. 92. 94. 107. 108. 109. 111. 113. 114. 116. 120. 122. 124. 126. 133. 136. 142. 146. 149. 150. 151. 152. 156. 157. 158. 159. 160. 164. 166. 168. 8) Novellae graecae, quae in libris I—VI. Basilicorum exhibentur, hae sunt: Nov. 3. cap. 1—3. Nov. 5. cap. 1. Nov. 6. cap. 8. Nov. 7. cap. 3. §. 2. Nov. 8. cap. 1—3. 5—14. cum edicto. Nov. 13. cap. 3—6. Nov. 15. cap. 1—6. Nov. 16. pr. cap. 1. Nov. 17. cap. 1—17. Nov. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. Nov. 43. Nov. 57. pr. cap. 1. Nov. 66. cap. 1. Nov. 69. cap. 1—4. Nov. 80. cap. 1—10. Nov. 86. cap. 1—9. Nov. 95. cap. 1. Nov. 102. cap. 1—3. Nov. 103. cap. 1—3. Nov. 109. pr. cap. 1. 2. Nov. 113. cap. 1—3. Nov. 119. cap. 10. Nov. 120. cap. 1—11. Nov. 123. cap. 1—32. 34—44. Nov. 128. cap. 22. 24. 25. Nov. 131. pr. cap. 1—13. Nov. 132. Nov. 133. cap. 1—6. Nov. 134. cap. 1—6. 9. 12. 13. Nov. 137. cap. 2. 4—6. Nov. 144. cap. 1. 2. Nov. 145. cap. 1. 2. Harum Novellarum textum graecum Codex Coislinianus exhibet, modo Nov. 43. cap. 3. §. 1. exceperis, cuius summarium ex Theodori Breviario repositum est. Codex Parisiensis 1352 modo textum graecum Novellarum exhibet, modo summaria Theodori aliusve cuiusdam Iureconsulti, modo praetermittit Novellam quandam vel totam vel eius partem. Summaria Theodori loco textus Novellarum in eo Codice habentur harum Novellarum: Nov. 8. cap. 1. 6. 7. 8. 9. Nov. 17. cap. 4. 10. 15. Nov. 120. cap. 1. 9. 10. 11. Nov. 131. cap. 13. 15. Nov. 133. cap. 5. 6.; incerti auctoris epitome habetur Novellae 17. cap. 1. 7. 8. 9. 13. Novellae 95. cap. 1. §. 1. Epitomen Novellae 55., quae in Basilicis non fuit posita, habet Codex Parisiensis 1352 ex eoque Fabrotus Basil. lib. V. tit. 2. cap. 3. In quo uterque Codex ratione Novellarum in Basilica translatarum differat, Manuale Basilicorum docebit. Synopsis loco harum Novellarum habet epitomas incerti auctoris: Nov. 5. cap. 1. (p. 37.). Nov. 123. cap. 6. (p. 40.) cap. 34—37. 42. (p. 37. 38.). Ex quo nihil aliud potest derivari, quam in Synopsi idem, quod in Basilicis contigit, evenisse, ut loco textus graeci Novellarum iam mature ii, qui Codices descripserunt, epitomas substituerint. De quo dubitari nequit, cum aliarum Novellarum textum graecum Synopsis exhibeat. 9) Exempla haec sunt: L. 1. C. I. 1. = Basil. I. 1. 1. Codex Coisl. habet τὸ κατὰ πόδας Thalelaei, Codex Paris. 1352 summarium Theodori et τὸ κατὰ πόδας; Syn. p. 1. et Balsamon praestant summarium Theodori. — L. 2. C. I. 1. = Basil. I. 1. 2. Codices Coisl. et Paris. habent τὸ κατὰ πόδας, Ecloga lib. I—X. epitomen, haud scio an Theodori. — L. 3. C. I. 1. = Basil. I. 1. 3. Uterque Codex textum genuinum graecum constitutionis exhibet. — L. 4. C. I. 1. = Basil. I. 1. 4. Uterque Codex habet τὸ κατὰ πόδας, Syn. p. 1. epitomen, haud scio an Theodori. — L. 5. 6. 7. C. I. 1. = Basil. I. 1. cap. 5. 6. 7. Uterque Codex textum genuinum graecum constitutionum harum praestat. — L. 8. C. I. 1. = Basil. I. 1. 8. Uterque Codex habet τὸ κατὰ πόδας. — L. 1. C. I. 2. = Basil. V. 1. 1. Cum utroque Codice convenit epitome Isidori, quae legitur in Pseudo-Ioannis Nomoc. tit. VI. verb. Ἐξέστω — ἐκκλησίαις (Voelli et Iustelli bibl. iur. canon. T. II. p. 610.). — L. 6. C. I. 2. = Basil. V. 1. 5. In utroque Codice exhibetur epitome constitutionis, quam pro indice Thalelaei habuerim, cum diversa sit epitome Isidori, quae habetur in Pseudo-Ioannis Nomoc. tit. III. verb. Ὁμοίως — ὀχυροῦται et tit. XV. verb. Εἰ δὲ — δικαίοις (Voell. l. l. p. 608. 621. — L. 26. C. I. 3. = Basil. I. 1. 10. Uterque Codex habet epitomen, ut opinor, indicem Thalelaei; Syn. p. 2. epitomen exhibet diversam. — L. 10. C. I. 4. = Basil. I. 1. 21. Uterque Codex continet τὸ κατὰ πόδας constitutionis; Syn. p. 3. habet epitomen, quae Isidori esse potest. — L. 8. C. I. 5. = Basil. I. 1. 27. Codex Coislin. exhibet indicem Thalelaei, Parisiensis 1352 partem eius, Balsamon (Voell. T. II. p. 1064. Rhalli T. I. p. 264.) partis constitutionis brevem epitomen, quam Basil. I. 1. cap. 23. esse dicit, a textu Codicis Coislin. diversam. — L. 9. C. I. 5. = Basil. I. 1. 28. Uterque Codex habet, ut opinor, indicem Thalelaei, Balsamon (Voell. p. 1064. Rhalli p. 264.) summarium Theodori, quod dicit esse Basil. I. 1. cap. 24. — L. 12. C. I. 5. = Basil. I. 1. 30. Codex Coislin. habet vel graecae constitutionis textum genuinum vel τὸ κατὰ πόδας, cum constitutio tam graeco, quam latino sermone promulgata sit; cf. Basil. Heimb. T. I. p. 21. not. a. In Codice Paris. deest haec constitutio; Syn. p. 4. Balsamon

dem causam potius quaesiverim integritatis Codicis Coisliniani probandae, quam accusandae, cum saepius etiam Synopsis cum Basilicorum textu in Codice Coisliniano exhibito conveniat. Nam ut primum in eo subsistam, quod Codex Coislinianus constitutionum graecarum textum exhibeat, in quo saepius cum Codice Parisiensi 1352 convenit[10]), non desunt exempla eiusdem constitutionis et graeco et latino sermone promulgatae[11]), ita ut ne certo quidem dici possit, constitutionem quandam ab initio nonnisi graecam fuisse. Et si concesserimus, regulariter constitutionum graecarum nonnisi indicem ex Thalelaei commentario in Basilicis fuisse collocatum, nihil tamen obstat, quominus Basilicorum compilatores eodem arbitrio modo constitutionis graecae textum, modo loco eius indicem ex Thalelaeo Basilicorum textui inseruisse arbitremur, quo in constitutionibus latinis versati sunt, quarum modo versio *κατὰ πόδα*, modo index in Basilica transiit, ita, ut certum in eo compilatorum consilium cognosci nullo modo possit. Nec mirum esse potest, posteriori aetate in locum textus graeci constitutionum in Basilicis repositi epitomas fuisse subrogatas, quod in Novellis saepissime factum esse videbis, si tam Codicem Coislinianum cum Parisiensi 1352, quam illum cum Synopsi volueris conferre. Nec Synopsis, neque Ecloga lib. I—X. Basilicorum, nec Balsamon Codicis Coisliniani integritati obstant. Synopsis enim circa annum 969. edita est, quo tempore frequentissimus erat iuris Iustinianei usus, quam ob causam auctor necesse non habebat Basilicorum textum anxie sequi, sed liberius eum tractare et in brevius contrahere iam eo, ut loco textus longioris epitomas reciperet, poterat. Itaque ne dici quidem potest, in Synopsi locorum ex Basilicis selectorum textum genuinum, qualis in Basilicis ab initio fuit, exhiberi, hoc minus, quod Synopsis formam primitivam in Codicibus manuscriptis amplius non habet, sed a recentioribus valde mutatam[12]). Ecloga lib. I—X. Basilicorum seculo duodecimo medio edita est, ea ergo aetate, qua sententia de praecipua Basilicorum auctoritate paulatim coeperat obtinere necdum vero extra dubium erat posita, quod seculo demum duodecimo exeunte factum est, quo tempore Basilicorum textus tam locis multis praetermissis, quam in brevius redactis in Codicibus manuscriptis adeo mutatus et mutilatus fuit, et de genuino Basilicorum textu ex hoc opere iudicium certum ferri nullo modo possit. Idem de Balsamonis commentario ad Photii Nomocanonem valet. Itaque in eo, quod Codex Coislinianus saepius graecarum constitutionum textum vel *τὸ κατὰ πόδας* latinarum continet, ubi Synopsis, Ecloga et Balsamon epitomas duntaxat exhibent, causam integritatis huius Codicis accusandae video prorsus nullam[13]). Secunda causa, ex qua Codicis Coisliniani 151 integritas in dubium vocatur, exinde repetitur, quod saepius hic Codex epitomas constitutionum exhibet, ab iis, quae in Synopsi, Ecloga dicta et in Balsamonis commentario

---

(Voell. p. 1064. Rhalli p. 264.) et Ecloga lib. I—X. Basil. habent epitomen, quae Theodori esse videtur, hanc: *Ὁ Μανιχαῖος ἐν ῥωμαϊκῷ τόπῳ διάγων ὀφθεὶς ἀποτεμνέσθω.* Balsamon (Voell. p. 1064. Rhalli p. 264.) praeterea reliquae partis constitutionis epitomen exhibet ut textum Basil. I. 1. 25. — L. 15. C. I. 5. = Basil. I. 1. 31. Codex Coislin. exhibet textum graecae constitutionis genuinum vel *τὸ κατὰ πόδας*; Codex Paris. partem duntaxat habet, quae cum Codice Coislin. ad verbum convenit. Syn. p. 4. habet epitomen, quam cui tribuam, incertus sum, licet Stephani esse nequeat. — L. 16. C. I. 5. = Basil. I. 1. 32. Codex Coislin. exhibet constitutionis graecae textum genuinum, Codex Paris. partem eius, qui ad verbum cum Codice Coislin. convenit; Balsamon (Voell. p. 1067. Rhalli p. 267.) partis epitomen habet, ab Isidori epitome, quae in Pseudo-Ioannis Nomocan. tit. XXXV. verb. *Τιμωρείσθωσαν — ἀφελκύσωσιν* legitur (Voell. T. II. p. 643.) diversam. — L. 20. C. I. 5. = Basil. I. 1. 33. Codex Coislin. habet textum graecae constitutionis genuinum, Codex Paris. partem eius ad verbum cum Codice Coislin. convenientem; Balsamon (Voell. p. 1064. Rhalli p. 265.) habet epitomen, quam Basil. I. 1. cap. 28. esse dicit. — L. 1. C. I. 5. = Basil. I. 1. 11. Uterque Codex praestat *τὸ κατὰ πόδας*; Syn. p. 3. exhibet epitomen, quam haud scio, utrum Theodoro an Isidoro vindicem. — L. 7. C. I. 9. = Basil. I. 1. 39. Uterque Codex exhibet *τὸ κατὰ πόδας*; Syn. p. 2. et Ecloga lib. I—X. Basil. habent epitomen in Basil. Heimb. T. I. p. 27. not. hh. typis exscriptam, quae haud scio an Theodorum redoleat auctorem. — L. 8. C. I. 9. = Basil. I. 1. 40. Uterque Codex exhibet *τὸ κατὰ πόδας*; Syn. p. 2. et Ecloga lib. I—X. Basil. habent eandem epitomen in Basil. Heimb. T. I. p. 27. not. i. typis exscriptam, quae Theodori esse nequit, cuius summarium e Codice Parisiensi 1351 supra lib. I. cap. VI. §. 6. exhibitum est. — L. 9. C. I. 9. = Basil. I. 1. 41. Codex uterque (Coislin. et Paris. 1352) habet constitutionis epitomen, quam pro Thalelaei indice habuerim; Syn. p. 2. exhibet epitomen diversam. — L. 14. C. I. 9. = Basil. I. 1. 44. Utroque Codice continetur *τὸ κατὰ πόδας*; Syn. p. 2. et Ecloga lib. I—X. Basil. habent eandem epitomen in Basil. Heimb. T. I. p. 28. not. rr. typis expressam, a qua summarium Theodori e Codice Paris. 1351 supra lib. I. cap. VI. §. 6. exhibitum differt. — L. 15. C. I. 9. = Basil. I. 1. 45. Uterque Codex (Coisl. et Paris. 1352) habet *τὸ κατὰ πόδας*, Ecloga lib. I—X. Basil. epitomen in Basil. Heimb. T. I. p. 28. not. 55. typis exscriptam. — L. 16. C. I. 9. = Basil. I. 1. 46. LX. 54. 29. Utroque Basilicorum loco exhibetur epitome diversa, priore loco ex utroque Codice eadem, posteriore epitome, quam et Syn. p. 3. habet. — L. 18. C. I. 9. = Basil. I. 1. 47. LX. 54. 30. Utroque Basilicorum loco epitome constitutionis diversa exhibetur; priore ex utroque Codice eadem, quam pro Thalelaei indice habuerim, posteriore epitome, quam et Syn. p. 3. habet, a qua Isidori summarium in Pseudo-Ioannis Nomocan. tit. XXXVII. verb. *Ὁ τὸν Χριστιανὸν — τιμωρείσθω* (Voell. p. 646.) exhibitum differt. — L. 6. C. I. 11. = Basil. I. 1. 16. Uterque Codex praestat *τὸ κατὰ πόδας*; Syn. p. 2. et Ecloga lib. I—X. Basil. habent epitomen in Basil. Heimb. T. I. p. 14. not. vv. editam, a qua Theodori summarium e Codice Paris. 1351 supra lib. I. cap. VI. §. 6. editum differt. — L. 7. C. I. 11. = Basil. I. 1. 17. Uterque Codex habet *τὸ κατὰ πόδας*; Syn. p. 2. habet epitomen. — L. 10. C. I. 11. = Basil. I. 1. 20. Codex Coisl. habet textum graecae constitutionis genuinum, Syn. p. 3. epitomen; in Codice Paris. 1352 haec constitutio deest. — L. 1. C. I. 12. = Basil. I. 1. 48. Uterque Codex habet *τὸ κατὰ πόδας*, Ecloga lib. I—X. Basil. epitomen verb. *Ἰουδαῖος — δεχέσθω* in Basil. Heimb. T. I. p. 29. not. uu. editam. — L. 3. C. I. 12. = Basil. V. 1. 11. Uterque Codex et Syn. p. 42. exhibent indicem Thalelaei, a quo epitome Isidori verb. *Πάντες — ἄρχουσιν* in Pseudo-Ioannis Nomoc. tit. XLVII. (Voell. p. 658.) exhibita differt. 10) Codex Parisiensis 1352 textum graecum constitutionum nonnullarum exhibet, veluti L. 5. 6. 7. C. I. 1. L. 15. 16. 20. C. I. 5. nec nisi in eo a Codice Coisliniano differt, quod partem duntaxat textus graeci praestat. Textus graecus L. 5. 6. 7. C. I. 1. in Codice Coisliniano exhibitus legitur etiam in Coll. const. eccl. I. 1. (Voell. T. II. p. 1234—1242.). Mortreuil l. l. T. II. p. 182. coniecit, Canonistam quendam constitutionum graecarum textum Codici Coisliniano inseruisse et textum hoc Codice comprehensum usui Basilicorum in ecclesia fuisse destinatum. Quod ut accipiamus non est necesse. Textum graecarum constitutionum genuinum saepius Basilicis fuisse insertum probatur Codicis Parisiensis 1352 auctoritate, cuius integritatem eam ob causam, quod constitutionum graecarum textum genuinum exhibeat, hactenus nemo in dubium vocare ausus est. Etiam dictarum constitutionum argumentum (agunt enim de fide orthodoxa et de haereticis) probabile reddit, earum textum authenticum in Basilica esse translatum. 11) Ut de Novellis Iustiniani taceam, quarum nonnullae utroque sermone promulgatae sunt, veluti Novella 32. graeca, quae eadem est cum Novella 34. latina, et Novella 111., etiam L. 12. C. I. 5. graece et latine edita fuit, ut cognosci potest ex Paratitl. ad Coll. const. I. 3. et 9. (Voell. T. II. p. 1268. 1295.), ubi initium huius constitutionis esse dicitur: *Τοὺς αἱρετικούς*, cum in iisdem Paratitl. I. 1. (Voell. T. II. p. 1242.) dicatur initium esse: Haereticos. 12) Zachariae de L. Delineatio p. 64 sq. *Αἱ ῥοπαί* p. 33 sq. 13) Qua in re consentientem habeo beatum fratrem l. l. p. 993. 994.

leguntur, diversas[14]). Ego vero non video, quid exinde contra Codicis huius integritatem possit derivari, cum longe facilius ita explicari queat ista differentia, ut dicamus, loco longiorum epitomarum, quas Basilicorum compilatores ex Thalelaei commentario regulariter sumserunt, posteriori aetate a librariis in Codicibus describendis epitomas Theodori vel Isidori fuisse substitutas eodem brevitatis studio, quo in Codice Parisiensi 1352 id factum est. Non magis Codicis Coisliniani integritas ideo potest incusari, quod plures Basilicorum locos continet, auctore Balsamone in commentario ad Photium in Basilicis praetermissos[15]). Nam iam supra, cum quaereretur de Basilicorum editione a Constantino Porphyrogeneta promulgata, probavi, Balsamonis testimonium de loco quodam iuris Iustinianei in Basilicis posito vel praetermisso non omnino esse certum et fide dignum, cum nonnunquam sibi ipse contradixerit, et interdum refelli Codicum superstitum auctoritate (Cap. III. Sect. I. §. 4.). Ultimum contra Codicis Coisliniani integritatem argumentum ex eo repetitum est, quod ex tredecim Iustiniani Edictis primum Basilicorum textui in hoc Codice insertum sit (Basil. Heimb. T. I. p. 168.), quamvis illa Iustiniani Edicta inter Basilicorum fontes minime sint numeranda[16]). Verum enimvero illud Edictum in collectione CLXVIII Novellarum cum Novella 8. coniunctum est, quod et Theodori Breviario Novellarum probatur, et in Basilica translatum est, cum appendix sit Novellae 8.[17]). Quae cum ita sint, equidem causam integritatis huius Codicis reprehendendae iustam video nullam. Imo hoc sentio, eo contineri textum Basilicorum ad authenticum et primitivum proxime accedentem. Quod ut sentiam, praeter aetatem Codicis, de qua iam dixi, haec me movent. Ac primum quidem hoc Codice continetur Basilicorum textus sine scholiis; scholia autem Basilicis ab initio non fuisse adiecta supra probavi[18]). Deinde hic Codex libri III. Basilicorum exhibet quatuor titulos, quot hoc libro revera comprehensos fuisse docent et index generalis titulorum Codici praefixus, et Paratitla Tipuciti, nec non loci a Balsamone laudati[19]). Tum hic Codex longe plures praestat Basilicorum locos, quam Codex Paris. 1352, quos Basilicis revera comprehensos fuisse tam lacunae in Codice Paris. 1352 indicatae[20]), quam Synopsis docent[21]). Accedit, quod multis in locis Codex Coislin. cum Synopsi convenit[22]). Denique quod in Codice Coislin. exhibentur tam Novellae, quam constitutiones graecae Codicis vel *τὸ κατὰ πόδας* latinarum, quarum in Codice Paris. 1352, Synopsi, Ecloga lib. I—X. Basilicorum, et nonnunquam in Balsamonis commentario ad Photium praestantur duntaxat epitomae, id ipsum est argumento, integritatem Codicis Coisliniani immerito in dubium vocari, meque recte et ordine fecisse, qui in Basilicorum libris I—IX. edendis hunc Codicem, quam Parisiensem 1352 sequi maluerim. — Iam Montfaucon plures ex hoc Codice descripserat Novellas, quod apographum Hombergk de Vach in sua Novellarum editione adhibuit et MS. Basilicorum designavit. Nostra aetate Codicem inspexerunt Iunker, Pilat et Witte, quorum qui postremo loco nominatus est, anno 1826. libri II. Basilicorum titulum 3. ex eo edidit. Haenel librum VI. Basilicorum ex dicto Codice descripsit et Heimbach iun. anno 1830. Codicem contulit et partim descripsit.

II. Lib. I—XVIII. Codex Parisiensis gr. 1352[23]), membranaceus in folio, 187 foliis constans, seculo decimo tertio exeunte vel decimo quarto ineunte scriptus[24]), continet libros I—XVIII. tit. 2. cap. 16. Basilicorum[25]). Textum Basilicorum exhibet in brevius redactum[26]) cum scholiis supra, infra et iuxta textum scriptis; quae in margine sunt adnotationes, nonnunquam lingua Slavonica sive Illyrica scriptae sunt[27]). Etiam in textu Basilicorum scholia valde brevia sunt conspicua, neque a Fabroto

---

14) Exempla sunt L. 26. C. I. 3. L. 8. 9. C. I. 5. L. 9. C. I. 9. 15) Exempla locorum Balsamone auctore in Basilicis praetermissorum, in Codicibus autem Basilicorum superstitibus extantium supra congessi. Cf. Cap. III. Sect. I. §. 4. 16) Ad hoc argumentum provocavit Mortreuil l. l. T. II. p. 121. 17) Cf. Cap. III. Sect. II. §. 7. 18) Cf. Cap. III. Sect. I. §. 7. Quae in Codice Coisliniano habentur scholia, veluti Theodori *παραπομπή* ad L. I. C. I. 1. in textu Basil. I. 1. 1. reposita verb. *Πῶς δεῖ πιστεύειν — νεαρᾶ ρθ'.*, et Sch. *Αἴτιον* in Basil. Heimb. T. I. p. 13., in Codice textus partem efficiunt et haud dubie errore librarii in textum irrepserunt. Summarium autem Legis 1. C. I. 1. Theodoro tribuendum, quod continetur verbis textus Basil. I. 1. 1. *Χριστιανός ἐστιν — αἱρετικός ἐστι*, in Codice Coisliniano deest; in Codice Paris. 1352 et in Syn. p. 1. tanquam Basilicorum textus exhibetur. 19) Biener, Gesch. der Novellen p. 152. Titulorum libri III. Basilicorum designationem ex Tipucito exhibuit Assemani, bibl. iur. orient. T. II. p. 504. Balsamon ad Phot. tit. I. cap. 26. et 30. (Voell. T. II. p. 845. 851. Rhalli T. I. p. 64. 69. 70.) Novellas 3. et 16. laudat ut Basil. lib. III. tit. 2. 3. repositas. Index titulorum generalis Coislinianus non solum disertis verbis dicit, hunc Basilicorum librum quatuor constare titulis, verum etiam rubricas titulorum et qui loci iuris Iustinianei singulo quoque titulo contineantur, tradit. Cf. Basil. Heimb. T. I. p. XVI. not. k—o. 20) Sic lacunae in libro VI. Basilicorum e Codice Paris. 1362 a Fabroto indicatae T. I. p. 211. 212., ubi rubricae titulorum 8—18., et p. 222. 223., ubi rubricae titulorum 22—35. duntaxat exhibentur, non subiecto textu, qui in Codice Paris. 1352 desideratur, in Codice Coislin. 151 explentur. Novellas 24. 25. 26. 27. 28. 29. 31. 102. 30. 103. 15. titulis 8—18. libr. VI. Basilicorum fuisse comprehensas, praeter indicem titulorum generalem Coislinianum testatur et Index Reginae. Qui iuris Iustinianei loci titulis 23—35. dicti Basilicorum libri contineantur, index Coislinianus laudatus tradit. Cf. Basil. Heimb. T. I. p. XVII. XVIII. not. f—p. 21) Synopsis p. 50—52. rubricas titulorum 7—20. 21. 27—35. libri VI. Basilicorum exhibet. Qui in ea indicantur tituli 7—12., in indice Coislin. sunt tituli 8—12. Diversitas numerorum in Synopsi inde explicanda est, quod Synopsis titulum *περὶ τάξεως τῶν πραιτώρων*, qui titulus 7. est in Codice Coislin., ignorat. Titulus 13. in Synopsi inscribitur *περὶ τοῦ πραίτωρος τῆς Σικελίας*, quem Codex Coislin. prorsus ignorat. Inde a titulis 14—20. rubricae Codicis dicti et Synopseos conveniunt. Tituli 27—36. cum rubricis in Synopsi exhibiti respondent titulis 27—35. in dicto Codice obviis, quam numerorum differentiam explicare nequeo. 22) Conferas hos locos e Codice Coisliniano a me editos cum Synopsi: Basil. VI. 1. cap. 9. 10. 19. 23. 25. 26. 33. 40. th. 6. cap. 41. 51. 52. 72. 81. 117. — Syn. p. 43. 44. Basil. VI. 1. cap. 46. th. 1. cap. 47. — Syn. p. 46. Basil. VI. 1. cap. 55. 109. — Syn. p. 46. Basil. VI. 2. cap. 6. th. 5. cap. 8. th. 4. — Syn. p. 47. Basil. VI. 2. 15. — Syn. p. 48. Basil. VI. 4. cap. 12. 13. — Syn. p. 48. Basil. VI. 5. cap. 1. 2. — Syn. p. 49. Basil. VI. 6. cap. 1. 5 sq. — Syn. p. 49—51. Basil. VI. 25. 1. — Syn. p. 52. 23) Descriptionem uberiorem Codicis exhibui e schedis a beato fratre mihi communicatis. 24) Ita de Codicis aetate Cel. Hase iudicavit. In Catalogo Paris. T. II. seculi decimi tertii esse dicitur. 25) Desinit fol. 187. B. in capitis 16. (in Cod. *ιζ'.*) tit. 2. lib. XVIII. verbis: *τοῖς κληρονομιαίοις δανεισταῖς οὐ κατέχεται.* Itaque ultima Codicis folia perierunt. 26) Eam ob causam in Catalogo Paris. T. II. Codex Synopsin Basilicorum dicitur continere. 27) In Catalogo Paris. T. II. Codex sic describitur: „Codex membranaceus, olim Puteanus, quo continetur Basilicorum Synopsis a libro primo usque ad librum decimum octavum, cuius pars maior desideratur: Coniecta sunt ad marginem Scholia satis locupletia. Hoc ipso exemplari usus est Hann. Fabrotus ad suam Basilicorum editionem. Fuisse etiam penes Cuiacium ex his eiusdem Fabroti in praefatione non immerito coniicias „Crediderim — effigies"; haec indicia hunc Codicem denotant; nam eiusmodi effigies non semel in eo occurrunt et nonnullis in locis foliorum margines exsectae sunt. Is Codex, in cuius marginibus reperiuntur quaedam lingua Slavonica sive Illyrica scripta, decimo tertio seculo exaratus videtur." Ceterum Catalogi

edita, nec beato fratre iudicante digna, quae edantur. Scholia in margine posita eadem manu, qua textus, scripta sunt, ita tamen, ut a certis inde locis alia manus, quae textum et scholia scripsit, appareat. Itaque Codex non una scriptus est manu. Ad quem textus locum scholium quoddam pertineat, signis vel etiam literis indicatur. Folia initialia Codicis valde lacera sunt adeo, ut legi vix possint. In Codice reperiuntur pictae brutarum vel hominum effigies, veluti fol. 63. 69. 123. 124. 125.[28]). Lacunae, quae in Fabroti editione indicantur, etiam in Codice reperiuntur nec vero ut lacunae indicantur. Lacuna in lib. II. tit. 2. inde a capite 57. (L. 57. D. de verbor. significat.) usque ad tit. 3. cap. 144. (L. 144. D. de div. reg. iur.) hoc incluso, quam Fabrotus in editione indicavit[29]), in Codice apparet; Fabrotus tamen in eo erravit, quod unum nonnisi folium deesse notavit; plura enim folia deesse ostendit ambitus fragmentorum desideratorum. Fragmenta, quae desiderantur, consulto fuisse omissa non est credendum; imo facies et conditio lacunae argumento sunt, eam evulsis nonnullis foliis esse ortam[30]). Lacuna, quae in editione Basilicorum Fabr. T. I. p. 100. A. 7. reperitur, in Codice extat, nec vero ut lacuna indicatur. Inscriptiones titulorum 8—18. 22—35. libri VI. Basilicorum, quae in Basil. Fabr. T. I. p. 211 sq. 222 sq. reperiuntur, additis titulorum numeris, in Codice extant, textu non subiecto. Titulorum inscriptionibus in Codice regulariter ad marginem adiecti sunt fontes, ex quibus ipse titulus haustus est, id est, loci iuris Iustinianei in singulum quemque titulum translati. Voces latinae, quae in textu et scholiis reperiuntur, latinis literis scriptae sunt. Scholia a Fabroto ex hoc Codice ad Basil. lib. II. tit. 2. edita ideo non perierunt, quod in Codice iuxta textum Basilicorum scripta sunt. In Codice nonnunquam librarii incuria pars textus Basilicorum omissa est; quod si factum fuit, eadem manu pars textus omissa infra in fine paginae addito signo quodam, veluti crucis, scripta reperitur praepositis verbis *τὸ κειμ.* vel *τὸ κείμενον*, quibus significatur, hoc esse Basilicorum textum. Eiusmodi locos Fabrotus merito quidem in Basilicorum textum recepit, nec tamen specialiter indicavit. — Hunc Codicem esse eundem, quem Cuiacius in literis ad Petrum Pithoeum Augustae Taurinorum die VII. mensis Augusti a. 1567. datis Venetiis se comparasse scripsit[31]). Cuiacius quidem Codicem libris I—XV. Basilicorum constare scripsit, cum reapse octodecim priores libros contineat. Quod aut ex eo explicandum est, quod cum libri XVI. XVII. et XVIII. mutili sint, Cuiacius nonnisi integros numeravit libros[32]), aut, quod magis est probabile, lapsu calami nititur, cum Cuiacius pro numeris 18 reposuerit numeros 15.[33]). Codice enim, quem Cuiacius possedit, libros XVI—XVIII. fuisse comprehensos, locis probatur ab eo ex libris illis in operibus suis laudatis[34]). — Codex noster textum Basilicorum in brevius redactum exhibet. Atque ea quidem textus in brevius redactio cernitur non modo in praetermissionibus locorum, qui aliis Codicibus, veluti Coisliniano 151, continentur[35]), verum etiam in textu singulorum locorum nonnisi particulatim exhibito[36]), vel in epitomis in locum textus graecarum constitutionum vel *τοῦ κατὰ πόδας* latinarum subrogatis[37]). Contra idem Codex nonnunquam ut tex-

---

auctores errarunt Codicem olim Puteanum eum dicentes. Nam Codices manuscripti fratrum Dupuy iam inde ab anno 1635. bibliothecae Regiae fuerunt inserti; hic Codex autem anno 1638. in hac bibliotheca nondum fuit. Cf. Biener, Themis T. IX. p. 343—345. 28) De his iam Fabrotus in praefatione editionis Basilicorum loquitur his verbis: „Crediderim potius, antequam ad Cuiacium Basilica pervenirent, vel etiam post obitum eius, hosce libros in manus puerorum incidisse, et ut pueri solent eiusmodi chartas et membranas appetere, quaedam exsecuisse, citra damnum tamen contextus. Eius rei fidem faciunt, quae in primo Tomo membranaceo manu pueri alicuius ad oram paginarum exarata sunt, pictaeque ibidem brutarum aut hominum effigies.“ 29) T. I. p. 48. „Deest folium in Regio Cod. quod continebat reliqua huius tituli et tit. de reg. iur. usque ad legem 145.“ 30) Vox *κατιόντας*, qua finitur textus L. 56. §. 1. D. de V. S. (cap. 56. tit. 2. lib. II. Basil. Fabr.) in fol. 8. B. ultima est, fol. 9. A. incipit inde a L. 145. D. de R. I. (cap. 145. tit. 3. lib. II. Basil. Fabr.). 31) „J'ay apporté de Venize les 15 premiers libvres des Basiliques et du 20 jusques au 30 que nul avoit encor veues.“ Literae Cuiacii, quarum mentionem fecimus, in volumine DCC Codicum manuscriptorum Puteanorum in bibliotheca Caesarea Parisiensi extant. Exemplum earum sumsit Iunkerus, idque edidit Hugo, Civil. Magaz. T. III. p. 251. Exemplum literarum manum Cuiacii reddens (Facsimile) exhibet Themis T. I. p. 94. (1819), additis observationibus de anno 1567, quo literae scriptae sunt, quas Hugo anno 1568. datas esse coniecerat. 32) Biener, Themis T. IX. p. 344. 345. Cui tamen obstat, quod etiam libri II. et VI. mutili sunt, ita ut tredecim librorum integrorum numerus sit. 33) Berriat-Saint-Prix, Themis T. X. p. 170 sq. 34) Cuiacius laudat librum XVI. Basil. in commentario ad libros Pauli ad Edictum ad L. 33. 66. D. VII. 1. (Opp. post. T. II. p. 23. 674. Fabr.); in commentario ad Quaestiones Papiniani ad L. 1. D. VII. 2. et L. 7. D. VII. 5. (Opp. post. T. II. p. 439. 448.). Locum ex libro XVII. Basil. laudat in Tractatu VIII. ad Africanum ad L. 49. D. III. 5. (Opp. prior. T. I. p. 1475. Fabr.). Cf. Mortreuil l. l. T. II. p. 192. 35) Exemplum gravissimum praebent tituli 8—18. 22—35. libri VI. Basilicorum, quorum inscriptiones in hoc Codice exhibentur, textu non subiecto. Praeterea hi Basilicorum loci, qui Codice Coisliniano 151 continentur, in Codice Paris. 1352 desiderantur, in quibus designandis ita versabor, ut locum Basilicorum ex mea editione designem, addito loco iuris Iustinianei congruo: Basil. I. 1. 20. — L. 10. C. I. 11. Basil. I. 1. 30. — L. 12. C. I. 5. Basil. III. 1. cap. 40. 41. 42. — Nov. 123. cap. 24. 25. 26. Basil. III. 2. — Nov. 3. cap. 3. Basil. IV. 1. 18. — Nov. 133. cap. 2. Basil. V. 3. 16. — Nov. 131. cap. 14. Basil. VI. 1. 7. — L. 7. D. I. 9. Basil. VI. 1. 10. — L. 10. D. I. 9. Basil. VI. 1. cap. 11. 12. — L. 11. 12. D. I. 9. Basil. VI. 1. 73. — L. un. C. I. 36. Basil. VI. 1. cap. 76. 77. 78. — L. 3. 5. 6. C. I. 40. Basil. VI. 1. cap. 83—87. — L. 11. 12. 13. 14. 15. C. I. 40. Basil. VI. 1. 90. — L. un. C. I. 41. Basil. VI. 1. 97. — L. 5. C. I. 46. Basil. VI. 1. cap. 99. 100. — L. 1. 2. C. de off. praef. annon. (I. 44.). Basil. VI. 1. cap. 102. 103. — L. 1. 2. C. de off. comit. sacri patrim. (I. 34.). Basil. VI. 1. 104. — L. 2. C. de off. comit. sacrar. largit. (I. 32.). Basil. VI. 1. cap. 108. 109. — L. 4. 5. C. de off. comit. rer. privat. (I. 33.). Basil. VI. 1. cap. 110. 111. — L. 1. 2. C. de quadrim. brevib. (I. 42.). Basil. VI. 4. cap. 7. 8. 9. — L. 2. 3. 4. C. I. 26. Basil. VI. 4. cap. 10. 11. 12. 13. — L. 1. 2. 3. 4. C. I. 28. Basil. VI. 4. cap. 14. 15. 16. — L. 1. 3. 4. C. I. 29. Basil. VI. 4. cap. 17. 18. — L. 1. 2. C. XII. 4. Basil. VI. 5. 3. — L. 4. D. I. 15. Basil. VI. 5. cap. 4. 5. 6. 7. — Nov. 13. cap. 3. 4. 5. 6. Basil. VI. 6. 2. — L. 1. C. XII. 6. Basil. VI. 6. cap. 3. 4. — L. 1. 2. 3. C. I. 30. Basil. VI. 6. 12. — Nov. 80. cap. 8. Basil. VI. 7. 5. — L. 1. C. XII. 2. Basil. VI. 7. 7. — L. 2. C. I. 39. Basil. VI. 21. cap. 2—6. — Nov. 134. cap. 2—6. Basil. VI. 22. — Nov. 86. cap. 2—5. 9. 36) Hos Basilicorum locos e Codice Coislin. 151 editos secundum meam editionem designatos Codex Paris. 1352 pro parte duntaxat exhibet: Basil. I. 1. 3. — L. 3. C. I. 1. Basil. I. 1. 7. — L. 7. C. I. 1. Basil. I. 1. 8. — L. 8. C. I. 1. Basil. I. 1. cap. 17. 18. 19. — L. 7. 8. 9. C. I. 11. Basil. I. 1. cap. 25. 26. — L. 5. 6. C. I. 5. Basil. I. 1. 27. — L. 8. C. I. 5. Basil. I. 1. 31. — L. 15. C. I. 5. Basil. I. 1. 32. — L. 16. C. I. 5. Basil. III. 1. 10. — Nov. 123. cap. 3. Basil. III. 1. 19. — Nov. 137. cap. 6. Basil. III. 1. 18. — Nov. 123. cap. 15. Basil. III. 1. 34. — Nov. 6. cap. 8. Basil. III. 1. 37. — Nov. 123. cap. 21. Basil. III. 1. 38. — Nov. 123. cap. 22. Basil. III. 1. 43. — Nov. 123. cap. 27. Basil. III. 2. — Nov. 3. cap. 1. 2. Basil. III. 3. 1. — Nov. 16. Basil. IV. 1. cap. 5. 6. 7. — Nov. 123. cap. 36. 37. Basil. IV. 1. 17. — Nov. 133. cap. 1. Basil. IV. 1. cap. 19. 20. — Nov. 133. cap. 3. Basil. V. 3. cap. 10. 11. — Nov. 131. cap. 9. 10. 37) Sic loco textus graeci harum Novellarum, quem Codex Coislin. 151 praestat, Codex Paris. 1352 epitomas exhibet: Nov. 8. cap. 1. 6. 7. 8. 9. Nov. 17. cap. 1. 4. 7. 8. 9. 13. 15. 18. Nov. 95. cap. 1. §. 1. Nov. 120. cap. 1. 9. 10. 11. Nov. 131. cap. 13. 15. Nov. 133. cap. 5. 6.

tum Basilicorum locos exhibet, qui in Codice Coislin. 151 desiderantur [38]), aut pleniorem loci cuiusdam textum habet [39]), aut epitomas ab iis, quae in Codice Coislin. 151 exhibentur, diversas [40]). Saepius Codex Paris. 1352 locos habet sub aliis Basilicorum titulis repositos, quam sub quibus in aliis Codicibus sunt collocati [41]). Ex quibus omnibus derivo, Codice Paris. 1352 etiam contineri textum Basilicorum interpolatum, tum locis, qui in Basilicis non extiterunt, textui aliis ex fontibus insertis, tum loco fragmentorum, quem in Basilicis reapse habuerunt, mutato, tum epitomis brevioribus in longioris textus locum subrogatis [42]). Atque eae quidem interpolationes in Basil. lib. VI. tit. 1. potissimum sunt conspicuae. — Praeter Codicem Paris. 1352 Fabrotus in editione etiam alia adhibuit subsidia. Quod primum apparet ex eo, quod Fabrotus in editione nonnulla exhibuit, quae in Codice desiderantur. Non loquor de lacuna, quae in lib. II. tit. 2. 3. etiam in Codice deprehenditur, sed de aliis textus partibus a Fabroto editis, in Codice autem omissis [43]). Deinde Codex Paris. 1352 nonnunquam lectiones suppeditat ab iis, quae in editione Fabroti habentur, diversas [44]). Quibus subsidiis praeter hunc Codicem Fabrotus usus sit, non omnino potest cognosci.

III. Lib. VIII. Codex Haenelianus et Codex Lugduno-Batavus. Continent hi Codices librum VIII. Basilicorum cum scholiis ex commentariis Iureconsultorum seculi sexti, veluti Stephani, Cyrilli, Enantiophanis, Thalelaei et Theodori excerptis, et propriis ab his, qui eas epitomas confecerunt, adiectis. Origo utriusque Codicis haec est. I. e. no. 177. bibliothecae Antonii Augustini in catalogo eiusdem hoc modo designatur: Basilicorum libri duo, VII. acephalus et VIII. integer; cum incertis scholiis et Theodori, Thalelaei, Dorothei, Cyrilli et alterius Anonymi interpretationibus — volumina duo recenter scripta forma quadrati [45]). Sic designatur apographum Codicis Basilicorum Escorialensis, libros VII. et VIII. continentis, quod ut faceret, Antonius Augustinus Hieronymo Zaritae mandaverat [46]). Praeterea alia huius Codicis Escorialensis apographa sumta sunt; utrum Antonii Augustini ipsius cura, an aliorum, dubium est. Etiam haec apographa in duo volumina fuerunt divisa. Eiusmodi apographorum volumen alterum, quo liber VIII. continebatur, ad Isaacum Vossium, quo ignoratur modo, pervenit [47]) ac tandem in bibliothecam Lugduno-Batavam translatum est, in qua diu latuit, donec anno 1752. notitiam eius communicaret Ruhnkenius [48]), qui tamen amplius illud non descripsit. Apographum libri VIII., ei, quod Lugduni Batavorum extat, persimile, in Hispania Ill. Haenel sibi comparavit [49]). Forma eius est quadrata mi-

---

38) Sic in Basil. Fabr. I. 1. 1. exhibetur in verbis: *Χριστιανός — αἱρετικός ἐστι* summarium L. 1. C. I. 1. ex Theodori Breviario Codicis, quod etiam in Syn. p. 1. legitur. Basil. Fabr. V. 2. 3. habent epitomen Novellae 55., quae in Codice Coislin. 151 deest, neque in Basilica fuit translata. L. 2. C. IV. 66. in Basil. Fabr. V. 2. 17. reposita a Codice Coislin. 151 est aliena. Epitome L. 2. §. 31. D. I. 2. in Basil. Fabr. VI. 1. 14. posita in Codice Coislin. 151 deest. Locus in Basil. Fabr. VI. 1. 21. repositus in Codice Coislin. 151 desideratur. Epitome L. 6. §. 2. D. I. 18. in Basil. Fabr. VI. 1. 22. conspicua in Codice Coislin. 151 non extat. In Basil. Fabr. VI. 1. cap. 41. 42. extant duo fragmenta, quorum singulum quodque ex pluribus iuris Iustinianei locis excerptum est. Locus in Basil. Fabr. VI. 1. 45. conspicuus in Codice Coislin. 151 non extat, neque habet locum iuris Iustinianei, cui respondeat. Locus in Basil. Fabr. VI. 1. 51. conspicuus a Codice Coislin. 151 alienus secundum Fabrotum est epitome L. 3. §. 1. D. XX. 1., cuius epitome ab hac diversa in Basil. XXV. 2. 3. extat. Loci in Basil. Fabr. VI. 1. cap. 52. 53. 54. conspicui a Codice Coislin. 151 sunt alieni. 39) Exempla haec sunt: L. 1. C. XII. 1. — Basil. Fabr. VI. 1. 27. Basil. Heimb. VI. 1. 27. L. 19. D. I. 18. — Basil. Fabr. VI. 1. 31. Basil. Heimb. VI. 1. 52. L. 17. C. XII. 1. — Basil. Fabr. VI. 1. 40. Basil. Heimb. VI. 1. 53. L. un. C. I. 53. — Basil. Fabr. VI. 3. 23. (ubi extat *τὸ κατὰ πόδας*) Basil. Heimb. VI. 3. 51. (ubi habetur index Thalelaei). 40) Exempla haec sunt: L. 3. D. I. 18. — Basil. Fabr. VI. 1. 14. Basil. Heimb. VI. 1. 37. L. 12. C. III. 1. — Basil. Fabr. VI. 1. 23. coll. VI. 6. 12. utriusque editionis. 41) L. 9. C. de incolis (X. 40.) est in Basil. Fabr. VI. 1. 18., cum reapse reposita fuerit in Basil. lib. LIV. tit. 2. L. 12. C. III. 1. est Basil. Fabr. VI. 1. 23. VII. 6. 12.; in Basil. Heimb. priore loco non extat, sed posteriore. Nov. 8. cap. 6. est Basil. Fabr. VI. 1. 55. Basil. Heimb. VI. 3. 5. Nov. 8. cap. 8. est Basil. Fabr. VI. 1. 9. VI. 3. 1. Basil. Heimb. VI. 3. 8. Nov. 17. cap. 1. est Basil. Fabr. VI. 1. 12. Basil. Heimb. VI. 3. 22. Nov. 95. cap. 1. §. 1. est Basil. Fabr. VI. 1. 49. VI. 3. 24. Basil. Heimb. VI. 3. 15. 42) Ut in Novellas subsistam, in locum textus graeci Novellarum, qui Codice Coislin. 151 continetur, non solum summaria Theodori subrogata in Codice Paris. 1352 sunt, veluti Nov. 8. cap. 1. 6. 7. 8. 9. Nov. 17. cap. 4. 10. 15. 18. Nov. 120. cap. 1. 9. 10. 11. Nov. 131. cap. 13. 15. Nov. 133. cap. 4. 5. 6., sed etiam incertorum auctorum, veluti Nov. 17. cap. 1. 7. 8. 9. 13. Nov. 95. cap. 1. §. 1. 43) Exempla haec sunt in promtu. In prooemio Basil. Fabr. T. I. p. 2. verba *πᾶν δὲ — ἀποτεμόντες* desunt in Codice. In lib. II. tit. 6. cap. 26. Basilica Fabr. T. I. p. 114. A. lin. 2—8. habent verba *θεσπίζομεν — γίνεσθαι μέρος*, quae desunt in Codice et haud dubie e textu Nov. 66. cap. 3. a Fabroto sunt suppleta. In lib. V. tit. 3. cap. 15. ultima verba *ἄδειαν ἐχέτωσαν*, quae habet Fabr. T. I. p. 178. D. lin. 3., desunt in Codice, quae haud scio an Fabrotus e textu Nov. 131. cap. 13. suppleverit. Quae in lib. VI. tit. 6. cap. 2—4. a Fabroto T. I. p. 209. A. lin. 1. usque ad p. 211. A. lin. 5. exhibentur, in Codice desiderantur. Summarium graecum Novellae 35. in lib. VI. tit. 6. cap. 2. positum Fabrotus ex editione Haloandri sumsit, cuius ipse in margine T. I. p. 206. fecit mentionem. Quae ex Nov. 80. cap. 1—7. 9. in lib. VI. tit. 6. cap. 3. exhibentur, Fabrotus videtur ex editione Novellarum Haloandrina sumsisse, textum tamen pro lubitu resecuisse, quod in cap. 1. 5. 7. 9. dictae Novellae potissimum fecit, quorum textum nonnisi particulatim exhibet. Epitomen Legis 1. C. XII. 9. in Basil. Fabr. VI. 6. 4. conspicuam Fabrotus ex Ecloga lib. I—X. Basilicorum desumsit, ut ipse in margine T. I. p. 210. notavit. 44) Cuius exempla sunt haec. Inscriptio prooemii Basilicorum Fabr. T. I. p. 1. habet *τῆς*. Cod. Paris. *τοῖς*. Fabr. *παραλλήλου*. Cod. Paris. *παραλλήλων*. Textus prooemii Basil. Fabr. ibid. p. 1. *ἐλαφρῆναι*. Cod. Paris. *ἐλαφρῦναι*. Fabr. *θέμενος*. Cod. Paris. *παρασχόμενος*. Fabr. p. 2. lin. 22. *ἀποκρίναντες*. Cod. Paris. *ὑποκρίναντες*. Fabr. p. 3. lin. 4. *παραλειφθέντος*. Cod. Paris. *παραληφθέντος*. Lib. I. Basil. Fabr. p. 10. *Ἰουστινιανουπολίταις*. Cod. Paris. *ἰουστινιανοπολίταις*. Fabr. *Ἀγκυρανοῖς*. Cod. Paris. *ἀγκυριανοῖς*. Fabr. *Ἐπιφανίῳ ἀρχιεπισκόπῳ*. Cod. Paris. *ἐπιφανίου ἀρχιεπισκόπου*. Fabr. p. 12. A. lin. 1. *ἄλλοι*. Cod. Paris. *ἄλλης*. Fabr. p. 24. C. lin. 1. *περιτεμνέτω*, quod deest in Cod. Paris. Fabr. p. 26. A. lin. 2. *Κωνσταντινουπολίταις*. Cod. Paris. *κωνσταντινουπόλεως*. Lib. II. Basil. Fabr. p. 105. A. lin. 3. *ἀπαιτείτω*. Cod. Paris. *ἀπαιτεῖ*. Lib. III. Basil. Fabr. p. 145. C. lin. 6. *γίνεσθαι*, quod deest in Codice Paris. Lib. V. tit. 3. cap. 1. Basil. Fabr. p. 171. *ὁρώντων*, quod deest in Cod. Paris. Lib. VI. tit. 20. Basil. Fabr. p. 217. inscriptio tituli exhibetur ex Novella 143. Cod. Paris. habet tantummodo usque ad v. *φρυγίαν*. A. lin. 3. et pro *ἐξηρῆσθαι* habet *ἐξῃρημένης*. Lib. VII. Basil. Fabr. p. 224. A. lin. 8. *αὐτός*. Cod. Paris. *αὐτὸς τὸ*. p. 225. B. lin. 2. *λήξεως*, quod deest in Cod. Paris. Ibid. B. lin. 9. *ἐπ'*. Cod. Paris. *εἰ ὑπ'*. Ibid. D. lin. 4. *κατειλημμένοι*. Cod. Paris. *κατηλημμένοι*. p. 227. D. lin. 6. *τοὺς μὲν*. Cod. Paris. *θεσπίζομεν τοὺς*. Ibid. *μετὰ*. Cod. Paris. *τοὺς μετὰ*. Ibid. D. lin. 7. *τούτους*. Cod. Paris. *τοιούτους καὶ οὕτως*. Ibid. D. lin. 8. *τούτοις*, quod deest in Cod. Paris. p. 228. B. lin. 6. *κατὰ*. Cod. Paris. *οὐ κατὰ*. Ibid. D. lin. 3. *δὲ*, quod deest in Cod. Paris. 45) Gebauer, Mantissa p. 188. 46) Vide literas datas Caesaraugustae a. d. IV. Id. Octobr. 1573. Augustini Opera VIII. p. 204. Macansius, vita Augustini II. 75. 47) Ruhnken, Praefat. Thes. Meermann. T. III. 48) Vide literas a Ruhnkenio ad Ritterum datas in Hugo, Civil. Magaz. T. V. p. 348. Biener, Gesch. der Novellen p. 55. not. 34. Themis T. IX. p. 1335. Giraud, Revue de législation T. III. p. 139. 49) Basil. Heimb. T. I. Praef. p. XI.

nor, materia chartacea. Constat foliis 305 numeratis. Inscriptio haec est:

βιβλίον ὄγδοον τῶν βασιλικῶν.

+

χάριν τῷ λογίῳ καὶ κυρίῳ Ἀντωνίῳ τῷ Κουβαρουβίῳ ἄκρῳ ἀκροατῇ καὶ βουλευτῇ τῆς βασιλικῆς βουλῆς τοῦ τῶν Ἰσπανῶν βασιλέως.

In fine haec scripta sunt: *Εἴληφε τέρμα σὺν θεῷ ἁγίῳ ἐν τῷ ἔτει αφοδ¯φ' μαρτίῳ ς΄. ὑπὸ Ἀνδρέου Δαρμαρίου τοῦ Ἐπιδαυρίου υἱοῦ Γεωργίου.* Sub his scripta reperiuntur: *Χάριν τῷ λογιωτάτῳ κυρίῳ Ἀντωνίῳ τῷ Κεβαρουβίῳ ἄκρῳ ἀκροατῇ τῆς βασιλικῆς συμβουλῆς καὶ συμβουλεύτωρι.* Scriptum ergo est hoc apographum anno 1574. et finitum die VI. mensis Martii ab Andrea Darmario ex Epidauro oriundo. Quae partes fuerint Antonii Cuvaruvii vel Cevaruvii, summi auditoris et consiliarii Hispanorum regis, cur bis ei gratias agat is, qui apographum fecit, non apparet. Dubito, utrum sumtibus eius sustentatus fuerit Darmarius, cum Codicem describeret, an eo intercedente veniam Codicis Escorialensis describendi nactus sit. Codex Haenelianus cum Codice Lugduno-Batavo eundem habet fontem, Codicem dico Escorialensem. Uterque tamen in multis variat. Equidem Codicem Haenelianum apographum primitivum, quod Antonius Augustinus Codicis Escorialensis sumsit, Codicem Lugduno-Batavum aliud eiusdem Codicis apographum, nec vero de illo primitivo descriptum esse existimo, ita ut inter utrumque commune nihil credam praeter fontem communem, Codicem dico Escorialensem. Ut Codicem Haenelianum primitivum apographum esse existimem, primum tempus, quo ad finem perductus est, scilicet dies VI. mensis Martii anni 1574., me movet, cum hoc egregie conveniat cum eo tempore, quo Antonius Augustinus Hieronymo Zaritae mandatum Codicis Escorialensis describendi dederat. Praeterea meae sententiae haec sunt argumenta. Ac primum quidem in Codice Haeneliano regulariter nomina Iureconsultorum, quorum e libris fragmenta in Digesta et in Basilica translata sunt, latinis literis scripta fragmentis praefiguntur, quae Codex Lugduno-Batavus aut, quod plerumque factum est, omittit, aut graecis literis scripta exhibet. Deinde in Codice Haeneliano verba textus, ad quae scholia pertinent, regulariter scholiis non sunt praefixa, ut in Codice Lugduno-Batavo fieri solet, sed literarum signis lector ad verba textus, ad quae scholia singula pertinent, remittitur[50]). Tum in Codice Haeneliano verba latina in textu vel scholiis retenta graecam habent flexionem, quae in Codice Lugduno-Batavo in latinam immutata est[51]). Denique Codex Haenelianus plura continet, quam Codex Lugduno-Batavus. Quod non solum de partibus textus et scholiorum in Codice Lugduno-Batavo omissis est intelligendum[52]), verum etiam de scholiis, quorum Codex Haenelianus plura exhibet, quam Codex Lugduno-Batavus[53]), et de nominibus auctorum, quorum scholia exhibentur[54]). Nihil commune Codicem utrumque habere praeter fontem communem, Codicem Escorialensem, nec Codicem Lugduno-Batavum esse apographum Codicis Haeneliani, sed Codicis Escorialensis ipsius, porro his probatur. Primum Codex Lugduno-Batavus nonnunquam habet, quae in Haeneliano desiderantur[55]). Deinde Codex Lugduno-Batavus praestat varias lectiones, quae ex correctione lectionum in Codice Haeneliano conspicuarum explicari nequeunt, cum lectio huius Codicis saepe melior sit, quam quae in illo Codice exhibetur[56]). Coniecturae propositae, ex qua accepimus, Codicem Haenelianum esse primitivum Codicis Escorialensis apographum ex mandato Antonii Augustini sumtum, obstare videtur, quod illud mandatum Codicis Escorialensis describendi Hieronymo Zaritae ab Augustino datum est, scriptor autem Codicis Haeneliani fuit Andreas Darmarius ex Epidauro oriundus, et quod non apparet, quomodo factum sit, ut Antonio Cuvaruvio vel Cevaruvio bis gratiae agantur in fronte et calce Codicis Haeneliani. Quae ita explicari possunt, ut accipiamus, Hieronymum Zaritam ad describendum Codicem Escorialensem illum Andream Darmarium elegisse, et veniam Codicis describendi intercedente illo Cuvaruvio vel Cevaruvio esse nactum. Ceterum ex iis, quae antea dixi, apparet, Codicem Haenelianum longe pluris esse aestimandum, quam Lugduno-Batavum, cum apographum Codicis Escorialensis magis fidum, sincerum et accuratum contineat, quam Codex Lugduno-Batavus, cuius scriptor in describendo Codice Escorialensi negligentius versatus est. Quae cum ita sint, non video, quid causae sit, cur M o r t r e u i l[57]) miratus sit, me in edendo libro VIII. Basilicorum ex utroque Codicis Escorialensis apographo varias dedisse lectiones et in universum utriusque ex eodem fonte hausti habuisse rationem. Facile enim ex notis libro VIII. in editione subiectis ex iisque, quae hactenus dixi, quisque intelliget, utriusque apographi rationem fuisse habendam, cum alterum alterum suppleat et utrumque Codicis primitivi inspectione nitatur. Quo pervenerit primum volumen apographi Codicis Escorialensis, quo liber VII. Basilicorum continebatur, ignoratur. Antonius Augustinus ipse apographi libri VII. usum in operibus fecit nullum; libri VIII. in opusculo d e n o m i n i b u s p r o p r i i s duo fragmenta laudavit[58]). Antonius de Quintanaduegnas et Villegas, qui anno 1628. diem obiit supremum, in libro d e i u r i s d i c t i o n e e t

---

50) Eadem consuetudo, lectorem ad verba textus, ad quae scholia pertinent, signis literarum vel aliis, veluti crucis signo, remittendi etiam in aliis Codicibus manuscriptis apparet, veluti in Codice Paris. 1352. Codex Lugduno-Batavus verba ipsa textus, quae scholiis illustrantur, singulis scholiis praemissa habet, quod ab eo, qui hoc apographum fecit, proprio Marte factum est. 51) Hoc scriptor Codicis Lugduno-Batavi consulto fecit; graeca enim flexio in Codicibus solennis est. 52) Exempla sunt conspicua in Basil. Heimb. T. I. p. 324. not. k. o. r. p. p. 325. not. n. p. p. 327. not. l. p. 329. not. g. p. 332. not. u. p. 335. not. w. p. 336. not. s. p. 337. not. p. p. 344. not. s. p. 349. not. e. p. 352. not. u. p. 353. not. g. p. 360. not. x. p. 364. not. x. p. 371. not. s. p. 376. not. f. p. 395. not. u. p. 416. not. p. p. 419. not. x. 53) Vide Basil. Heimb. T. I. p. 336. not. i. p. 341. not. w. p. 342. not. k. p. 355. not. a. p. 356. not. i. p. 359. not. d. p. 361. not. p. t. u. p. 376. not. q. p. 390. not. o. p. 394. not. w. p. 397. not. y. p. 399. not. g. p. 418. not. n. p. 419. not. x. p. 420. not. a. 54) Cf. Basil. Heimb. T. I. p. 327. not. t. p. 330. not. v. p. 370. not. d. 55) Cf. Basil. Heimb. T. I. p. 324. not. l. p. 328. not. d. p. 343. not. r. p. 345. not. c. p. 348. not. l. p. 349. not. l. 56) Exempla in quavis pagina libri VIII. Basilicorum editionis Heimbachianae conspicua sunt. Quod in Codice Lugduno-Batavo secundum Basil. Heimb. T. I. p. 346. not. x. *σουπεργουμένους*, quod in Codice Haeneliano constanter legitur, mutatum sit in *σουπέργουμέρους*, non magis probabile reddit, ex hoc illum descriptum esse, quam quod secundum Basil. Heimb. T. I. p. 347. not. i. Codex Lugduno-Batavus habet *ὑπάρχους*, quod in Codice Haeneliano pro *ἄρχοντας*, quod in textu legitur, in margine scriptum est. Lectio enim, quae in Codice Lugduno-Batavo deprehenditur, emendatione eius, qui eum scripsit, niti potest, nec necesse est, ut cum M o r t r e u i l, Hist. du droit Byzant. T. II. p. 193. accipiamus, lectiones meliores, quas Codex Lugduno-Batavus praestat, emendationibus niti ab ipso Antonio Augustino profectis. 57) M o r t r e u i l l. l. p. 193. 58) Cf. O t t o, Thes. iur. T. I. p. 342. 347.

imperio saepius librum VIII. Basilicorum laudavit[59]). — Codex Escorialensis, quo libri VII. et VIII. Basilicorum continebantur, quo pervenerit et utrum etiamnunc extet, incertum est. Vetustissimus fuit et non multo post seculum decimum medium, forte hoc seculo exeunte vel undecimo ineunte, scriptus, cum scholia antiqua ex commentariis Iureconsultorum seculi sexti excerpta forma primitiva continere videatur.

IV. Lib. XI—XIV. Codex Coislinianus 152, nunc in bibliotheca Caesarea Parisiensi asservatus, membranaceus, formam folii maximi habet et libros XI—XIV. Basilicorum cum scholiis continet. Initio Codicis est schedula, qua haec continentur: *Codex membranaceus XIV. saeculi. Pars Basilicorum, quae incipit ab his verbis:* βιβλίον ἑνδέκατον. τίτλος πρῶτος περὶ πάκτων ἤτοι συμφώνων. *Initio et fine habentur folia duo excerpta ex libro quodam noni saeculi, in quorum uno legitur historia Ioachim et .....*[60]). Quod ultimo loco hac in schedula notatur, hoc modo est intelligendum. Duo folia initialia et duo folia finalia Codici ligando inservierunt. Argumentum duorum foliorum initialium ad historiam sacram pertinet. Quatuor hisce foliis adnumeratis Codex folia 151 continet. Codex in universum bene est conservatus; multi tamen loci udore, ut videtur, adeo corrupti sunt, ut legi non potuerint, quod inde a fol. 145. maxime accidit, inde a quo initium versuum lectu erat difficile. In fine folii 3. A. recentiori manu scripta haec sunt: *Εὑρέθη ἐν τῇ ὀγδόῃ* (sic) *θήκῃ ἀνεπίγραφος*. Quae in quatuor foliis initio et fine positis, quae ligando Codici inservierunt, leguntur graeco sermone exhibita, manu antiquiori, seculo nono, ut videtur, scripta sunt. Textus Basilicorum nitide et accurate, saepius siglis adhibitis, scriptus est. Scholia supra et infra columnas et in margine scripta sunt; scholia longiora textui statim sunt subiecta, ita ut saepe permagnam paginae partem expleant. In textu loci, ad quos singula scholia pertinent, literis graecis rubro colore scriptis secundum ordinem alphabeticum distincti sunt, quibus literis in textu positis eaedem literae initio singulorum scholiorum positae rubro colore scriptae respondent. Literarum numero secundum ordinem alphabeticum finito denuo literae eodem ordine incipiunt, nec vero unquam locus quidam duplicato eiusdem literae numero distinguitur. Scholia a textu minoribus literis differunt; textus et scholia saepius eadem manu sunt scripta, ita tamen, ut librarius scholia minoribus literis consulto scripserit. Scholiorum non semper eadem manus apparet. Nonnunquam in extremo membranae margine, quem scholia antiquiora totum non explebant, nova scholia diversa manu et diverso atramento scripta reperiuntur. Frequens in Codice usus est abbreviationum, quae nonnunquam lectu difficiles erant, quamobrem b. frater, cum Codicem conferret et describeret, abbreviationes in Codice conspicuas saepissime depinxit mihique solvendas reliquit, quod etsi regulariter, at tamen non semper mihi contigit. Voces latinae in scholiis antiquis obviae latinis literis, quae tamen formam graecarum saepius imitantur, scriptae sunt. Inde a fol. 105. nomina Iureconsultorum, quorum fragmenta ex Digestis in Basilicis exhibentur, in margine eodem, quo textus, atramento scripta sunt. Duorum ultimorum foliorum argumentum theologiam spectat; videtur eis homilia quaedam contineri. In Codice nonnunquam deprehenduntur lacunae inde ortae, quod nonnulla folia exciderunt[61]). Medium inter textum reperiuntur locorum similium adnotationes (*παραπομπαί*), quas b. frater angustiis temporis impeditus non descripsit. Scholia, quae Codice continentur, paritm eadem, qua textus, manu, partim alia manu recentiori scripta sunt. Nec tamen scriptura potest distingui, utrum scholium sit antiquum, id est, ex commentariis Iureconsultorum seculi sexti haustum, an recentius. Quamvis enim scholia primi generis in Codice plerumque alia manu, atque ea, qua scholia secundi generis, scripta sint, nonnunquam tamen etiam primi generis scholia eadem, qua scholia secundi generis, manu scripta et in eodem loco, quo haec posita esse solent, reposita sunt[62]). Quod a posteriore quodam Codicis possessore factum est, qui scholia primi generis eo loco, quo posita esse solebant, omissa postea addidit. Diversitatem scripturae in nostra Basilicorum editione, in qua primum Codicis ratio habita est, scholia potissimum ex eo edita sunt, ita reperies indicatam, ut scholia recentiori manu scripta signum stellulae prae se ferant[63]). De varia scholiorum indole infra dicetur, cum de Basilicorum scholiis sermo erit. De fatis bibliothecae Coislinianae supra sub num. I. dictum est.

V. Lib. XV—XVIII. Codex *τοῦ ἁγίου τάφου* (Sancti Sepulcri) Constantinopolitanus, membranaceus, in forma quadrata, foliis 222 hodie constans, libros XV—XVIII. Basilicorum cum scholiis continet. Zachariae de L. anno 1838., cum per Orientem iter faceret, Constantinopoli in aedibus Patriarchae Hierosolymitani bibliothecam *τοῦ ἁγίου τάφου* (sancti sepulcri) perlustrans hunc Codicem invenit eiusque copiam anno 1839. nactus est, quo Codex, quem propter temporis angustias Constantinopoli excutere integrum non potuit, venia Demetrii, Patriarchae Hierosolymitani, ei transmissus est[64]). Codex initio mutilus est, nec non in eo medio nonnulla folia exciderunt. Codex inde a fol. 1—210. Harmenopuli Hexabiblum con-

59) Cf. *Meerman*, Thes. T. II. p. 257. Ibi haec scripsit: „Basilicorum Scholiastes in hanc sententiam ita praecipit tit. de procurat. ut apud me quaedam sunt schedae.“ 60) Locus punctis distinctus in schedis b. fratris expletur nomine, quod legere non potui. 61) Sic exciderunt folia nonnulla, quibus continebantur Basil. XI. 1. cap. 46—51. th. 1—3. cum scholiis. Vide Basil. Heimb. T. I. p. 631. not. e. In libro XIV. potissimum plura folia desiderantur. Ac primum quidem unum excidit folium, quod Basil. XIV. 1. cap. 7. 8. th. 1—8. cum scholiis continebat. Vide Basil. Heimb. T. II. p. 78. not. o. Deinde folium unum desideratur, cui inerant cap. 12. th. 11. cap. 13—22. th. 6. Basil. XIV. 1. Cf. Basil. Heimb. T. II. p. 98. not. w. Tum unum excidit folium, cui inscripta erant Basil. XIV. 1. cap. 34. a v. *ἐπὶ* u. a. f. cap. 35—45. th. 1. 2. cum scholiis. Cf. Basil. Heimb. T. II. p. 121. not. i. Denique inter fol. 147. et 148. desideratur unum folium, quod comprehendebat Basil. XIV. 1. cap. 60. th. 5. a v. *σοι* — cap. 76. u. a. v. *καὶ κατὰ κοινὴν γνώμην ἑκατέρων*, cum scholiis. Vide Basil. Heimb. T. II. p. 145. not. t. 62) Exempla sunt Sch. * Basil. Heimb. T. II. p. 71. (Stephani *παραγραφή* ad L. 3. §. 2. L. 4. D. XVII. 1.). Sch. * *Τοῦτο* ibid. p. 77. (Stephani *παραγραφή* ad L. 6. §. 7. D. XVII. 1.). Sch. * *Μανδάτῳ* ibid. p. 107. (Stephani index L. 26. §. 5. D. XVII. 1.). Sch. * *Ἐνετειλάμην* ibid. p. 108. (Stephani index L. 26. §. 8. D. XVII. 1.). Sch. * *Οἰκέτην* ibid. p. 110. (Cyrilli index loci Digestorum laudati). Sch. * *Στεφ.* ibid. p. 110. (Stephani *παραγραφή* ad locum Digestorum laudatum). 63) Vide Basil. Heimb. T. I. p. 553. not. a. 64) Mentionem eius obiter fecit *Zachariae* de L., Delineatio §. 30. (1. a. *e.*) et §. 49. (2.) et in libro ita inscripto: Reise in den Orient in den Jahren 1837. und 1838. p. 293 sq. Accuratius indoles Codicis et quae eo continentur, ab eodem descripta sunt in libello, cui titulus est: *Ἀνέκδοτον*. Lib. XVIII. tit. 1. Basilicorum cum scholiis antiquis. Specimen Codicis palimpsesti Constantinopolitani bibliothecae S. Sepulcri, qui solus libb. XV—XVIII. Basilicorum integros cum scholiis continet. Heidelberg. 1842. 4. Quo in libello exhibuit nonnulla Codicis folia,

tinet. Fol. 1. incipit in fine *μελέτης*, quae sub titulo: *Κριτῶν προκατάστασις* Hexabiblo praeposita est. Eam sequitur *κατάκρισις ἐκτεθεῖσα εἰς τοὺς κριτὰς παρὰ Λέοντος καὶ Ἀλεξάνδρου* a Leunclavio edita. Excipit eam titulus, protheoria et index operis. Fol. 6. incipit Hexabibl. lib. I. tit. 1. In fine lib. VI. (fol. 202. B. sqq.) adduntur: *Ἕτεροι τίτλοι διάφοροι* (scilicet *περὶ ἀξιωμάτων τί. α΄. περὶ κανόνων διαφόρων τί. β΄., περὶ σημασίας ὀνομάτων τί. γ΄., περὶ χειροτονίας ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων τί. δ΄.*), quorum in fine fol. 210. B. haec nota est conspicua: *Τέλος σὺν θεῷ πάσης τῆς ἑξαβίβλου. ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον μηνὶ δεκεμβρίῳ ἰνδ. ζ΄. ἔτους ςωξβ΄. — οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθαι* (lege *εὔχεσθε*) *διὰ τὸν κύριον* i. e. Finis cum Deo totius Hexabibli. Finitus est praesens liber mense Decembri Ind. VII. anno VI MDCCCLXII. (p. Chr. n. 1354.). Qui legitis, orate per Dominum. Fol. 211 sqq. alia recentiori manu exaratis haec continentur: Donatio a Constantino M. in Sylvestrem Pontificem collata, tres tomi synodici, leges rusticae, corollaria quaedam ad Hexabiblum, Harmenopuli de orthodoxa fide et de sectis libellus, officia palatii, dispositio thronorum, quae etiam in aliis Hexabibli Codicibus appendicis loco adscripta reperiuntur [65]). Folia illa 222, quibus Codex constat, ex aliis antiquioribus Codicibus desumta et, veteri scriptura abluendo deleta, rescripta sunt. Ac folia quidem 217—222. evulsa sunt ex Codice antiquissimo uncialibus literis in forma quarta maiori exarato, qui seculi VII. vel VIII. esse videtur. Atramentum, quo scriptus erat Codex ille antiquior, remediis reagentibus Zachariae de L. frustra studuit revocare, unde pauca nonnisi verba legi potuerunt, quibus liber ecclesiasticus, quo homiliae continebantur, indicabatur. Reliqua folia praeter fol. 22. et 29. olim pertinebant ad *τεῦχος τῶν βασιλικῶν*. Is Codex in folio fuit exaratus, ita, ut ex singulis eius foliis, dum rescriberentur, bina folia sint effecta, in quibus lineae scripturae antiquioris a lineis recentioris scripturae secantur. Unde hodie folia primitivi Codicis nonnisi centum et duo integra [66]) et folia decem dimidiata supersunt. Denique folium 22. et folium 29. cum illo cohaerens, quod olim Codici Basilicorum modo laudato tegumenti loco adglutinatum fuisse videtur, in parte interiori instrumentum continet anno 1217. exaratum, a tergo autem vestigia scripturae palimpsestae non habet. Instrumentum illud, quod in foliis 22. A. et 29. B. extat, Zachariae de L. edidit [67]), in quo ita versatus est, ut pauca, quae legi non possent, hic illic suppleret et, quo melius ab aliis discernerentur, uncinis includeret, alia per parenthesin emendaret. Multum illud confert ad historiam Codicis illustrandam. Ac primum quidem ex eo probabile est, Basilicorum Codicem Thessalonicae exaratum eundemque ibidem rescriptum esse; nam certe documentum hoc Thessalonicae scriptum et asservatum fuisse videtur, cum iussu Sacellarii metropoleos Thessalonicensis confectum esse dicatur. Deinde hoc instrumentum, quod anno 1217. scriptum est, aetati Codicis Basilicorum rescripti certius definiendae potest inservire. Instrumenti enim huius scriptura similis est scripturae minutae, qua scholia ad textum Basilicorum in eo Codice plerumque exarata sunt; quamobrem a veritate haud procul aberraverit qui crediderit, eundem clericum Hermogenem, qui hoc instrumentum conscripserit, eodem fere tempore etiam Basilicorum Codicem manu sua exarasse. Scripturam foliorum 1—216. *παλίμψηστον* variis remediis, veluti gallae infuso, aliquamdiu Zachariae de L. frustra tentaverat revocare, donec aliis remediis a Leopoldo Gmelin, professore chemices Heidelbergensi suppeditatis et adhibitis eo perveniret, ut scripturam antiquam, sicubi vel levissima eius vestigia apparerent, facile legere posset. Codex seculo duodecimo exeunte vel decimo tertio ineunte scriptus est. Maxima similitudo est scripturae Codicis cum scriptura Codicis Coisliniani 152 et Codicis Parisiensis 1350, quorum hic librum LX., ille libros XI—XIV. Basilicorum cum scholiis continet. Zachariae de L. hos tres Codices olim integri Basilicorum operis ab iisdem librariis descripti et in plura volumina divisi partem effecisse non immerito arbitratur. Cui non obstat, quod diversa est indoles scholiorum his Codicibus comprehensorum, cum facile fieri potuerit, ut singula integri Basilicorum operis *τεύχη* ex variis recensionibus describerentur. Oeconomia scripturae paene eadem est, quam praestant Codices Digestorum, Codicis et Institutionum cum apparatu. Textus in media pagina introrsum maioribus literis exaratus est; scholia minoribus literis scripta supra, infra et a latere in margine habentur. Inter lineas passim glossae sunt; nonnunquam in extremo margine recentiorum extant adnotationes [68]). Scholiorum scriptura abbreviationibus referta longe difficilior fuit ad legendum, quam textus, quod causam potissimum in eo habet, quod eadem abbreviatio aliquando varias voces denotat. Quatuor ultima Codicis folia alia manu, quam reliqua omnia, sunt exarata. Posteriori enim aetate suppleta sunt, cum temporum iniuria ex Codice primitivo excidissent. In quibus notandum est, singulis scholiis signum quoddam esse praepositum, cui in textu idem signum inter lineas repetitum respondet. Librarius enim, scholia ad ipsum textum ratus pertinere, verba locosve in textu notare voluerat, ad quae quosve scholia essent referenda. Codex, dum integer erat, libros XV—XVIII. Basilicorum cum scholiis continebat; hodie tamen quadraginta fere folia desunt. Quod ad textum attinet, lacunas, quae in libris XVI. et XVII. in editionibus erant, paene totas explet; librum XVIII. genuinum praestat, nisi quod sex aut septem folia ex Codice exciderunt. Cum editiones scholia ad libros XV—XVIII. paucissima habeant, eaque recentiora aut ex antiquioribus depravata, hic Codex antiqua scholia genuina praestat. Ex hoc Codice Zachariae de L. libros XV—XVIII. Basilicorum cum scholiis anno 1846. edidit longe integriores [69]), de cuius editionis pretio et in quo reliquis antecellat, infra dicetur.

---

quae sinceram praestant imaginem rationis, qua textus et scholia scripta sunt. Quam in hoc libello dedit Codicis descriptionem, ex ea pleraque repetiit in Prolegomenis Supplementi editionis Basilicorum Heimbach. Lips. 1846. 4., unde desumta sunt, quae de Codice dixi. 65) Cf. Reitz, adnotatio in calce Harmenopuli ab ipso editi (Meerman Thes. T. VIII.) Biener, de collectionibus canonum ecclesiae graecae p. 78. Zachariae de L., Delineatio §. 49. 66) Unum ex his folium iam olim erat rescriptum, unde in eo triplex nunc scriptura, altera alteri superindita, apparet. Antiquissima scriptura in „Querfolio", quod vocatur, per tres columnas procedebat, ita ut in hoc folio lineae bis invicem intersectae sint. Hanc antiquissimam scripturam Slavicam fuisse Zachariae de L. iudicat. 67) Vide *Ἀνέκδοτον* laudatum Prolegom. p. V. VI. Prolegom. Supplementi Basil. p. IV. V. 68) Ut accuratius haec possent cognosci, Zachariae de L. in illo *Ἀνεκδότῳ* §. 2. effigiem quasi quinque foliorum Codicis exhibuit. 69) Supplementum editionis Basilicorum Heimbachianae lib. XV—XVIII. Basilicorum cum scholiis antiquis integros nec non lib. XIX. Basilicorum novis auxiliis restitutum continens. Edidit, prolegomenis, versione latina et adnotationibus illustravit Car. Eduard. Zachariae a Lingenthal. Lips. 1846. 4.

VI. Lib. XX—XXX. Codex Parisiensis graecus 1348, bombycinus[70]), in folio, seculi XIII., libros XX—XXX. Basilicorum cum scholiis, et librum XXX. quidem mutilum continet. In fronte Codicis conspicua est schedula, cui haec inscripta sunt: Bombycinus, Cod. olim 2041 in fine mutilus. Constat hic Codex foliis 365. Nota folium 117. desiderari in editione Fabroti. In calce huius Codicis legitur: βίβλος τοῦ σφραντζη Γαυριυξ τοῦ δοῦκα ἔχουσα φύλλα γεγραμμένα τνς. Initio folia sunt XIX numeris signata. Reliqua in quaterniones divisa literis notatos. Ultimus quaternio notatur gemino V. Quaternionem CC. sequitur quaternio CCC. Duplex ergo Codicis descriptio extat, altera in Catalogo, altera in dicta schedula. Haec antiquior et accuratior. Nam cum in Catalogo Codex dicatur membranaceus, in schedula dicitur bombycinus, atque bombycinus revera est. Libri XXX. duo nonnisi folia supersunt, quorum in ultimo Codex desinit in verbis textus τῶν μετὰ τοὺς καρποὺς περὶ[71]). Scholia, quae Codice continentur, supra, infra et iuxta textum posita diversis manibus sunt exarata. Codex atramento scriptus est. Folia initialia valde detrita sunt ac putredine laborarunt, unde effectum est, ut scholia potissimum ad librum XX. pertinentia lectu sint difficilia, cum saepius dimidia versus cuiusdam pars desit. Eadem folia initialia sarta sunt. Introrsum Codex dissecando multum laboravit. Ad quaenam textus verba referenda sint scholia, signis indicatur non solum literarum secundum ordinem alphabeticum, verum etiam aliis signis, singulis scholiis praefixis, quibus in textu idem signum inter lineas repetitum respondet. Numeri capitulorum in margine rubro colore scripti sunt. Nomina Iureconsultorum, quorum ex libris fragmenta in Digestis sunt hausta, secunda manu supra textum scripta reperiuntur. Ad lib. XX. tit. 4. scholia in Codice desunt, sicuti in editione Fabroti. Quae in schedula in fronte Codicis posita dicuntur in calce Codicis esse scripta, desunt, cum Codex in fine mutilus sit. Codex in dicta schedula foliis 366 dicitur constitisse, quorum nunc 365 supersunt. Ego vero Codicem plura folia, quam 366 olim habuisse crediderim, cum unius folii spatium textui tituli 1. libri XXX. Basilicorum inde a cap. 7. th. 6. recipiendo sufficere vix potuerit, etiamsi scholia credideris excidisse, quod factum fuisse inde a cap. 3. th. 3. probabile fit eo, quod ab eo inde capite usque ad cap. 7. th. 6. neque in Codice scholia extant. Medio in Codice iam Fabrotus in praefatione editionis Basilicorum retulit quaedam esse exsecta, salvo tamen Basilicorum textu, idque vel antequam ad Cuiacium pervenerit Codex, vel post mortem eius a pueris factum coniecit. Certum autem est, hoc longe ante Cuiacium fuisse factum[72]). Scholia in hoc Codice non ad omnes libros, qui eo continentur, extant. Desiderantur ad lib. XX. tit. 4—8. lib. XXVI. XXVII. Rariora sunt scholia ad nonnullos titulos, veluti lib. XXV. tit. 2. 3. Scholia partim sunt antiqua, partim recentiora; antiquorum praevalet numerus, ad libros potissimum XX—XXIII. Codex idem est, quem Cuiacius Venetiis se comparasse scripsit in literis, quarum supra sub num. II. ad Codicem Parisiensem 1352 mentionem fecimus. Quod dubitationibus eximitur eo, quod Codex notas latinas Cuiacii manu scriptas continet. Fabrotus ex hoc Codice libros XX—XXX. edidit; folium 117. tamen praetermisit. Quae hoc continentur, nostrae Basilicorum editioni inserta sunt.

VII. Lib. XXVIII. XXIX. Codex Laurentianus LXXX. 11.[73]), in folio, initio et fine mutilus est, cum hic et illic duo folia sint avulsa, ita ut Codice obiter spectato ignores, quam Basilicorum partem contineat. Foliis 175 constat[74]). Prima verba textus (cap. 20. tit. 1. lib. XXVIII.) sunt: μνηστεύεσθαι εἰ δὲ τοῦτο ποιήσουσιν ἔξεστιν. Scholia ordiuntur a verbis τὸν γάμον μετὰ τὴν τοῦ[75]). Supra eadem verba fol. 1. eadem manu scripta haec reperiuntur: καὶ οὕτως ἔχει ὁ ἀνατόλιος· ἐὰν ἐν ἀρχῇ ὤν τις καὶ φόβον ἐπαγαγὼν γονεῦσιν ἢ κηδεμόσιν ἀῤῥαβῶνας δῷ, μὴ βουληθῇ δὲ ἡ κόρη γαμηθῆναι, αὐτὴ ἀδεῶς ἀναπαλαίει, μὴ ἀπαιτουμένη ποινήν, μηδὲ ἃ ἔλαβεν. οὐ μόνον δὲ, εἰ ἄρχων τοῦτο ποιήσει, φαμὲν, ἀλλ' εἰ καὶ υἱὸς αὐτοῦ ἢ ἔγγονος ἢ ἕτερος συγγενής, ἤ τις τῶν οἰκείων, σύμπονος ἢ δομέστικος, ἐν ᾧ διὰ τοῦ ἄρχοντος τοῦτο πεπόνηται· εἰ δὲ μετὰ τὴν ἀρχὴν ἡ κόρη βουληθῇ συναλλάξαι, ἀκωλύτως τοῦτο πραχθήσεται. His continetur epitome L. un. C. V. 2. ex Anatolii commentario ad Codicem Iustinianeum desumta, quae hactenus fuit ignota. Desinit Codex fol. 175. in lib. XXIX. tit. 7. (quo continetur Nov. 61. pr. cap. 1.) in verbis ἐκείνοις δὲ τὸ ἁρμόζον δίκαιον. Scriptura Codicis simillima est ei, qua Codex Coislin. 152 exaratus est, et fere idem, quo uterque Codex scriptus est, atramentum. Ex scriptura sequitur, Codicem seculo XII. esse exaratum[76]). In ultimis Codicis foliis nonnulla sunt corrupta, cui corruptelae novo folio adglutinato mederi quidam posteriori aetate studuit. Unde effectum est, ut versuum initium et finis saepe laederentur, quam laesionem emendare quidam, cuius manus seculi XVI. esse videtur, conatus est. Codex in universum una eademque manu est exaratus. Scholia eandem manum, qua textus scriptus est, redolent, sed minoribus literis scripta sunt. Posita sunt supra, infra et iuxta textum. Supra textum saepius reperiuntur notae, quibus loci paralleli laudantur, manu recentiori scriptae, uti in Codice Coislin. 152. Codex libros XXVIII. XXIX. Basilicorum cum scholiis continet, nec tamen integros, cum plura Codicis exciderint folia. Initio Codicis unum folium excidit, quo continebatur initium tituli 1. lib. XXVIII. usque ad cap. 20. Deinde plura desiderantur folia, quibus continebantur lib. XXVIII. tit. 2. cap. 4. 5. tit. 3. tit. 4. cap. 1—16. th. 1. usque ad verba ἵνα οὕτως συναλλαχθῇ cum scholiis[77]). Tum septem perierunt folia, quibus inerant lib. XXVIII. tit. 8. cap. 74. tit. 9. 10. tit. 11. cap. 1—15., cum scholiis[78]). Non minus duo folia exciderunt, quibus lib. XXVIII. tit. 14. ea contine-

70) In Catalogo sic describitur: „Codex membranaceus, quo continentur Basilicorum libri undecim a vicesimo nempe ad trigesimum, cuius folia tantum supersunt; adiecta sunt scholia; coniectae praeterea ad marginem notae latinae breves ac perpaucae. Is Codex situ corruptus duorum librariorum manu seculo decimo tertio exaratus videtur." 71) Vide Basil. Heimb. T. III. p. 503. not. p. 72) Biener, Themis T. IX. p. 339. Berriat-Saint-Prix, Themis T. X. p. 169. 73) Hunc Codicem descripsit Bandini, Catal. Codd. graecor. bibl. Laurent. T. III. p. 99. Quae Haubold, Man. Basil. p. 339. et egomet ipse in libello de Basil. origine p. 58. habemus, ex illo desumta sunt. Uberiorem Codicis descriptionem ex schedis b. fratris exhibui. 74) Bandini de foliis 174 loquitur. 75) Cf. Basil. Heimb. T. III. p. 154. not. c. Ita corrigenda sunt, quae de initio scholiorum in Codice Laurentiano T. III. p. 155. not. s. notavi. 76) Bandini seculo XI. Codicem vindicat. 77) Vide Basil. Heimb. T. III. p. 158. not. c. p. 171. not. d. 78) Cf. Basil. Heimb. T. III. p. 295. not. g.

batur pars, quae respondet Novellae 22. cap. 47. §. 1. 2. et cap. 48. usque ad verba *οἷς πολὺ τὸ διαφέρον ἐστὶν ἀχαριστίας καὶ τῆς* cum scholiis [79]). Porro post folium 93. B. plura perierunt folia, quae ultimam partem lib. XXVIII. tit. 15. (Nov. 39. §. 1.) et lib. XXIX. tit. 1. cap. 1—8. th. 1. 2. cum scholiis continebant [80]). Praeterea post folium 100. B. unum periit folium, cui inerant lib. XXIX. tit. 1. cap. 29. 30. cum scholiis [81]). Post folium 155. B. duo exciderunt folia, quibus comprehendebatur lib. XXIX. tit. 2. sive Novellae 97. cap. 4. 5. usque ad verba *δὶς τὴν θυγατέρα ζευγνύντα* [82]). Denique post folium 160. B. desiderantur plura folia, quibus continebantur lib. XXIX. tit. 4. inde a verbis Novellae 127. cap. 2. *αὐταῖς αἱ περὶ τοὺς γάμους συστάσεις ὑπάρχοιεν*, et tit. 5. cap. 1—24. u. a. v. *τὸν ἄνδρα κερδᾶναι* cum scholiis [83]). Scholia, quae Codice continentur, partim antiqua sunt, partim recentiora. Scholia antiqua ex commentariis Iureconsultorum seculi sexti desumta in Codice longe integriora ac serioribus interpolationibus minus foedata sunt, quam in Codice Parisiensi 1348. Quae inter lineas textus supra textus verba, ad quae pertinent, posita sunt brevia scholia, a Fabroto dictae glossae interlineares, in versione Herveti eadem forma, quam in Codice habent, edita et inter lineas textus posita sunt; in editione Fabroti in fine singulorum titulorum post textum sunt reposita; in nostra denique editione singulis textus locis, ad quos pertinent, subiecta sunt. Notae in extremo margine positae continent locos parallelos, tam ex libris iuris Iustinianei, quam ex Basilicis laudatos. Diversos igitur habent auctores, alios, qui eo scripserunt tempore, quo adhuc frequens erat librorum iuris Iustinianei praeter Basilica usus, alios, qui ea aetate scripserunt, qua Basilicorum magis ratio habebatur. Aut si aliter hoc explicare malis, dicas, locos iuris Iustinianei laudatos esse ab eis, qui iuris studio magis vacarunt, Basilicorum magis a pragmaticis. In usu harum notarum in extremo margine positarum cautione opus est, cum etiam Basilicorum capita, quae laudantur, *δίγεστα* vocari soleant, ita ut ab appellatione *διγέστου* dignosci nequeat, utrum Digestorum an Basilicorum loci laudentur. Has notas marginales tam Hervetus, quam Fabrotus in suis editionibus in extremo margine iuxta textum, sicut in Codice, posuerunt; in nostra Basilicorum editione singulis textus locis, ad quos referendae sunt, subiectae sunt; accurate tamen simul notatum est, eas in margine Codicis esse repositas. Sinceram ac fidam Codicis nostri imaginem praestat versio Herveti. In universum hic Codex Codici Parisiensi 1348, quod a libros XXVIII. XXIX. Basilicorum attinet, tam propter aetatem, quam ob maiorem scholiorum antiquorum numerum eorumque indolem integrius servatam nec interpolationibus foedatam longe est anteponendus. Nihilosecius Codicis Laurentiani propter magnas, quas continet, lacunas in his libris edendis unice ratio haberi a me non potuit. Codicis Laurentiani apographum fuit penes Antonium Augustinum, qui id iam anno 1547., cum Romae degeret, possidebat [84]). Antonius Augustinus hunc Codicem, cum ante hunc annum Florentiae commoraretur, descripsit. Quod Codicis apographum in catalogo bibliothecae Antonii Augustini hoc indicatur modo: „no. 178. B a s i l i c o r u m d u o a l i i i m p e r f e c t i 28. e t 29. c u m S c h o l i i s i t e m i n c e r t i e t i n t e r p r e t a t i o n i b u s e o r u n d e m e x p l a n a t o r u m. L i b r i i n c h a r t a a n n o r. L. f o r m a g r a n d i o r i f o l i i“ [85]). Apographum Antonii Augustini venia eius impetrata Hervetus anno 1551. Romae descripsit [86]), et ex apographo a se confecto libros XXVIII. et XXIX. edidit. Apographum Herveti partem efficit Codicis Parisiensis graeci 1354. Quo Antonii Augustini apographum pervenerit, ignoratur.

VIII. Liber XXXVIII—XLII. Codex Parisiensis graecus 1345 [87]) membranaceus in forma quadrata maiori, continet libros XXXVIII—XLII. Basilicorum cum scholiis tam antiquis, quam recentioribus. Pag. 1. 2. index titulorum horum librorum est conspicuus, quantum ad formam et indolem, indici librorum I—IX. Basilicorum Codici Coisliniano 151 praefixo simillimus. Tegumentum Codicis (Einband) ex membrana et ligno confectum est. Fol. 2. haec scripta reperiuntur: *Γεωργίου τοῦ Καντακουζηνοῦ τὸ παρὸν βιβλίον*, quibus nomen possessoris cuiusdam Codicis designatur. Ibidem manu Viglii Zuichemi scripta haec sequuntur: I o a n n i s C a n t a c u z e n i p r i m u m m a g n i d o m e s t i c i C o n s t a n t i n o p o l i t a n i, d e i n d e i m p e r a t o r i s, n o v i s s i m e m o n a c h i h i c l i b e r o l i m f u i t, n u n c V i g l i i Z u i c h e m i. Sequitur nota manu Petri Fabri scripta haec: A d C u i a c i u m I l l u s t r i s s. I u r i s c o n s u l t u m p o s t e a q u a m p e r v e n i s s e t, a b e i u s h e r e d i b u s P e t r u s F a b e r s i b i d e s u o c o m p a r a v i t n e c s u m t i b u s p e p e r c i t a n n o C h r i s t i CIↃIↃXCIV Q [88]) p e n e s s e h a b e r e c o e p i t m e n s e A u g u s t o v e r g e n t e e i u s d e m a n n i. In tegumenti pag. B. manu Viglii Zuichemi haec scripta sunt:

„L i b r u m h u n c g r a e c u m c o n t i n e n t e m
„XXXVIII. XXXIX. XL. XLI. XLII. B a s i-
„l i c i l e g a l i s E g o V i g l i u s Z u i c h e m u s p h r y-
„s i u s i. u. d o c t o r e t p u b l i c u s I n s t i t u t i o n u m
„p r o f e s s o r i n i n c l y t a A c a d e m i a P a t a-
„v i n a s u b i l l u s t r i d o m i n i o V e n e t o r u m
„e m i a m o n a s t e r i o c a n o n i c o r u m r e g u l a-
„r i u m a p u d T a r v i s i u m a n n o d o m i n i
„M D X X X I I I.“

„V i g l i u s s s t“

---

79) Cf. Basil. Heimb. T. III. p. 341. not. l. 80) Vide Basil. Heimb. T. III. p. 346. not. o. Ibi undecim folia excidisse notavi, id exinde derivans, quod folium 93. numerum graecum antiquiori manu scriptum habet ρια', folium 94. autem numerum ρκγ'. Sed textus, qui desideratur, cum scholiis tot foliis explendis sufficere vix potuit. 81) Cf. Basil. Heimb. T. III. p. 371. not. y. p. 372. not. m. Unum duntaxat folium deesse cognoscitur ex eo, quod folium 100. antiquiori manu scriptum habet numerum graecum ρκη', folium 101. numerum ρλ'. 82) Vide Basil. Heimb. T. III. p. 461. not. b. p. 463. not. v. 83) Vide Basil. Heimb. T. III. p. 467. not. l. p. 471. not. h. Decem folia exciderunt; folium enim 160. numerum habet graecum ρϙα', folium 161. numerum σβ', ut priore loco laudato notavi. Decem folia expleri potuisse textu cum scholiis, probatur magno scholiorum numero, qui inde a cap. 24. tit. 5. lib. XXIX. in nostro Codice exhibetur. 84) A u g u s t i n i epist. p. 211. B i e n e r, Civil. Magaz. T. VI. p. 67. 85) G e b a u e r, Mantissa p. 189. B i e n e r, Themis T. IX. p. 334. 86) Hervetus in praefatione editionis librorum XXVIII. et XXIX. notat, se anno 1551. apographo Antonii Augustini descripto in Galliam esse reversum. 87) Cf. de hoc Codice B i e n e r, Civil. Magaz. T. VI. p. 64 sq. Themis T. IX. p. 338 sq. B e r r i a t - S a i n t - P r i x, Themis T. X. p. 165. 167. L o n g u e v i l l e, examen du manuscrit grec des Basiliques, coté 1345, Themis T. X. p. 172—210. M o r t r e u i l, Hist. du droit Byzant. T. II. p. 196—198. Uberius Codicem b. frater in schedis descripsit mecum communicatis, ex quibus his, quae alii viri docti dixerunt, nonnulla addi poterant. 88) Ex coniectura b. fratris haec sigla denotat graecam literam α. Ego vero existimo, hac notari pronomen q u i.

Sequuntur alia manu scripta haec:

„Qui eum dono dedit Hoppero Frisio „i. u. d.[89]).

Fol. 1. A. extat index latinus titulorum librorum XXXVIII—XLII. manu Petri Fabri scriptus[90]). Folium 8. udore valde corruptum est, unde scholia, quae eo continentur, legi non possunt. Fol. 144. B. manu, quae seculum XV. indicat, haec scripta sunt: *τῶ παρὸν βιβλήον ἐστὴν βασηληκον νόμιμον ἔχον δὲ βιβλήα πέντε — καὶ χαρτήα ἑκατών . . . . . . κοντὰ τρήα καὶ φήλακας.* Haec paulo infra eadem manu repetita leguntur, ita tamen, ut pro *κοντα σαράκοντα* scriptum sit. Hunc Codicem, uti ex his, quae manu Viglii Zuichemi in eo scripta reperiuntur, colligitur, Viglius anno 1533. a monasterio canonicorum regularium apud Tarvisium sibi comparavit, eiusque mentionem in praefatione ad Theophili Paraphrasin Institutionum ad Carolum V. Imperatorem Patavii pridie Calend. Iun. a. 1533. scripta fecit[91]). Postea Codex ad Cuiacium pervenit, qui in praefatione libri LX. notat, Viglium sibi Codicem manuscriptum Basilicorum commodasse[92]), libros XXXVIII—XLII. continentem, quem in lucem edere sibi proposuerit. Probabile est, ante annum 1564. Viglium hunc Codicem Cuiacio commodasse, cum hoc anno Cuiacius iam usum eius fecerit[93]). Giphanius contra[94]) auctor est, Viglium hunc Codicem dedisse Hoppero, Hopperum eum Giphanii precibus Cuiacio utendum misisse[95]). Quae a Giphanio narrata Mortreuil fide digna esse negat, cum Cuiacius dixerit, sibi Codicem ab ipso Viglio esse commendatum idque testimonio Peirescii[96]) et literis a Cuiacio ad Viglium datis firmetur. Ego vero nihil certi proferri posse arbitror. Cuiacius enim, sive hunc Basilicorum Codicem a Viglio ipso, sive ab Hoppero, cui Viglius Codicem donaverat, rogatu Viglii utendum accepisset, dicere potuit, beneficio Viglii sibi eum fuisse commendatum. Nec tempus, cui nota in Codice scripta: „qui eum dono dedit Hoppero Frisio i. u. d.“ vindicetur, certius definiri potest. Quod enim haec nota seculo XVIII. vindicatur ex eoque tempore derivatur, ex hac nota contra reliqua testimonia depromi nihil posse[97]), non est probabile, seculo XVIII. Parisiis aliquem extitisse, qui hanc notam Codici inscriberet, cum eo tempore vix cuiusquam interesset, utrum Cuiacius ab ipso Viglio, an ab Hoppero rogatu Viglii Codicem utendum accepisset. Quod in hac nota Hopperus Frisius esse dicitur, tempus antiquius et Viglii aetati proximum indicat, maxime cum Viglius ipse in Codice se phrysium (Frisium) appellaverit. Equidem magis inclino, ut sentiam, notam istam seculo XVI. esse scriptam. Ut haec sint, certum est, Cuiacium hunc Codicem ad mortem usque possedisse. Cuiacius, cum editionem operum pararet, anno 1577. de libris Basilicorum, qui hoc Codice continentur, latine vertendis et edendis cogitavit, nec vero consilium perfecit, cum mors eum occuparet. Mortuo demum Cuiacio Labbaeus libros XXXVIII. et XXXIX. ex hoc Codice a Cuiacio latino sermone donatos anno 1609. edidit[98]). Operae pretium non est, ut de eo disputetur, utrum Cuiacius Codicem a Viglio vel ab Hoppero precibus Viglii acceperit utendum neque ei, a quo accepit, restituerit[99]), an Codicem ab hoc vel illo sibi comparaverit[100]). Ab heredibus Cuiacii Codicem sibi comparavit Petrus Faber anno 1594., uti ex nota fol. 2. Codicis ab eo scripta appareat[101]). Codex in Catalogo Parisiensi seculi XII. esse dicitur. Revera, scriptura eius spectata, neque ante seculum XII., neque post seculum XIII. scriptus esse potest. Textus Basilicorum et scholia eadem manu sunt exarata, modo scholia in extremo foliorum margine reposita exceperis, quae alia manu scripta sunt. Ad quaenam textus verba scholia sint referenda, signis non solum literarum, sed etiam aliis in Codice indicatur. Scholia maximam partem sunt antiqua ex commentariis Iureconsultorum seculi sexti excerpta, partim recentiora. Usum Codicis tam Fabrotus quam egomet ipse in Basilicorum editionibus fecimus.

IX. Liber XLV—XLVIII. Codex Parisiensis graecus 1349[102]), olim 1840, membranaceus, in folio, foliis 238. constat. Foliis 1—6. continetur index (*πίναξ*) titu-

89) Literae i. u. d. designant iuris utriusque doctori. Male eas solvit Mortreuil p. 197. not. z. per Iulio, qui manum, qua haec nota scripta est, putat esse seculi XVIII. 90) Petri Fabri manum esse b. frater coniecit, qui multis perspectis manu eius scriptis accuratam eius notititiam se habuisse testatus est. 91) „Ego, quae assero, expertus sum: et percurri aliquando voluminis, quod *βασιλικὸν* inscribitur, bonam partem, quae quinque libros continebat, titulosque ex Pandectis, Codice et Novellis plus minus nonaginta, sub eodem legum ordine et sensu, nisi quod resecata erant, quae superflua videbantur. Inter hos est primus titulus de excusationibus tutorum.“ Scholium, quod inscribitur nominibus Dorothei et Ioannis (Sch. c. Fabr. T. V. p. 410. Heimb. T. IV. p. 94.), ad L. 3. §. 2. D. XXXV. 2. — Basil. XLI. 1. cap. 3. th. 2. in eadem praefatione ad verbum laudatur. Cf. Theophil. ed. Reitz. T. II. p. 1138. 92) Cuiacii verba haec sunt: „Suppeditarunt illas (graecas constitutiones) nobis alii Basilicorum libri, e quibus mihi sunt in manibus XXXVIII—XLII commendati beneficio Viglii Zuichemi.“ 93) Cuiacius, Observ. lib. VII. cap. 19. 36. lib. VIII. cap. 30. Cf. Biener, Themis T. VII. p. 181. 94) Giphanius, de Imperatore Iustiniano. Ingolst. 1591. 4. 95) Suaresius, notitia Basil. §. XXXVII.: „promiserat Cuiacius 38. 39. 40. 41. et 42. libros, quos beneficio Viglii sibi commendatos (cum Viglius Hoppero dedisset, Hopperus rogatu Gifanii misisset utendum Cuiacio) tunc in manibus fuisse testatur refertque Gifanius in vita Iustiniani.“ 96) Literae Peirescii ad Aleandrum die 29. mensis Aprilis anni 1617. datae (Millin, annales encyclopédiques T. I. p. 267.). 97) Berriat-Saint-Prix, Thémis T. X. p. 163. 164. 166. Mortreuil l. l. T. II. p. 198. not. f. 98) Biener, Themis T. VII. p. 185. Civil. Magaz. T. VI. p. 65. 99) Hoc sentit Biener, Themis T. IX. p. 325—329. 100) Berriat-Saint-Prix, Thémis T. X. p. 163. Cuiacium contra opprobrium furti tuetur, quippe cui eiusmodi pravitas tribui nequeat, nisi aperta eius rei proferantur argumenta. Ac revera plura sunt argumenta, quae pro Cuiacii probitate militant, a Berriat-Saint-Prix proposita. Ac primum quidem vix est probabile, Viglium ipsum per quindecim annos, quos posteaquam Codicem Cuiacio utendum concesserat, vixit, Codicem tanti pretii non fuisse repetiturum et vindicaturum, nec minus improbabile est, heredes Viglii per tredecim annos, quibus supervixit Cuiacius (1578—1590.), hoc non fuisse facturos. Deinde magnus notarum manu Cuiacii in Codice scriptarum numerus, quae non minus in duobus aliis Codicibus, quos Venetiis sibi comparaverat, reperiuntur, argumento est, Cuiacium dominium Codicis hoc vel illo modo comparasse; maximam vim habet ad defendendum Cuiacium, cum in Codice Basilicorum Catharinae Reginae (Cod. Paris. 1349), cuius usum Cuiacius per longum tempus fecit, ne una quidem adnotatio Cuiacii manu scripta reperiatur. Cf. Mortreuil l. l. T. II. p. 198. not. a. 101) Hac nota infirmantur ea, quae scripsit Catherinot, (Vie de Mlle. Cuias, recueil d'Archimbaud II. p. 97.): „les seuls Basiliques grecs furent vendus à M. Joubert, conseiller de Bourges, 400 écus, il les vendit ensuite à M. Du Faur de St. Jori de S. Hieronymo, président du Parlament de Toulouse.“ Eadem affirmavit Terrason, Mélanges p. 418. Inprimis Berriat-Saint-Prix, Thémis T. X. p. 163. demonstravit, haec sexaginta vel octoginta annis post Cuiacii obitum tradita fide non esse digna. 102) In Catalogo Paris. sic describitur: „Codex membranaceus, olim Medicaeus, seculo undecimo exaratus. Continet libros XLV—XLVIII. cum uberrimis scholiis, quae in Hann. Fabroti editione leguntur. Praefixus est index titulorum graecus, et is index praeter libros hoc libro comprehensos etiam duos sequentes complectitur, 49. et 50. Is Codex seculo undecimo exeunte exaratus videtur. Praeterea Codicem descripserunt Zachariae de L., *Αἱ ῥοπαί* p. 50. Heimbach *Ἀνέκδοτα* T. II. p. LXVI. et in schedis mecum communicatis.

lorum librorum XLV—L., qui cum indice titulorum librorum I—IX. Basilicorum Codici Coislin. 151 praemisso ratione formae et argumenti convenit. Fol. 7—206. exhibentur libri XLV—XLVIII. Basilicorum cum scholiis tam antiquis quam recentioribus, quae supra, infra et iuxta textum posita sunt, uti in Codice Coislin. 152. Glossae interlineares in hoc Codice non extant. Textus a scholiis maioribus literis distinguitur. Ad quaenam textus verba scholium quoddam pertineat, signis literarum singulis scholiis praepositis indicatur, quibus literae in textu repetitae respondent. Fol. 207. A. — 233. A. exhibetur Pseudo-Eustathii libellus ita inscriptus: *περὶ χρονικῶν διαστημάτων ἀπὸ ῥοπῆς ἕως ἑκατὸν ἐτῶν*. Fol. 233. A. — 236. B. exhibetur tractatus de lege Falcidia et de metris geometricis, qui, quod ad prius attinet argumentum, collectionem locorum ex Digestis et Basilicis laudatorum continet. Fol. 236. B. — 238. B. exhibetur *πίναξ σὺν θεῷ τῶν νεαρῶν*, index Novellarum Iustiniani secundum ordinem et numeros collectionis CLXVIII Novellarum compositus, quo, sitne in Basilicis posita, et ubi posita Novella quaedam eiusve pars, indicatur, nomine Indicis Reginae notus et ex hoc Codice a Cuiacio latine versus, a b. fratre graece editus. Cuiacius ipse libellum *περὶ χρονικῶν διαστημάτων* et indicem Novellarum ex bibliotheca Reginae se edidisse profitetur[103]). Scriptura Codicis indicat, eum seculo undecimo exeunte vel duodecimo ineunte esse scriptum[104]). Ex eo Fabrotus libros XLV—XLVIII. Basilicorum cum scholiis edidit, cuius editionem in his libris edendis secutus sum. Scholia maximam partem sunt antiqua ex commentariis Iureconsultorum seculi sexti, potissimum Dorothei et Anonymi ad Digesta, Thalelaei, Theodori et Isidori ad Codicem, nec non ex libro *περὶ ἐναντιοφανειῶν* excerpta. Haec scholia antiqua in hoc Codice longe integriora nec recentioribus interpolationibus et additamentis tam foedata apparent, uti in aliis Codicibus. Rariora sunt scholia recentiora. Codex noster in Catalogo Parisiensi dicitur olim Mediceus. Fuit enim quondam in bibliotheca Catharinae Reginae ex stirpe Medicea oriundae. Nam initio Codicis manu Devarii, qui Catharinae Reginae a bibliotheca fuit, a Cel. Hasio agnita quaedam adscripta sunt[105]), et Cuiacius ipse auctor est, uti iam diximus, se libellum *περὶ χρονικῶν διαστημάτων* et indicem Novellarum ex Reginae bibliotheca edidisse. Hic Codex Basilicorum unicus est, qui ex bibliotheca Reginae in regiam, nunc Caesaream translatus est. Tralatitium tamen est, in bibliotheca Reginae fuisse totum librorum LX. Basilicorum corpus in tria volumina divisum[106]). Disertis verbis id tradit Peirescius[107]) et addit, in catalogo bibliothecae Reginae mentionem fieri totius Basilicorum corporis tribus voluminibus divisi[108]). Nec vero his fides potest haberi, cum Peirescius huius bibliothecae accuratam non habuerit cognitionem ac ne Codicem quidem 1349 ex bibliotheca Reginae ortum sciverit. Meliorem bibliothecae Reginae cognitionem habuit Cuiacius, cui inde ab anno 1562. cura catalogi conficiendi fuit demandata. Cuiacius in literis a se datis auctor est, Reginam totum Basilicorum corpus nunquam possedisse, quod hodie omni dubitatione exemtum est[109]). In catalogo bibliothecae Reginae eo tempore facto, quo ea adhuc ad Cardinalem Ridolfum pertinebat (quem catalogum servat bibliotheca Caes. Paris. inter Codices Colbertinos, Cod. gr. no. 3074.), fol. 58. b. haec leguntur: Libri graeci, In iure canonico et civili, no. 1. *βασιλικῶν νόμων βιβλία δ', Τὸ, με', Τὸ, μϛ', Τὸ, μζ', Τὸ, μη', σὺν ἐξηγήσεσιν ἀνωνύμοις περὶ χρονικῶν διαστημάτων ἀπὸ ῥοπῆς* (Cod. *ἀποῤῥοπῆς*) *ἕως ἑκατὸν ἐτῶν. Ἐκ τῶν φαλκιδίου, περὶ κληρονομιῶν*[110]). Qua descriptione haud dubie designatur Codex Paris. 1349. Aliorum Codicum Basilicorum partem continentium in hoc catalogo vestigium extat nullum. Anno 1589. novum inventarium conditum est, creditoribus Catharinae Reginae in bona eius missis, quod inter Codices manuscriptos gallicos extat num. 10293. Neque eo praeter Codicem, qui nunc est Parisiensis 1349, quidquam, quod ad Basilica pertineat, continetur; quae in eo Codicis exhibetur descriptio, Codici Paris. 1349 prorsus convenit[111]). Inventarium anno 1579. (sic Mortreuil: videtur potius annus 1599. esse intelligendus) eo fine conditum, ut de pretio Codicum bibliotheca Reginae comprehensorum constaret, postquam illa bibliothecae Regiae fuit comparata, nonnisi huius Codicis ad Basilica spectantis fecit mentionem, eumque minus accurate quidem et distincte, at tamen ita descripsit, ut appareat, eos, qui hoc inventarium condiderunt, dictos antea catalogos ante oculos habuisse et ad descriptionem accuratiorem Codicis his comprehensam se retulisse[112]). Ex his tribus catalogis bibliothecae Reginae diversis temporibus confectis manifestum est, in hac bibliotheca praeter Codicem, qui nunc est Parisiensis 1349, Codicem Basilicorum fuisse nullum. Peirescius quidem loquitur de catalogo bibliothecae Reginae, quo totum Basilicorum corpus in tria volumina divisum indicatum sit; nihil autem nisi apographum tertii inventarii possedit, etiamnunc cum aliis eius manuscriptis extans[113]), in quo, sicut in authentico inventario ipso, Basilicorum nonnisi haec mentio facta est: „no. 305. Pandectarum ultimi libri VI. cum Scholiis, in fol." quae rursus convenit Codici Paris. 1349. Nihilosecius indicia extant, ex quibus derivari potest, praeter Codicem, qui nunc est Paris. 1349, alium quoque Basilicorum Codicem fuisse. In catalogo librorum mss. Cardinalis Ridolfi[114]) post Codicem Colbertinum 3769 sub rubrica: Libri

---

103) Opp. T. I. p. 178. T. II. P. II. p. 418. ed. Fabr. 104) Hoc sentit beatus frater in schedis, illud auctores Catalogi Parisiensis. 105) Heimbach l. l. p. LXVII. 106) Vide, quae hac de re disputavit Mortreuil l. l. T. II. p. 199 sq., quem sequor. 107) In literis ad Aleandrum (Millin l. l. p. 267 sq.): „Cujas eut finalement tous les autres volumes qui contenaient les soixante livres entiers de Basiliques, lesquels trois volumes appartenaient à la Bibliothèque du cardinal Rodolphe. Cette bibliothèque fut partagée .... les dits volumes entrèrent dans la portion de la Reine ... ils ne se trouvent plus à la Bibliothèque de la Reine." 108) „L'indice de la librairie porte que les soixante livres étaient entiers dans les trois volumes." Peirescii literae ad Aleandrum (Millin l. l. p. 271.). 109) Cf. Berriat-Saint-Prix, vie de Cujas p. 541—544. 110) Vide Mortreuil l. l. p. 200. 111) Pag. 54. „Digestorum sex ultimi cum commentariis, sive potius Basilicorum libri 45. 46. 47. et 48., cum Scholiis, Eustathius de temporibus, de lege Falcidia, sunt et tituli librorum 49. et 50. Basilicorum." 112) Fol. 157. „Legalia Graeca. Digestorum sex ultimi cum commentariis." 113) Cf. Mortreuil l. l. p. 201. Huius apographi mentionem fecit Montfaucon (Biblioth. Bibliothecarum T. II. p. 1181.): notitia catalogi Peirescii sic inscripti: Catalogi varii codicum manuscriptorum librorum editorum .... 3. Index mss. Graecorum, latinorum et italico idiomate scriptorum, qui in Bibliotheca reginae matris Catharinae de Medicis Parisiis sunt, paginas 62 continens. 114) Quem dedit Montfaucon in Biblioth. Bibliothecarum. Cf. de his Mortreuil l. l. T. II. p. 433 sq.

graeci promiscue in capsa 21.[115]) hoc reperitur notatum: „no. 15. Quartus tomus incipiens a 46. libro usque ad sexagesimum [116]). Itaque certum est, quartum tomum Basilicorum, libros XLVI—LX. continentem, in bibliotheca Cardinalis Ridolfi extitisse. Ex literis a Cuiacio ad Pithoeum die XX. mensis Iunii anni 1571. datis [117]) apparet, anno 1571. et antea in bibliotheca Catharinae Reginae duos saltem Basilicorum Codices extitisse. Quod eo confirmatur, quod Cuiacius anno 1562. in commentario ad tres postremos Codicis Iustinianei libros constitutiones Codicis libro LIV. et LVI. Basilicorum comprehensas edidit et ut fontem, ex quo eas hausit, Codices manuscriptos bibliothecae Catharinae Reginae designavit [118]). Tomus ille quartus libros XLVI—LX. Basilicorum continens cum bibliotheca Cardinalis Ridolfi ad summum belli ducem (Marschall) Strozzium, et post eius obitum ad Catharinam Reginam pervenit, et dubitari nequit, quin idem sit cum eo, quem Cuiacius in literis ad Pithoeum anno 1571. le plus gros tome de Basiliques appellavit. Anno circiter 1571. vel paulo post Codex ille, cuius Cuiacius in commentario ad tres postremos Codicis Iustinianei libros usum fecit, deperditus est; unde explicandum est, eum in inventariis annis 1589. et 1599. confectis, quorum antea fecimus mentionem, non designari. Certum est, ab eo inde tempore illum Codicem in manibus Cuiacii amplius non fuisse. Nam in eo libri sexagesimi exemplo, quod huic libro anno 1606. denuo typis excudendo adhibitum est, nulla varia lectio nova in hoc libro deprehenditur; Cuiacius autem varias lectiones in hoc libro, cuius denuo edendi consilium ceperat, vix fuisset neglecturus. Codex iste deperditus textum librorum XLVI—LX. sine scholiis continuit, ut docet apographum eius a Petro Fabro factum, quod est Codex Parisiensis 1357, libros XLVI—LII. sine scholiis continens. Neque enim unum volumen libris XLVI—LX. cum scholiis suffecisset, cum iam Codex Parisiensis 1350 unico libro LX. cum scholiis expleatur. — Eo tempore, quo Codex Basilicorum ex bibliotheca Catharinae Reginae etiamnunc superstes, id est, Codex Paris. 1349, cum bibliotheca Cardinalis Ridolfi Romae erat et ante, quam haec bibliotheca ab eius emtore, Strozzio, in Galliam transveheretur, Antonius Augustinus Codicis, qui nunc est Parisiensis 1349, apographum sumsit, quod in eius catalogo hoc designatur modo: „no. 179. Basilicorum alii quatuor libri XLV. XLVI. XLVII. et XLVIII. cum Scholiis et interpretationibus ut supra liber in charta proximo superiori similis annor. L., forma grandiori folio“ [119]). Antonius Augustinus ab anno 1544. usque ad annum 1554. Romae commoratus, deinde ea relicta anno 1556. ineunte Romam reversus est [120]). Circa annum 1550., quo Cardinalis Ridolfus diem supremum obiit, Augustinus apographum Codicis sumsit [121]). Hoc apographum Hervetus post libros XXVIII. et XXIX., quorum apographum ab Antonio Augustino sumtum iam venia eius descripserat, etiam descripsit [122]). Apographum Antonii Augustini periit; Herveti autem apographum etiamnunc in bibliotheca Caesarea Parisiensi servatur, in eaque est Codex Paris. 1354 (olim Colbertinus 3085.), quo libri XXVIII. XXIX. XLV—XLVIII. Basilicorum, nec non Pseudo-Eustathii libellus περὶ χρονικῶν διαστημάτων continentur [123]). In fine huius apographi (Codicis Paris. 1354) secundum schedas b. fratris scriptum est: „Romae 1556. V. Iunii.“ Antequam Herveti apographum in bibliothecam Regiam pervenit, in manibus Ribierii (Ribière) fuit. Quod literis Peirescii ad Aleandrum die 29. mensis Aprilis anni 1617. datis confirmatur [124]). Unde Codex Paris. 1354 dicitur etiam Codex Ribierii, quo nomine a Fabroto in praefatione editionis Basilicorum designatur. Quo tempore is in bibliothecam Colbertinam transierit, incertum est; Mortreuil circa annum 1670. id factum esse coniecit, quo bibliotheca Colbertina magno Codicum manuscriptorum numero comparato valde aucta est [125]). Textum Codicum manuscriptorum Cardinalis Ridolfi et Catharinae Reginae, Herveti sive Colberti, eundem esse, certum omnique dubitatione superius est. Argumentum certissimum est consensus versionis latinae Herveti cum editione Fabroti. Utraque tam in textu, quam in scholiis adeo conspirat, ut uno eodemque Codice manuscripto niti utraque debeat.

X. Liber XLVI—LII. Codex Parisiensis graecus 1357 [126]), chartaceus, foliis 277. constans, in folio, continet a fol. 1—121. Epanagogen auctam, a fol. 122—277. textum librorum XLV—LII. tit. 1. sine scholiis, quibus

115) Montfaucon, Bibl. Bibl. T. II. p. 787. 116) Codex Paris. 1349 apud Montfaucon l. l. p. 776. indicatur sub rubrica: „Libri Graeci in iure canonico et civili. no 1. Basilicorum nempe quatuor, nempe 45. 46. 47. 45.“ 117) Manuscrit Dupuy vol. 700. no. 18. Verba Cuiacii haec sunt: „Je vouloye encor avoir le plus gros tome des Basiliques de la Reyne, que j'ay tenu autres foys, et le Plutarque grec, mais l'on a répondu à Monseigneur de Valence, quand il en a parlé, que quand j'auray rendu ceux que j'ay, que l'on m'accomoderoit de ceux-là?“ Biener. Themis T. VII. p. 177. dixit, Cuiacium scripsisse „les deux tomes des Basiliques et le Théodore Hermopolite.“ Cuiacius autem numerum tomorum non solet indicare. Vide Berriat-Saint-Prix, vie de Cujas p. 543. 118) „In tres postremos constitutionum Codicis . . . . eos, quibus sum usus potissimum, illustrissimae et potentissimae Reginae Catharinae Mediceae locupletissima bibliotheca mihi suppeditavit.“ Cuiacii epistola dedicatoria ad Margaretham Valesiam, data Biturigis VI. Id. Iul. anni 1562 Opp. T. I. P. II. fol. 2. 119) Gebauer, Mantissima l. l. 120) Maiansius, vita Augustini in Opp. T. II. p. 22—25. 121) Augustinus in libello de propriis nominibus laudavit Basil. libr. XLV. tit. 3. cap. 4. Cf. Otto, Thes. iur. T. I. p. 491. not. a. 122) „Qui (Antonius Augustinus) cum mihi . . . . dixisset se habere duos tomos (no. 178. 179.) Basilici Graeci . . . is vero . . . non solum eos videndi, sed etiam describendi fecit copiam.“ Hervet. Praefat. ad Ioann. Morvillerium 1556. 123) In Catalogo Parisiensi Codex graecus 1354 hoc modo describitur: „Codex chartaceus, olim Colbertinus (3085), quo continentur Basilicorum tituli varii, et in his Scholia; initium et finis desideratur; reperias etiam nonnulla de veterum annis et mensibus; is Codex anno Christi 1556. exaratus videtur. 124) Ibi haec leguntur: „Un conseiller du parlement de Paris, nommé Ribière, a un volume qui contient le texte grec de huit livres imprimés par Hervet, avec un petit jurisconsulte grec (Eustathius), qui se trouve dans le Jus Graeco-Romanum.“ Millin, annales encyclopédiques T. I. p. 295. 125) Mortreuil l. l. T. II. p. 204. 126) In Catalogo Parisiensi hoc modo describitur: „Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur e iuris libris hoc ordine Digesta: 10 de imperatore . . . 600 index titulorum libri 48 Basilicorum et sequentium librorum ad sexagesimum usque; 610 Basilicorum libri septem a 46 usque ad quinquagesimum (add. secundum) (ultimi quatuor in editione Fabroti non reperiuntur); is Codex, ad cuius margines notae Petri Fabri samoriani manuscriptae, seculo decimo quinto exaratus videtur.“ Reitz, Praef. ad IV. libr. Basil. in Thes. iur. Meerman. T. V. hanc Codicis descriptionem habet: „Codex manuscriptus graecus continens septem libros Basilicorum, 46. et 52., hodie signatus 1357., volumen in folio confecit 277. folia, valdeque perspicue exaratus est circa finem seculi XV.; antea fuerat Bibliothecae Colbertinae, ubi signatus erat no. 2324. (lege 3224.), unde postea in regiam transiit; ultimi quatuor libri, quos descripsi, comprehenduntur a folio 193. usque ad finem; incertum vero unde D. Colbert hunc codicem nactus fuerit . . . notae Petri Fabri admodum exiguo numero sunt.“

praemissus est index titulorum, qui libris XLVI—LX. continentur. Librum LII. hoc Codice non integrum exhiberi, quidam putarunt [127]), cum unus duntaxat eius libri titulus Codice contineatur. Verum enimvero liber LII. unum nonnisi titulum habet, *περὶ ἐνοχῶν καὶ ἀγωγῶν* inscriptum. Quod tam ex indice generali titulorum Basilicorum Coisliniano, quam ex indice speciali titulorum librorum XLVI—LII. apparet. In hoc scriptum est: *βιβλ. νβ'. τιτλ. ᾱ περὶ ἐνοχῶν καὶ ἀγωγῶν*; in illo: *βιβλίον νβ'. τῶν βασιλικῶν ἔχει τι. ᾱ περὶ ἐνοχῶν καὶ ἀγωγῶν* [128]). Inter omnes Basilicorum Codices manuscriptos, qui extant, huius Codicis origo maxime dubia est. Ac Bienerus [129]) quidem cum illum Basilicorum Codicem bibliothecae Catharinae Reginae esse putat, quo Cuiacius usus sit, postea deperditum. Zachariae de L. [130]) autem hunc Codicem existimat esse apographum Codicis cuiusdam libros XLVI—LX. Basilicorum continentis iussu Petri Fabri eo tempore factum, quo bibliotheca Catharinae Reginae Romae in possessione Strozzii, summi belli ducis, fuit. Utramque sententiam primum Mortreuil [131]) impugnavit; deinde vero secundae sententiae accessit [132]). Nam secundum catalogum librorum manuscriptorum Cardinalis Ridolfi, cuius sub num. IX. mentionem fecimus, quartus tomus, qui libros XLVI—LX. Basilicorum continebat, designatur, atque is, uti antea diximus, in bibliothecam Catharinae Reginae translatus est. Ex hoc apographum Petrus Faber Romae sumsit librorum XLVI—LII., (Codicem nostrum Paris. 1357) [133]), eo, ut videtur, tempore, quo post Cardinalis Ridolfi mortem bibliotheca eius a Strozzio emta fuit, intra annos 1550—1558. Secundum conjecturam a Mortreuil propositam translatio huius bibliothecae in Galliam impedimento fuit, quominus totus Codex describeretur, neque potest explicari, quid causae fuerit, cur Petrus Faber eum non totum descripserit postea, quam Codex in bibliothecam Catharinae Reginae pervenerat [134]): Reitzius [135]) coniecit, hunc Codicem antea fuisse Cuiacii, postea Petri Fabri, et Fabrotum vituperavit, quod Codices manuscriptos Petri Fabri neglexerit. Quam coniecturam Mortreuil [136]) initio maxime probabilem ratus postea deseruit et, uti diximus, mutavit et limitavit. Omnino autem vix potest explicari, quomodo hic Codex Petri Fabri non cum ceteris Basilicorum Codicibus recta via ad bibliothecam Regiam pervenerit, sed prius in bibliothecam Colberti, et postea cum ea in bibliothecam Regiam fuerit translatus. Probabile est, quod Bienerus coniecit, heredes Petri Fabri, de eo dubitantes, utrum Codex 1357 iure ad ipsos pertineret, eum non cum reliquis Basilicorum Codicibus coniunxisse. Fabrotus hunc Codicem in edendis Basilicis adhibere non potuit, cum anno demum 1732. cum bibliotheca Colbertina in Regiam translatus sit. Unde in Fabrotiana Basilicorum editione libri XLIX—LII. desunt. Apographum horum librorum Bynkershoeck accepit [137]); aliud apographum Ioannes Caperonnerius anno 1751 ex mandato Meermani confecit, ex quo Reitzius hos quatuor libros in tomo V. thesauri Meermaniani edidit.

XI. Liber LX. Codex Parisiensis graecus 1350 [138]), olim 2047, membranaceus in folio, foliis 255., quae numerata sunt, constat. Tempus, quo scriptus est, in eo non est notatum. Codex continet librum LX. Basilicorum cum scholiis infra, supra et iuxta textum scriptis. Scholiorum scriptura triplex est. Ac magna quidem scholiorum pars eadem, qua textus, manu scripta est, a textu tamen minoribus literis distincta. Scriptura textus et horum scholiorum antiquorum seculum XII. indicat. Deinde scholia alia recentiori manu post seculum XIII. scripta reperiuntur. Librarius, qui hanc scholiorum partem scripsit, saepissime textum et antiqua scholia supplevit et correxit. Valde iniquus est scholiorum recentiori manu scriptorum numerus. Initio magna eorum est moles, quae paulatim minuitur; in fine Codicis fere prorsus desunt eiusmodi scholia. Denique reperiuntur etiam scholia tertia manu scripta, quae tamen cum scholiis secundae manus eandem habent aetatem. Nonnunquam enim unum idemque scholium initium habet secunda manu scriptum; medio in scholio tertia manus pergit usque ad finem ac novum scholium rursus incipit secunda manu scriptum. Hi ergo ambo librarii collegae fuerunt; alter alterum in opere perficiendo adiuvit. Scholia eadem, qua textus, manu scripta ad quaenam textus verba pertineant, signis literarum scholiis praefixis et in textu repetitis indicatur. Eundem in finem in scholiis recentiori manu scriptis alia signa praeter literas adhibentur. Scriptura textus et scholiorum eadem manu scriptorum, licet multa habeat sigla, ita tamen est comparata, ut facile legi possit. Beatus frater insigni calligrapho eam tribuit. Scriptura secunda manu exarata valde difficilis est ad legendum, tum quia librarius in abbreviationibus et siglis, quibus usus est, valde variavit, tum quia magna scholiorum hac manu scriptorum pars minus bene conservata est. Ita Tischendorfius, qui Codicem precibus meis contulit et magnam partem descripsit, ter quaterque eundem locum relegere necesse habuit ante, quam abbreviationes solvere et aptum sensum elicere posset. Scriptura tertiae manus in scholiis conspicuae difficultate legendi et abbreviationes explicandi secundam manum superat. Quamobrem Tischendorfius in utraque scriptura expedienda valde laboravit; ita tamen, quamvis alia, quam Iureconsultorum castra sequatur, difficultates obstantes superavit, ut dicere non possim, utrum magis admirer eius diligentiam et sedulitatem, an sagacitatem et facultatem cognoscendi res a castris, quae sequitur, alienas. Ad quem pertinuerit hic Codex ante, quam in bibliothecam Regiam, nunc Caesaream, transiret, in Codice ipso non indicatur, in quo praecedentium dominorum vestigium extat nullum. Haud dubie Codex idem est, quem Cambraius (Cambray), legatus Gallicus Constantinopoli reversus Cuiacio donavit. Cuiacius huius Codicis mentionem fecit in epistola dedicatoria ad Cambraium

127) Biener, Civil. Magaz. T. VI. p. 60. 128) Cf. Basil. Heimb. T. V. p. X. not. i. iuncta p. X. not. o. 129) Biener, Themis T. IX. p. 349. 130) Zachariae de L. Prochir. p. CXLIV. Delineatio p. 47. not. 15. 131) Hist. du droit Byzant. T. II. p. 206. 132) Hist. du droit Byzant. T. II. p. 433 sq. 133) Cf. Pet. Faber, Semestria III. 10. 134) Mortreuil l. l. T. II. p. 433. 434. 135) Praef. ad lib. XLIX—LII. Basil. in Thes. Meerman. T. VII. p. VII. 136) Mortreuil l. l. T. II. p. 208. 137) Meerman, Praefat. Thesauri T. II. Heineccius, antiquit. Rom. prooem. §. 38. 138) In Catalogo Parisiensi hoc modo describitur: „Codex membranaceus seculi decimi sexti. Continet librum sexagesimum cum scholiis perpetuis." Codicem uberius describo ex schedis b. fratris mihi communicatis et ex literis Cel. Tischendorfii Parisiis die XX. mensis Decembris anni 1841. ad me datis. Quae Bienerus, Zachariae de L. et Mortreuil hoc de Codice dixerunt, satis nota sunt.

mense Februario anni 1564. data et commentario ad titulum de excusationibus tutorum et sequentes praeposita[139]). Cambraius ante annum 1557. Codicem Cuiacio donasse videtur, cum Cuiacius hoc anno iam lib. LX. tit. 54. Basilicorum laudaverit[140]). Quo magis mirum est, Fabrotum in praefatione editionis Basilicorum ignorare, Cuiacium in edendo libro LX. Basilicorum huius Codicis usum fecisse[141]). Quo tempore Codex ad bibliothecam Regiam pervenerit, incertum est. Certum tamen est, hoc iam duobus seculis ante factum esse, cum iam Fabrotus in praefatione editionis Basilicorum anno 1647. publici iuris factae hunc Codicem librum Regium appellaverit. Ex hoc Codice librum LX. Basilicorum cum scholiis latine versum absque textu graeco Cuiacius anno 1566. edidit, quem denuo recudendum Dionysius Gothofredus anno 1606. curavit. Graecum textum tam libri dicti Basilicorum, quam scholiorum primus Fabrotus anno 1647. edidit in tomo VII. editionis Basilicorum. Nostra memoria ego, a Zachariae de L. certior factus, Fabrotum in libro LX. edendo magna versatum esse negligentia, per Tischendorfium Codicem hunc denuo conferendum curavi eaque collatione usus certe scholia longe plura et integriora anno 1850. in tomo V. editionis Basilicorum edidi.

§. 3. II. Codices secundae classis.

Ad Codices manuscriptos, quibus nonnisi fragmenta textus Basilicorum continentur cum aliis epitomis ad ius pertinentibus coniuncta (Codices secundae classis; cf. §. 1. fin.) hi pertinent:

I. Codex Vaticanus 2075, olim Basilianus 114[1]), foliis 267. sine numeris constans. Bibliotheca, in qua is fuit, cum seculo XVIII. exeunte Galli patrimonium Petri invasissent, maximam partem in locum, cui nomen est Grotta ferrata, viginti milliaribus Roma distantem, ubi monasterium monachorum Basilianorum est, fuit translata; minor pars graecos potissimum Codices manuscriptos continens in bibliothecam transiit Vaticanam. Librorum in bibliothecam Vaticanam translatorum peculiaris index sive catalogus confectus est. Codex noster est in forma, quae dicitur in quarto. Quae eo continentur, haec sunt. Ac primum quidem eo exhibentur excerpta ex canonibus et patrum ecclesiasticorum libris ad rem monachicam et regulas a monachis observandas spectantia. Titulus praeter verba *ἰουστινιανοῦ α'*, quae in prima linea posita sunt, legi non potuit. Initium primi loci est: *πρᾶγμα σεμνὸν οὕτω καὶ τίμιον. τοῖς μα . . πατριάσιν ἡμῶν κ. τ. λ.* Capita sequuntur numerata usque ad numerum *ιζ'. ἐν πᾶσιν τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας φροντίζοντες καὶ τοῦτο κ. τ. λ.* Sequitur numero non adiecto inscriptio: *περὶ μοναχῶν, πῶς δὴ* (lege *δεῖ*) *αὐτοὺς λαμβάνειν τὸ σχῆμα, καὶ περὶ τῆς ὑπαρχούσης αὐτῷ* (sic; lege *αὐτοῖς*) *οὐσίας ἐν τῷ μονάσαι καιρῷ ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἐπιφανίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.* Init. *ὁ ἐν ἀσκήσει.* Sequuntur constitutiones, quarum ultima inscripta est: *περὶ μοναχῶν γενομένων κληρικῶν καὶ γάμου αὐτῶν.* Init. *καὶ πρὸς γάμον ἐλθεῖν.* Haec excipiunt epitomae ex Novellis et Codice, quibus titulus praefixus est. *περὶ ἀντιφωνητῶν καὶ ἐγγυῶν τοῦ ε'. τι. τοῦ ιγ'. βιβλίου τῶν παρατίτλων.* Init. *ὁ ἐγγυώμενος ἢ ἀντιφωνῶν ὑπέρ τινος.* Epitomae, quae sequuntur, valde breves desumtae sunt ex Novellis *ργ'.* et *δ'.* (Nov. 103. et 4.) et ex Codice lib. IX. tit. 2. lib. II. tit. 1. lib. III. tit. 11. lib. IX. tit. 12. His epitomis duae explentur paginae Sequuntur canones Apostolorum, quos excipit Novella quaedam Basilii: *ἐκ τῆς νεαρᾶς διατάξεως Βασιλείου.* Hanc excipiunt glossae nomicae. Sequitur compendium iuris XLIII. titulos continens, et quidem *τι. α'. περὶ νόμου καὶ δικαιοσύνης. β'. περὶ νόμου φυσικοῦ καὶ πολιτικοῦ. γ'. περὶ νόμου ἀγνοίας καὶ περὶ ἀμφιβαλλομένων καὶ περὶ αἱρέσεων. δ'. περὶ παίδων κυοφορουμένων καὶ περιμενομένων κ. τ. λ.* Indicis titulorum unum desideratur folium, unde tituli *ιβ'—λε'.* (XII—XXXV.) legi nequeunt. Ultimus titulus est *τι. μγ'. περὶ κεφαλικῶν ἐγκλημάτων καὶ περὶ φόνων ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων, καὶ περὶ εὐνουχιζομένων καὶ αἰσχρότιτος* (sic). Tum sequuntur *κεφάλαια νόμου ῥοδίων*, capita legis Rhodiae, quorum index praecedit, quem sequitur singulorum capitum textus per folium antea desideratum, quo pars indicis titulorum XLIII. compendii antea dicti continebatur, hoc loco a bibliopega male positum interruptus, cuius folii scriptura valde obliterata recentiori manu renovata est. Capita legis Rhodiae sunt XLVIII., quorum ultimum de lege Rhodia de iactu agens in quatuor dispescitur fragmenta. Haec excipiunt leges georgicae hoc modo inscriptae: *κεφάλαια νόμου γεωργικοῦ κατ' ἐκλογὴν ἐκ τοῦ ἰουστινιανοῦ βιβλίου.* Legum georgicarum capita sunt LXXXIV. Nunc demum sequitur compendium iuris XLIII. titulis constans, cuius capita numerata sunt. Nonnunquam nomina Iureconsultorum classicorum, quorum ex libris hausta sunt capita, his praefixa sunt. In fine plurimorum capitum adduntur libri et tituli iuris Iustinianei, unde capita sunt desumta[2]). Basilicorum loci non allegantur. Loci ex omnibus iuris Iustinianei partibus laudantur. Scriptura horum locorum laudatorum et fragmentorum eadem est, unde patet, haec et illos unum efficere textum. Multa compendio continentur ad historiam iuris pertinentia. Nonnunquam etiam laudantur loci ex libris philosophorum graecorum et medicorum. Usque ad titulum XVII. huius compendii scriptura Codicis eadem est, quae seculum XI. redolet, ita tamen, ut haec Codicis pars magis ineunte, quam exeunte hoc seculo scripta esse videatur. Reliquae partis compendii dicti scriptura diversa est, quae seculum XII. redolet. In fine titulorum saepe nonnulla desunt, quod ex spatiis vacuis in Codice conspicuis apparet, quae ut explerentur, de industria relicta sunt. Ex quibus lacunis aliae totae, aliae ex parte expletae recentiori manu deprehenduntur. In margine nonnunquam scholia sunt conspicua, ab eo, qui Codicem denuo tegumento vestivit, partim resecta. Tegumentum Codicis idem est, quod reliquorum Codicum Basilianorum. — Post dictum iuris

---

139) Qui commentarius editus est Lugduni 1564. fol. 140) Cuiacius, Observ. lib. III. cap. 10., qui observationum liber anno 1557. editus est. Cf. Berriat-Saint-Prix, Thémis T. X. p. 161. Etiam Contius in praefatione Novellarum, quae in editione Corporis iuris civilis anno 1571. promulgata est conspicua, donationis huius Codicis a Cambraio in Cuiacium collatae mentionem fecit. Cf. Mortreuil l. l. T. II. p. 209. not. a. 141) Fabrotus in praefatione scribit: Librum sexagesimum recensuimus ex fide libri Regii, qui vel eo, quo Cuiacius ipse usus est, melior est: vel certe amanuensis eius multa in eo exscribendo omiserat."

1) Codicis huius descriptionem exhibui ex schedis b. fratris. 2) Ad textum librorum iuris Iustinianei emendandum multum conferre hoc compendium b. frater existimat ideoque dignum iudicat, quod edatur.

compendium in Codice sequitur pars libri L. Basilicorum, quae media in pagina, in qua desinit compendium illud, incipit, unde apparet, hanc Basilicorum partem nonnisi vacuarum Codicis membranarum explendarum causa esse scriptam, et scripturam non esse antiquiorem ea, quae in compendio dicto est conspicua, atque ita seculo XII. vindicandam. Basilicorum haec pars interrupta est per leges militares, quae atramento seculo XII. scriptae sunt, cum Basilicorum scriptura magis rubida sit et pro membranae conditione plus minusve in subalbum colorem vergat. Margines membranarum valde laborarunt, adeo, ut ultimorum foliorum margines nova membrana adglutinata partim sint instaurati. Unde textus Basilicorum saepe laesus est. Inscriptio libri L. Basilicorum in Codice haec est: *Βιβλίον ν̄. τίτλος ᾱ. περὶ τῆς ἐκ διαφόρων τρόπων συνισταμένης κυριότητος διὰ χρονίας νομῆς.* Codex calamo exaratus est. Desiderantur in Codice *ἰῶτα* subscriptum et signa spirituum literis geminis *ρρ* superponi solita. Non laudantur in Codice libri et tituli iuris Iustinianei, ex quibus Basilicorum tituli sunt compositi. Fragmenta Basilicorum, quae Codice Vaticano continentur, haec sunt: Lib. L. tit. 1. cap. 1—30. 38. 43—47. cap. 53. th. 5. cap. 59. usque ad verba *ἔχων λαμβάνει.* Tit. 2. cap. 5. Tit. 12. cap. 1—4. 7. 8. 10. Tit. 13. cap. 1. usque ad vocem *δωρεά.* Tit. 14. cap. 3. 5—7. 10. 11. Tit. 15. cap. 1. Tit. 16. cap. 1—3. In his locis enumerandis numeros capitum in Reitziana et mea editione conspicuos retinui. Maxima ergo pars libri L. in hoc Codice desideratur. Post fragmenta libri L. Basilicorum in Codice sequuntur fragmenta libri XXVIII. Basilicorum, cuius exhibetur tituli XIII. ea pars, quae continet Novell. 91. pr. cap. 1., sine scholiis, et tituli XIV. ea pars, quae continet Novell. 22. cap. 27—43. usque ad verba *ταὐτὸν γάρ ἐστιν ἑκάτερον,* multis tamen in hoc textu praetermissis. Cur haec duntaxat fragmenta librorum XXVIII. et L. Basilicorum librarius in Codicem receperit, haec causa fuisse videtur, quod ipse non Codicem, quo hi libri integri continebantur, sed nonnisi eiusmodi Codicem, cui inerant loci Basilicorum selecti, ante oculos habuerit. Codicem Vaticanum, quatenus Basilicorum fragmenta continet, b. frater contulit, cuius schedarum in edendo libro L. Basilicorum usum feci.

II. Codex Parisiensis graecus 1367 [3]), membranaceus, in quarto, olim Colbertinus 1358, deinde regius 2523, foliis 124 numeratis constat. Antea foliis circiter 216. videtur constitisse, quorum folia 57. initio, et folia circiter 35. medio in Codice et in fine eius exciderunt. Codex seculo XII. scriptus esse videtur, licet auctores Catalogi Parisiensis eum seculo XIII. vindicaverint [4]). Fol. 1—37. continetur Epanagoge aucta titulis XL. constans, quorum propter iacturam multorum foliorum, quam Codex initio fecit, nonnisi titulus 24. medius et reliqui usque ad finem tituli 40. supersunt. Fol. 37—53. exhibentur fragmenta Basilicorum, ex libro potissimum LX., fragmenta iuris Rhodiorum navalis, Novella Romani de retractu. Fol. 54—75. continetur Epanagoge cum scholiis cum appendice fragmentorum ex Basilicis et ex versionibus graecis librorum iuris Iustinianei aliisque ex libris ante Basilium Macedonem scriptis. Fol. 75—124. exhibentur collectanea varia sub titulo: *κατὰ συλλογὴν διάφορα κεφάλαια,* quibus continentur *νόμοι γεωργικοὶ, στρατιωτικοὶ* et *ναυτικοὶ,* et *ἐπιστολὴ τοῦ ἁγίου Βασιλείου πρὸς Ἀμφιλόχων ἐπίσκοπον Ἰκονίου κανονική.* Media in Epanagoge aucta initio Codicis fol. 5—9. et folio ultimo fragmenta continentur libri XXXV. Basilicorum, et quidem fol. 7—9. fragmenta titulorum 2. 3. 4., fol. 6. tituli 1., fol. 5. et ultimo tituli 6. Usum horum fragmentorum a Zachariae de L. mihi communicatorum in libro XXXV. restituendo feci et in editione Basilicorum accurate notavi, qui loci ex hoc Codice desumti sint. Fragmenta ex libro LX. Basilicorum excerpta reperiuntur horum titulorum *τϊ. ιβ'. περὶ κλοπῆς* (fol. 42. A. — 45. A.) *τϊ. ιζ'. περὶ βιαίως πραγμάτων ἁρπαγέντων καὶ περὶ ὀχλαγωγίας καὶ βίας ἐνόπλου* (fol. 45. A. — 46. B.) *τϊ. ιη'. περὶ βίας δημοσίας ἢ ἰδιωτικῆς* (fol. 46. B. — 47. B.) *τϊ κ'. περὶ ἐμπρησμοῦ καὶ καταπτώσεως* (fol. 47. B. — 48. A.) *τϊ κε'. περὶ ἀπελατῶν* (fol. 48. A. — 48. B.) *τϊ. κζ'. περὶ ὑποδοχέων* (fol. 48. B.). Excerpta ex Basil. lib. XXII. tit. 5. extant fol. 49. A. — 49. B. Libri LVI. tituli 6., qui inscribitur *περὶ πράσεως τοῦ δημοσίου,* fol. 49. A. cap. 10. (L. 1. C. X. 5.) plenius, quam in Synopsi, exhibetur hoc modo: *Ὁ ἀγοράσας παρὰ τοῦ δημοσίου πράγματα καὶ τὸ τίμημα καταβαλὼν, οὐκέτι ἐνάγεται, οὐδὲ ἐξ αὐτῆς παραπτικῆς* (sic; ad marginem legitur signo ÷ addito, *ἤτοι τῆς πράξεως*) *οὐδὲ ἐξ ἑτέρας· βέλτιον γὰρ τὰ πρακταία πρὸς ἄλληλα σχεῖν, ἤπερ ὀχλεῖν τῷ ἀγοραστῇ* [5]). Quid illud *παραπτικῆς* significet, nescio. Graeci voluerunt exprimere latinum statio.

III. Codex Mediceo-Laurentianus LXXX. 6. [6]), seculi XV., chartaceus, in folio, foliis 631 constat. Continentur eo excerpta ex Basilicis, quae secundum ordinem, quo in Codice posita sunt, recensebo, additis ex Codice titulorum inscriptionibus: Lib. XXVIII. tit. 14. *τϊ. ιδ'. βϊ. κη'. περὶ δευτερογαμούντων ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν.* Tit. 39. *νόμος κορνελίου περὶ φονευτοῦ καὶ φαρμακοῦ καὶ μαθηματικοῦ καὶ τῶν ὁμοίων.* Tit. 41. *νόμος κορνελίου περὶ πλαστοῦ καὶ συγκλητικῶν θεσπισμάτων.* Tit. 43. *νόμος ἰουλίου τοῦ κινουμένου κατὰ ἀρχόντων ἢ δικαστῶν ἢ συνέδρων ἐν δίκῃ κεκλοφότων.* Tit. 45. *νόμος ἰουλίου περὶ τῶν νοσφιζομένων — κεκλοφότων,* ut in Basil. Tit. 48. *νόμος φάβιος περὶ ἀνδραποδιστῶν.* Lib. L. tit. 12. qui tamen inscribitur, ut in Codice Paris. 1357 titulus 13., quamvis fragmenta tituli 12. contineat, scilicet cap. 1—4. 7. 10., et tit. 13. cap. 1. Lib. L. tit. 14., cap. 3. 5. 6. 7. [7]).

IV. Codex Mediceo-Laurentianus XL. 5. [8]) seculi XIV. continet hos Basilicorum locos: Lib. XXV. tit. 5. cap. 2. 9. th. 4. cap. 10. th. 1—4. Lib. XXVIII. tit. 5. cap. 1. mutilum. Lib. XXIX. tit. 1. cap. 115. (L. un. C. V. 13.), quod in edit. Fabr. est 119., in edit. Heimb. 117. Etiam hoc caput mutilum exhibetur.

---

3) Hunc Codicem breviter descripsit Zachariae de L., *Αἱ ῥοπαί* p. 22. Prochir. p. CXCIV sq. Uberiorem dedi descriptionem ex schedis a b. fratre et Zachariae de L. mihi communicatis. In Catalogo Parisiensi Codex sic describitur: „Membranaceus, in 4., olim Colbertinus, deinde regius 2523.“ 4) Seculo XII. tam b. frater, quam Zachariae de L. hunc Codicem assignarunt. 5) Hunc locum in restituendo titulo 6. libri LVI. omissum ex schedis beati fratris huc reposui. 6) Argumentum huius Codicis recensuerunt Bandini, Catal. bibl. Med. Laurent. T. III. p. 178–185. Witte, Zeitschrift f. gesch. RW. T. VIII. p. 203—205. Zachariae de L., Prochir. p. CXC. Quod ad Basilicorum fragmenta attinet, b. frater in schedis Codicem descripsit, cuius descriptio ab ea, quam Witte exhibuit, paululum differt. 7) In universum haec fragmenta Basilicorum cum textu edito conveniunt. 8) Argumentum huius Codicis, quatenus ad Basilica pertinet, recensuit Bandini T. I. p. 84. no. 88. T. III. p. 78. 81., ex quo hauserunt Haubold, Man. Basil. p. 338. 340. 341. et Heimbach de Basil. origine p. 58.

Praeter hos Codices fragmenta Basilicorum contineri dicuntur in Codice Vindob. iurid. gr. XVIII.[9]) et quidem a fol. 79. p. 2. usque ad fol. 82. p. 1.; a fol. 84. p. 2. usque ad fol. 85. p. 2.; a fol. 89. p. 1. usque ad fol. 90. p. 2. Nec silentio praetereundus est Codex Vindob. iur. gr. VI. 3.[10]). Medio in Codice extat collectio fragmentorum ex libris iuris Iustinianei excerptorum graeco sermone scriptorum, quam b. frater Eclogam 194 capitibus constantem appellavit. In Basilicis tamen emendandis vel supplendis haec collectio vim magnam non habet; imo maioris momenti est ratione iuris ante Basilica obtinentis. Fol. 1. A. B. conspicuus est index titulorum huius collectionis, qui a *κεφ. ρϥ'.* (cap. 190.) incipit, et in *κεφ. ρμε'.* (cap. 145.) desinit. Fol. 2. incipit a (*κεφ.*) *τη'.* et in (*κεφ.*) *ρς'.* desinit. Confusio numerorum inde orta est, quod folium 2. folio 1. postpositum est. Quae a fol. 3. inde Codice continentur, a Basilicis aliena sunt, sed ad libros iuris Iustinianei potius pertinent. Novellarum, quae ex collectione CLXVIII Novellarum laudantur, et commentariorum ad Novellas usus frequens factus est; ad Novellas provocatur fol. 42. A. fol. 48. A., ad Digesta fol. 40. A. et 61., ad Codicem fol. 59. B. 60. A. 63. A. Basilica nusquam laudantur, et si quaedam fragmenta exhibita cum Basilicorum textu conveniunt, id ex eo explicandum est, quod auctor collectionis commentarios Iureconsultorum Graecorum seculi sexti excerpsit, ex quibus textus Basilicorum compositus est. Sic fol. 29. A. sub *κεφ. κη'. περὶ ῥημάτων σημασίας* sub *τι. γ'. βιβλίον ζ'.* fragmentum exhibetur incipiens a verbis *Ἀνὴρ τῆς ἰδίας αὐτοῦ γαμετῆς νοσησάσης* et desinens in verbis *νομίμως μεθοδεύεις*, quod ad verbum convenit cum Basil. lib. XVII. tit. 2. cap. 13.[11]). Quod fragmentum ex Thalelaei commentario ad Codicem haustum continet indicem et *τὸ κατὰ πόδας* L. 13. C. de negotiis gestis. Fol. 55. A. *ἐκ τοῦ ιζ'. βιβλίου κεφ. ριβ'. περὶ ἐναγομένου εἰς ὀρφανικὰ πράγματα* plura fragmenta exhibentur cum Basilicis convenientia, loco tamen Basilicorum nusquam laudato, veluti epitomae L. 3. §. 8. 10. L. 6. §. 3. L. 25. L. 31. §. 3. D. III. 5. Epitome L. 3. §. 6. D. III. 5. haec: *οὐ μόνον διοικῶν τις τὰ γινόμενα τοῦ τελευτῶντος ὑπόκειται ἀλλὰ κατὰ* (legendum videtur *καὶ τὰ*) *ἐπιγεννώμενα, ὡς ἐπὶ τοκετοῦ καὶ γονῆς καὶ καρπῶν καὶ τῶν διὰ τῶν δούλων προςποριςθέντων.* Cum auctor collectionis fragmenta cum Basilicis congrua ex Anonymi Digestis haud dubie hauserit, etiam epitome L. 3. §. 6. D. III. 5. textui Basilicorum restituendo adhiberi potest, qui hoc loco habet lacunam. Fol. 56. B. *ἐκ τοῦ μ'. βιβλίου τῶν διγέστων Δωροθέου ἀντικήνσωρος τίτλος ε'. κεφ. λδ'. καὶ περὶ ἐλευθεριῶν κεφ. ριδ'.* Sequuntur plura fragmenta ex indice Digestorum Dorothei ad Digestorum lib. XL. tit. 5. 9. 10. 12. excerpta, quae maximam partem in Basilicorum scholiis extant. Eorum mentionem supra feci lib. I. cap. V. §. 2. eaque quatenus in Basilicorum scholiis non exhibentur, edidi. Fol. 62. A. 63. B. 65. B. 68. B. 69. B. exhibentur fragmenta ex indice Digestorum Cyrilli, qui quinquies *ἔκδοσις Κυρίλλου* appellatur, magnam partem excerpta, nonnunquam cum Basilicorum textu conspirantia, quorum mentionem supra feci lib. I. cap. V. §. 6.

Praeter Codices Basilicorum vel partem vel fragmenta duntaxat continentes etiam opera Iureconsultorum Graecorum Basilicis posteriora non sunt negligenda. Quae vel omnino ex Basilicis hausta et ad ea accommodata sunt, veluti Synopsis Basilicorum, Paratitla Basilicorum s. Tipucitus, Ecloga lib. I—X. Basilicorum, vel continent varia capita ab auctore ex Basilicis excerpta, veluti Epanagoge aucta, *Πεῖρα*, Prochirum auctum, vel Basilicorum mentionem tantum iniiciunt, veluti Theodori Balsamonis commentarius ad Photii Nomocanonem, libellus *περὶ χρονικῶν διαστημάτων*. Quatenus haec opera ad Basilica corrigenda vel supplenda adhibenda sint, sectione sequenti videbimus.

Sectio II.

DE BASILICORUM EDITIONIBUS ET RECENTIORUM CIRCA EA STUDIIS.

§. 1. Studia recentiorum circa Basilica ante editionem Fabroti.

Nunc fata Basilicorum in Occidente et recentiorum circa ea studia inde a seculo decimo sexto sigillatim persequamur.

I. Ante seculum decimum sextum Basilica in Occidente non innotuerunt[1]). Prima eorum mentio facta est a Diploratacia in libro de praestantia Doctorum initio seculi decimi sexti scripto[2]) sub articulo Iustinianus hoc modo: „Maxime cum reperiuntur omnia volumina in graeca lingua ... quae magnif. eques Dns Mattheus Spandolenus Constantinopolitanus affinis meus promisit ex Graecia in Italiam transportare, sed morte praeventus non potuit"[3]). Primum Basilicorum usum Viglius Zuichemus fecit et in praefatione paraphraseos Institutionum Theophilinae ad Carolum V. Imperatorem die 31. mensis Maii anni 1533. data de utilitate Basilicorum in libris iuris Iustinianei interpretandis et emendandis disseruit[4]). In adnotationibus ad Theophili paraphrasin plures Basilicorum locos ex Codice suo (Cod. Paris. 1345) laudavit, et paulo post (anno 1534.) in commentario ad Institutionum lib. II. tit. 10—19. ad Basilica ex eodem Codice provocavit[5]).

II. Aliquot annis post circa seculum decimum sextum medium Gentianus Hervetus libros XXVIII. XXIX. XLV—XLVIII. Basilicorum descripsit ex apographis Codicum Florentiae et Romae extantium (Cod. Laurent. LXXX. 11. et Cod. Paris. 1349), quae in manibus Antonii Augustini fuerunt[6]), eosque in Galliam reversus

---

9) Lambecius, Comm. de bibl. Caesar. Vindob. lib. VI. p. 131—133. ed. Kollar. Ex Lambecio hausi in libello de Basilicorum origine p. 58. 10) Witte in censura editionis nostrae Basilicorum T. I (Jahrb. f. wissenschaftl. Kritik. 1834 nr. 89—91.) hunc Codicem dignum esse iudicaverat, qui ad Basilica emendanda et supplenda adhiberetur. Beatus frater eum contulit schedasque suas mihi communicavit. 11) Cf. Zachariae de L. Supplem. edit. Basil. Heimb. p. 160—162.

1) Cf. Savigny, Gesch. des roem. Rechts im Mittelalter T. III. p. 508. ed 2. Affirmarunt quidem nonnulli viri docti (Wieling, oratio pro glossatoribus, lectionibus iuris civilis adiecta p. 300. Falk, jurist. Encyclopaedie p. 334.), scholia saltem Basilicorum glossatoribus iam innotuisse, sed immerito. Cf. Savigny l. l. T. IV. Cap. XXVII. 2) Vid. Savigny l. l. T. III. p. 42 sq. inprimis p. 44. 3) Savigny l. l. T. III. p. 46. not. b. 4) Theophil. ed. Reitz T. II. p. 1138. Cf. supra Sect. I. § 2. not. 91. 5) Cf. §. Posthumus Inst. de exheredat. liberor. no. 10., ubi scholium Theodori ad Basil. lib. XXXIX. tit. 1. (Sch. t. Basil. Fabr. T. V. p. 268. Heimb. T. IV. p. 39.) laudavit. Occasione tituli quibus modis testamenta infirmantur inscriptionem tituli 2. lib. XXXIX. Basil. adduxit. Commentarius Viglii ad dictos Institutionum titulos anno 1534. prodiit. 6) Cf. Sect. I. §. 2.

suadentibus antecessoribus Bituricensibus (inter quos Cuiacius inde ab anno 1555 fuit)[7], maxime Duareno, cui eos ostenderat[8], latine versos absque textu graeco anno 1557. edidit[9]. Titulus operis octo libros Basilicorum editos designat. Revera autem Hervetus nonnisi sex libros edidit, et quidem libros XLV—XLVIII. integros, XXVIII. et XXIX. mutilos propter lacunas, quas Codex Laurentianus LXXX. 11. habet[10]. Hervetus in numero librorum apographo suo comprehensorum erravit. Quod ad primam eius partem attinet, recte quatuor libros integros numeravit (lib. XLV—XLVIII.); quantum autem ad libros XXVIII. et XXIX., titulorum his libris comprehensorum tantum falso existimavit esse numerum, ut libris quatuor explendis sufficerent, quam ob rem in titulo operis sui libros octo Basilicorum designavit[11]. Hervetus ab initio de textu graeco cum latina versione a se facta edendo cogitaverat; postea autem, cum difficilius inveniret typographum graecae linguae satis gnarum, consilium ab initio captum deseruit et nonnisi versionem latinam edidit. Versio Herveti, qui non Iureconsultorum, sed Theologorum et Philosophorum castra secutus erat, inprimis quod verba artis attinet, minus est sincera et accurata, quam ob rem Fabrotus novam versionem conficere, quam Herveti versionem emendare maluit[12].

III. Uno mense post editionem Herveti promulgatam praeterlapso, die 24. mensis Martii anni 1557. Cuiacius[13]) librum observationum tertium publici iuris fecit, in quo primum Basilicorum usum fecit[14]. Loci ab eo in capp. 5. 10. 12. 17. 23. laudati pertinent ad libros ab Herveto editos et ad librum LX., quem a Cambraio acceperat[15]. Probabile est, Cuiacio ab Herveto versionem latinam fuisse communicatam, cum ex locis a Cuiacio laudatis non appareat, textum graecum fuisse consultum; deinde credendum est, Codicem Paris. 1350, quo liber LX. continetur, Cuiacio a Cambraio ante annum 1557. fuisse donatum[16]. Qui in libri IV. observationum, die 26. mensis Augusti 1559. editi, capitibus 21. 22. 23. 31. laudantur Basilicorum loci a Cuiacio, ex libris ab Herveto editis desumti sunt. Anno 1564. (Lugduni, de Tournes, die 19. mensis Septembris, in fol.) simul in lucem editi sunt: commentarius ad tres postremos Codicis Iustiniani libros Margarethae Valesiae dedicatus; commentarius ad titulum Digestorum de verborum obligationibus Hospitalio dedicatus; libellus περὶ χρονικῶν διαστημάτων, et liber V. observationum: in quibus multi loci graeci Basilicorum textus laudantur. Textum Basilicorum, quem Cuiacius in his libris adhibuit, ex Codicibus manuscriptis bibliothecae Catharinae Reginae hausit. Ex literis Cuiacii ineditis[17]) apparet, eo tempore Cuiacium ab Hospitalio cancellario rogatum fuisse, ut illius bibliothecae catalogum conficeret, quem ut perficeret, postea Petro Fabro mandatum est. Cuiacius ipse in epistola dedicatoria ad Margaretham Valesiam, Biturigis VI. Id. Iul. ann. 1562. data scripsit: eos quibus sum usus potissimum, illustrissimae et potentissimae Reginae Catharinae Mediceae bibliotheca mihi suppeditavit[18]). Codicem Basilicorum ex hac bibliotheca Cuiacius ante annum 1571. utendum acceperat; hoc enim anno Pithoeum rogavit, ut commentariis bibliothecarii inspectis inquireret, num in eis a bibliothecario notatum fuerit, Cuiacium Codices inde commodatos restituisse, inter

---

7) Biener, Themis T. VII. p. 174. haud probabile existimat, Hervetum latinam versionem librorum Basilicorum dictorum Cuiacio communicasse postea, quam Duareno eam communicasset, cum Cuiacius et Duarenus aemuli et obtrectatores invicem extiterint. Verum Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. II. p. 218. not. b. non immerito notat, hanc Cuiacii et Duareni obtrectationem ad hoc usque tempus vix durasse. Nam Cuiacius in epistola dedicatoria ad Margaretham Valesiam commentario ad tres postremos Codicis Iustinianei libros praemissa, quae Biturigis V. Id. Iul. anni 1562. data est, Duarenum inter maximos Iurisprudentiae duces cum Barone numerat. 8) Hervetus in epistola ad Ioannem Morvillerium editioni dictorum librorum praemissa haec scripsit: „His (duobus tomis) descriptis, cum rationes meae ita tulissent, ut in patriam Italia relicta esset redeundum, et hunc *Βασιλικὸν* . . . mecum adportassem, coepi eos tomos paulo attentius evolvere . . . quod cum diu apud me cogitassem, tandem operae pretium mihi facturus visus sum, si eos latine verterem . . . cum librum primum absolvissem . . . viris apprime eruditis et inter caeteros . . . Duareno . . . ostendi, qui me omnes hortati sunt, ut pergerem . . . o Antistes . . . cui cum Avarici Biturigum bonam eius partem ostendissem . . . . ut pergerem incitasti.“ 9) Titulus editionis hic est: „Lib. VIII. *ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ ΔΙΑΤΑΞΕΩΝ*, id est, Imperialium Constitutionum, in quibus continetur totum Ius Civile, a Constantino Porphyrogenneta in LX libros redactum, Gentiano Herveto interprete. Lutetiae Parisiorum, apud Arnulphum L'angelier, ad secundam palatii columnam, 1557, cum privilegio Regis ad decennium,“ in fol. Titulus operis explet frontem folii 1., praefatio ad Ioannem Morvillerium Aureliae Cal. Novembr. 1556. data, tergum folii 1. et folium 2, index librorum 45—48. folia 3. et 4.; libri 45—48. explent paginas 1—205.; pag. 206. sequuntur tit. Dig. Cod. et Authenticorum qui in sequenti opere continentur (index); paginae 207—356. explentur libris 28. et 29. Initium operis typis mandandi factum est Idibus Aprilis 1557., excudebat Matthaeus David. Praeterea unum folium numeri signo non instructum in fronte habet privilegium die 25. mensis Iunii anni 1556. datum; in tergo vacuum est. 10) Quidam existimarunt, Hervetum etiam librum XXX. edidisse, veluti van Leuwen, Hist. iur. civil. Rom. in: Fragmenta p. 725. Suaresius, Notit. Basil. §. XXXI. Dion. Gothofredus, Praefat. Basilicorum, 1606. Iac. Gothofredus, Manuale iuris p. 22. (ed. 1806.). Beyer, Notitia auctorum iuridicorum Spec. 3. p. 72. Lips. 1726. Cf. Fabricius, Bibl. Gr. T. XII. p. 425. Pohl ad Suaresium l. l. p. 111. not. o. Schoell, Gesch. der griech. Literat. T. VII. p. 231. Biener, Themis p. 170. Mortreuil l. l. T. II. p. 219. not. a. 11) „Ex his duobus tomis primus quidem quatuor libros continet, secundus autem . . . tot continet titulos, ut verisimile sit, non pauciores libros, quam quatuor, eo contineri.“ Praefat. ad Ioann. Morvillerium. 12) Fabrotus in praefat. edit. Basilicorum: „de libris, quos Gentianus Hervetus verterat, hoc tantum dicam, Hervetum doctissimum quidem fuisse, sed non iuris, ut integros vertere maluerim quam versionem eius emendare.“ 13) Hoepfner, Civil. Magaz. T. II. p. 383—402. 402—409. 410—422. Biener, Sur l'usage que Cujas a fait des Basiliques et sur les manuscrits de ce recueil qui existent dans les Bibl. de Paris. Thémis T. VII. p. 165—184. Berriat-Saint-Prix, Observations sur la dissertation de M. Biener sur l'usage que Cujas a fait des Basiliques. Thémis T. X. p. 161—171. 14) In vulgaribus editionibus libri II. cap. 7. observationum die 14. mensis Augusti anni 1556. publici iuris facti variae cuiusdam lectionis causa provocatur ad scholium Basilicorum (τὸ πλάτος). Hoc autem est additamentum posterius editioni de anno 1554. p. 28. adiectum, quod in editionibus de anno 1556. et 1577. deest. Cf. Mortreuil l. l. T. II. p. 220. not. b. 15) Cf. cap. 5. et Herv. p. 214.; cap. 12. et Herv. p. 48.; cap. 17. et Herv. p. 90.; cap. 23. et Herv. p. 177.; cap. 10. et Basil. lib. LX. tit. 54. (Sch. f. Fabr. T. VII. p. 904.). Ultimum locum Hoepfnerus (Civ. Magaz. T. II. p. 395.) immerito ad Basilicorum librum LIV. retulit. 16) Cf. Biener, Themis T. VII. p. 173. 174. Berriat-Saint-Prix, Themis T. X. p. 161—163. 17) Sunt duae literae de die 27. mensis Aprilis anni 1562. (manuscrit Dupuy, vol. 700. no. 40. 41.). Cf. Berriat-Saint-Prix, vie de Cujas p. 542. 18) De Codicibus Basilicorum manuscriptis bibliothecae Catharinae, quorum usum Cuiacius fecit, cogitandum esse ex eo apparet, quod commentarius ad tres postremos Codicis libros textum graecum multarum constitutionum hactenus ignotarum continet, quae ex libris LIV—LVII. Basilicorum desumtae et ibi primum editae sunt.

quos duorum tomorum Basilicorum fecit mentionem [19]). Loci Basilicorum in dictis Cuiacii operibus de anno 1562. laudati ex libris XLVIII. L. LI. LIII—LX. sunt desumti. Ex Basilicis Cuiacius multas constitutiones librorum X—XII. Codicis Iustinianei hactenus ignotas restituit, quae ex Basilicorum libris LIV—LVII. desumtae sunt[20]). Librorum XLV—XLVIII. XLIX. et LII. usus nonnisi in libris a Cuiacio post annum 1562. editis factus est; omnes autem dicti Basilicorum libri tunc temporis in bibliotheca Reginae extabant duobus Basilicorum tomis, qui ea continebantur, comprehensi, scilicet libri XLV—XLVIII. Codice Parisiensi 1349, reliqui Codice postea deperdito. In iisdem operibus anno 1562. editis Cuiacius usum fecit libri LX. Basilicorum, quem iam diu possedit[21]). In libris anno 1564. editis[22]), quibus commentarius ad Digestorum titulos de excusationibus et sequentes (lib. XXVII. 1. — XXVIII. 6.) et libri VI. VII. VIII. observationum continentur, Cuiacius primum Codicis Viglii Zuichemi (Cod. Paris. 1345) usum fecit, ex quo libros XXXVIII. et XLI. Basilicorum laudavit[23]). Duobus annis post Cuiacius libri LX. Basilicorum versionem latinam edidit[24]). Epistola dedicatoria ad Cambraium, a quo Cuiacius Codicem libri LX. dono acceperat, haec inter alia continet: „Suppeditarunt illas (graecas constitutiones) nobis alii Basilicorum libri, e quibus mihi nunc sunt in manibus XXXVIII—XLII., commendati beneficio Viglii Zuichemi ... evolveram et alios plerosque iam ante ac pene totum ἑξηκοντάβιβλον ... sequuntur brevi D. Viglii et alii cum erit spatium et praecipue Herveti, 28, 29 et 45—49 (48.) emendatiores“ [25]). Cuiacius consilium pro parte nonnisi perfecit. Nam Cuiacius versionem duntaxat librorum XXXVIII—XLII. perfecit. Quae dubitationes supererant de versione librorum XL—XLII. a Cuiacio perfecta, ideo, quod mortuo eo inter schedas eius manuscriptas nil nisi index librorum XXXVIII—XLII. et versio librorum XXXVIII. et XXXIX. perfecta extabant, sopitae sunt nota a Labbaeo autographo Cuiacii, quod etiamnunc in bibliotheca magna Parisiensi servatur [26]), inscripta, ex qua apparet, eam manuscripti Cuiacii partem, qua versio librorum XL—XLII. continebatur, fuisse subreptam [27]). Labbaeus tamen non dixit, unde cognitionem manuscripti Cuiacii acceperit, et quibus argumentis nixus Cuiacii manuscriptum mutilum fuisse affirmet. Anno 1567. Cuiacius libros I—XVIII. XX—XXX. Basilicorum sibi comparavit, cuius rei iam mentionem fecimus, cum de Codicibus Parisiensibus 1352 et 1348 sermo fuit (Sect. I. §. 2.), quorum librorum in opusculis post annum 1567. editis[28]) frequentem usum fecit. Quod ad opuscula Cuiacii ante annum 1567. edita attinet, in quibus accipere quis potuerit, Cuiacium eisdem usum fuisse libris, loci a Cuiacio adducti non ex Basilicis, sed ex aliis iuris graeci fontibus hausti sunt, puta ex Harmenopulo, Synopsi et Ecloga libr. I—X. Basilicorum, quae tunc temporis Theodoro Hermopolitano tribuebatur, qui fontes Cuiacio vel ex Codicibus manuscriptis, quos ipse possidebat, vel ex eis, qui bibliotheca Reginae continebantur, innotuerunt[29]). Anno 1577. Cuiacius primum opera sua collecta quinque voluminibus comprehensa edidit[30]). Initio exemplaris, quod in bibliotheca magna Parisiensi servatur, folium est a Pithoeo scriptum et a Cuiacio correctum, quod ad ordinem spectat a Nivellio in libris Cuiacii typis excudendis observandum. Quo in folio continetur promissio sexti voluminis edendi versionem librorum XXXVIII—XLII. et LX. Basilicorum continentis, quae promissio referenda est ad eam, quae anno 1566. in dedicatione libri LX. facta est. Nivellius in folio 2. typis exscripto certiores reddit lectores, sextum volumen exeunte anno 1577. editum iri [31]). Sextum volumen tamen nunquam prodiit [32]), ideoque versiones Basilicorum in omnibus editionibus operum Cuiacii posterioribus desunt, ita ut ne versio quidem libri LX. anno 1566. repetita fuerit. Editio operum Cuiacii anno 1584. promulgata[33]) nil nisi additamenta quaedam continet, ex libris Basilicorum, qui Cuiacio inde ab eo tempore, quo diversos libros suos primum ediderat, usque ad annum 1584. innotuerunt, petita; quod ad reliqua attinet, est repetitio editionis anno 1577. publici iuris factae [34]), cui tamen in volumine quinto accesserunt Paratitla Codicis et observationum libri XVIII. XIX. XX., apud Nivellium anno 1579. fol. editi. Ab eo

19) Cf. literas Cuiacii die 20. mensis Iunii anni 1571. datas (manuscrit Dupuy vol. 700. no. 18.). Berriat-St.Prix l. l. Biener, Themis T. VII. p. 177 sq. Etiam in epistola dedicatoria ad Hospitalium commentario ad Digestorum titulum de verborum obligationibus praeposita Cuiacius auctor est, se libellum περὶ χρονικῶν διαστημάτων ex Codice bibliothecae Reginae edidisse. 20) Biener, Beitr. zur Revis. des Justin. Codex p. 179—191. 21) Cf. Mortreuil l. l. T. I. p. 14. et 22., qui T. II. p. 222. not. c. notat, priore loco pro anno 1556. reponendum esse annum 1562. Witte, die leges restitutae des Justin. Codex p. 53. 54. 22) Lugduni, Rouille; die 12. mensis Maii, ex privilegio die 2. mensis Decembris a. 1563. dato. 23) Scilicet ad L. 14. D. de excusat. lib. VII. Observ. cap. 19—36. lib. VIII. cap. 30. 24) Titulus operis hic est: „ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ liber LX. Quo iuris civilis tituli LXX., omnia crimina, quaeque ad illorum causas variaque iudicia ac poenas spectant, continentes, veterum graecorum iurisconsultorum Scholiis explicantur: Iacobo Cuiacio interprete. Ad ornatissimum virum Io. Iac. Cambrayum, magistrum libellorum in regio comitatu, et universitatis Biturigum Cancellarium. Lugduni ad Salamandrae apud Claudium Sennetonium. M. D. LXVI., cum privilegio regis.“ In fol. In fronte fol. 1. titulus positus est, in tergo privilegium de die 16. mensis Iunii a. 1561. et nota finis librum typis excudendi facti die 22. mensis Ianuarii a. 1566.; dedicatio ad Io. Iac. Cambrayum Biturigis X. Cal. Iun. 1565. data folia 2—4. et initium folii 5. explet; Index Titulorum explet folium 6., liber sexagesimus paginas 1—322. De repetita huius libri impressione Hanoviae 1596. facta, cuius Suaresius, Notit. Basil. §. XXXII. fecit mentionem, nihil constat. 25) Notatu dignum est, Cuiacium hoc loco librorum L—LIX. mentionem non fecisse; sed quod dicit: evolveram alios plerosque, ad hos libros est referendum, cum eo tempore Codices Basilicorum Venetiis nondum sibi comparasset. Vid. Mortreuil l. l. T. II. p. 223. not. b. 26) Cf. Savigny, Themis T. II. p. 203. Biener, Themis T. VII. p. 185. — Mortreuil l. l. T. II. p. 224. not. a. autographum Cuiacii servari dicit inter „Manuscrits Baluze, 7. armoire, 2. paquet, no. 3.“ 27) „Hi posteriores libri (XL—XLII.) subrepti fuerunt a plagiario quodam, cui commendati fuerunt.“ 28) Haec sunt: Expositio Novellarum (Epistola ad comitem Palatinum die 7. mensis Augusti a. 1569. data); Tractatus ad Africanum I—V.; Observationum libri X. XI. Lugduni (apud Sennetonium) 1570. in fol. cum privilegio die 28. mensis Aprilis a. 1570. dato. Paratitla Digestorum. Lugduni 1570. 12. — Tractatus ad Africanum VI—IX.; Epistola Cuiacii ad filium; Observationum libri XII. XIII. XIV. 1573. in fol. 29) Biener, Themis T. VII. p. 182—184. 30) Parisiis apud Sebastianum Nivellium. V Tomi in fol. 31) „Sextus tomus continet versionem aliquot librorum Basilicon, quem domino faciente edituri sumus priusquam hic annus exeat.“ 32) Cf. Berriat-Saint-Prix, Hist. de Cujas p. 471. Privilegium Regis die 24. mensis Iulii anni 1576. datum est „pour les oeuvres de Maistre Jaques de Cujas par lui revues et augmentées de plusieurs et divers traictés rédigées en certains tomes.“ Nihilosecius diversa opuscula Cuiacii, sicuti ab initio ab ipso edita fuerunt, denuo ad verbum typis exscripta sunt; inter ea tamen primum apparent consultationes et observationum libri XV. XVI. XVII. 33) Parisiis apud Nivellium. V vol. fol. 34) Cf. Savigny, Themis T. II. p. 202.

inde tempore usque ad mortem Cuiacii, qui die 4. mensis Octobris a. 1590. diem obiit supremum, prodierunt observationum libri XXI—XXIV., commentarius ad titulum de origine iuris et notae posteriores ad Institutiones apud Nivellium anno 1585. Sed haec novissima Cuiacii opera non indicant, ei praeter libros Basilicorum, quorum iam mentionem fecimus, alios eiusdem legum corporis innotuisse. Cuiacius igitur cognitionem habuit librorum I—XVIII. XX—XXX. per Codices Venetiis sibi comparatos, librorum XXXVIII—XLII. per Codicem Viglii Zuichemi, librorum XLV—LX. per Codices bibliothecae Reginae et quod ad librum LX. attinet, praeterea per Codicem a Cambraio dono acceptum. Copiam non habuit Cuiacius librorum XIX. XXXI—XXXVII. XLIII. et XLIV. Basilicorum [35]). Nihilosecius extiterunt, qui Cuiacium totum Basilicorum corpus possedisse affirmarunt et invidia et obtrectatione contra summum illum Iureconsultum moti eum accusarunt, eum Codices Basilicorum improba et iniusta ratione esse nactum. Tralatitium est, tres Basilicorum Codices, quibus totum Basilicorum corpus comprehensum fuerit, ex bibliotheca Catharinae Reginae Contio fuisse commodatos et fidei eius mandatos; Cuiacium autem post Contii obitum, cum noctu scala adscendens per fenestras in domum Contii penetrasset, omnes Codices manuscriptos ibi positos secum abstulisse. Tralatitium porro est, Cuiacium hoc modo Codicibus Basilicorum tribus ex bibliotheca Reginae potitum, usu eorum facto, eos mutilasse folia lacerando et igni tradendo, quo plagia a se commissa absconderet. Quae accusationes inde ab anno post Cuiacii obitum (obiit anno 1590.) ordiuntur. Primus eorum, qui Cuiacium totum Basilicorum corpus possedisse publice in libris suis affirmarunt, fuit Giphanius [36]). Idem anno 1622. affirmavit Broeus [37]). Iam ante Giphanium anno 1568. Claudius Chiffletius in literis ad patrem datis [38]) inter alia haec scripsit: „..... M. Cujas entre les mains duquel j'ai vu tout notre droit en grec avec les interpretations

---

35) Cf. Hoepfner, Civil. Magaz. T. II. p. 390—397., ubi omnes Basilicorum loci in observationibus Cuiacii laudati indicantur. Cuiacius librum XIX. in observationibus nusquam laudavit, licet loci Digestorum, quorum ibi mentionem fecit, in hoc libro repositi fuerint. Cf. Obs. XIII. 35. — L. 3. pr. L. 47. D. XIX. 1. Obs. II. 5. — L. 21. §. 2. D. XIX. 1. Obs. I. 10. — L. 34. D. XVIII. 1. (Obs. XXIII. 34. — L. 4. §. 1. D. XVIII. 6. Hic locus non in Basil. lib. XIX. repositus fuit, sed in lib. LIII. tit. 7. Cf. Basil. Heimb. T. V. p. 118. not. f. et p. 119. cap. 10.). Obs. XI. 10. — L. 12. D. XXI. 2. Obs. II. 20. — L. 15. D. XXI. 2. Obs. XI. 4. — L. 56. D. XXI. 2. Obs. XXVII. 35. — L. 36. D. XIX. 1. Obs. XXVI. 37. — L. 64. D. XXI. 2. Obs. XIV. 11. — L. 57. D. XVIII. 1. In nonnullis observationum locis, ubi ad graecam fragmenti cuiusdam Digestorum versionem provocatur, haud dubie Cuiacius Synopsin Basilicorum spectavit, cum loci, ad quos provocavit, in ea extent. Cf. Obs. V. 40. — Syn. p. 199. n. 13. Obs. VI. 7. — Syn. p. 200. n. 15. Obs. XVI. 24. — Syn. p. 215. n. 21. — Librum XXXI. Basilicorum Cuiacius non laudavit obs. X. 23. occasione L. 11. D. I. 6. (quae posita fuit in Basil. lib. XXXI. tit. 1. secundum Tipucitum; cf. Basil. Heimb. T. III. p. 515. not. t.); nec obs. XXIII. 39. occasione L. 2. D. XXV. 5. (quae reposita fuit in Basil. lib. XXXI. tit. 8.). — Libri XXXII. Basilicorum Cuiacius nunquam fecit mentionem; quo libro quae contenta fuerint, videbis ex Basil. Heimb. T. III. p. 525—527. et notis textui ibi subiectis. — Librum XXXIII. Basilicorum Cuiacius non laudavit ad Paulum lib. XXXV. ad edictum occasione L. 23. D. I. 7. — Libri XXXIV. Basilicorum mentionem non fecit Cuiacius obs. XXVII. 33. occasione L. 7. D. XLIX. 15. (quae Basil. lib. XXXIV. tit. 1. fuit reposita). — Librum XXXV. Basilicorum Cuiacius non allegavit ad fragmenta Digestorum in hoc libro reposita. Vide obs. XIV. 11. — L. 22. §. 5. D. XXVIII. 1. Obs. XVII. 26. — L. 45. D. XXVIII. 6. Obs. XVIII. 9. — L. 3. C. VI. 29. Obs. III. 10. — L. 17. §. 4. D. XXXVI. 1. Obs. III. 6. — L. 27. §. 6. D. XXXVI. 1. Obs. XII. 10. — L. 43. D. XXXVI. 1. Obs. II. 16. — L. 25. D. XXVIII. 7. Obs. II. 7. — L. 13. D. XXIX. 2. Obs. XVIII. 9. — L. 3. C. VI. 33. In obs. XXVI. 10. ad L. 8. C. VI. 23. ad auctores *βασιλικῶν* provocatur; locus, quem innuit Cuiacius, repositus est in Syn. p. 323. n. 7. — Libri XXXVI. Basilicorum mentio facta non est obs. XVIII. 9. ad L. 7. C. VI. 36. Quae obs. IV. 13. explicatur L. 4. D. XXIX. 5., reposita fuit in libro XXXV. tit. 16. Basilicorum. — Libri XXXVII. Basilicorum Cuiacius in comm. ad Paul. libr. ad edictum mentionem fecit nullam ad L. 12. 46. D. XXVI. 7. — Librum XLIII. Basilicorum Cuiacius non allegavit obs. I. 22. — L. 8. D. XLV. 1. Obs. XIX. 37. — L. 12. C. VIII. 38. Obs. II. 11. — L. 122. §. 1. D. XLV. 1. Obs. XXI. 14. — L. 1. §. penult. D. XLV. 1. Obs. XVI. 38. — L. 25. D. XLV. 3. — Librum XLIV. Basilicorum Cuiacius non laudavit obs. II. 7. — L. 50. D. XXX. Obs. XXV. 40. — L. 91. §. penult. D. XXX. Obs. XIV. 26. — L. 11. §. 20. D. XXXI. Obs. II. 32. — L. ult. D. XXXII. Obs. III. 9. — L. ult. §. 3. D. XXXII. Obs. XIV. 17. — L. 23. D. XXXIII. 2. Obs. I. 23. XXIII. 11. — L. 3. D. XXXIII. 3. Obs. XI. 30. — L. 8. D. XXXIII. 6. Obs. I. 27. 28. — L. 12. §. 38. L. 20. D. XXXIII. 7. Quae obs. IX. 25. X. 13. XI. 16. ex graeco textu laudantur, leguntur in Syn. lib. XLIV. tit. 4. n. 33. p. 388. Tit. 13. p. 391. Tit. 3. p. 386. n. 58. Obs. X. 17. 18. ad titulum Digestorum de auro et argento legato (XXXIV. 2.), cuius fragmenta plura laudantur (et quidem L. 4. 8. 10. 15. 18. 19. §. 12. L. 21. 23. 25. 30. 32. §. 7. L. 34. 36.). Basilica nonnisi ad L. 32. §. 7. D. h. t. et quidem verba eorum *ὁ τῶν λουτρῶν ἄργυρος* allegantur, haud dubie e Synopsi p. 393. Tit. 15. fin. Synopseos copiam habuit Cuiacius iam ante annum 1557. Nam Codicem ex quo librum LX. Basilicorum latine versum anno 1566. edidit (qui nunc est Paris. 1350) et Synopsin in epistola dedicatoria ad Cambraium commentario ad Digestorum titulum de excusationibus praemissa et mense Februario anni 1564. data enarrat, Codicem libri LX. Basil. et Synopsin a Cambraio se dono accepisse; Codicis autem libri LX. usum iam fecit in observat. lib. III. cap. 10., ubi Basil. lib. LX. tit. 54. laudavit, quem observationum librum Cuiacius anno 1557. edidit. 36) De Imperatore Iustiniano commentarius (Ingolst. 1591. 4.) p. 19. „quem ipsum (Cuiacium) accepi totum iam corpus Basilicorum nactum esse". Iam antea quidem Ziletti, Index librorum omnium iuris tam Pontificii, quam Caesarei (Venet. 1566. 4.) p. 1. b. Basilicorum totum corpus penes Cuiacium esse, uti observavit Cramer, Civil. Magaz. T. II. p. 384 sq. not. *, indicavit his verbis: „*Βασιλικῶν διατάξεων*, id est, Imperatoriarum Constitutionum libri sexaginta, in quibus continentur omnia, quae ad ius civile Rom. pertinent. Ex quibus titulos aliquot in Latinum sermonem vertit Gentianus, qui impressi circumferuntur. Reliquum opus manuscriptum Graece extat integrum apud Cuiatem Tholosanum Iurisconsultum, qui Avarici Biturigum profitetur in Duareni locum suffectus. Hos autem libros attulit in Galliam Constantinopoli D. a Cambray, qui Regis Galliae fuerat Legatus ad Solymanum Thurcarum Imperatorem." Sed Ziletti Codicem libri LX. Basilicorum, quem Cambraius Constantinopoli in Galliam allatum Cuiacio donaverat cum Synopsi, cum toto Basilicorum corpore confudit. Cf. Mortreuil l. l. T. II. p. 226. not. b. Contius in dedicatione ad Cambraium editioni Novellarum a. 1571. praemissa haec scripsit: „Utinam vero, sicuti nunc sub utraque lingua hae Novellae in lucem prodeunt, ita etiam aliquando Basilica tua cum sua ecloga et Synopsi et *παραπομπαῖς κατὰ στοιχεῖον* similiter in publicum appareant. Quod non despero fore, si virum doctissimum (quem Hugo Civil. Magaz. T. II. p. 385. Cuiacium esse merito dicit), in cuius nunc potestate sunt, rogaveris, uti hos et alios, quos habet, iis aequando sub utraque lingua edere deproperet." Designatur quidem hic liber LX. Basilicorum, quem Cuiacius a Cambraio dono acceperat, et additur, Cuiacium etiam alios (Basilicorum) libros in potestate habere, nec vero disertis verbis affirmatur, Cuiacium totum Basilicorum corpus habere. Cf. Hugo l. l. T. II. p. 385. 37) Broeus, Brevis totius iuris historiae chronologia, praemissa eiusdem Exposit. in Iustiniani Institutiones, Paris. Cramoisi 1622 §. 43. fin. nonnullos tantum libros typis esse mandatos dicit, quos Gentianus Hervetus ab Antonio Augustino acceptos in linguam latinam transtulit: „reliquos omnes", ait, „penes Iacobum Cuiacium fuisse fama est, eoque mortuo ad Petrum Fabrum, Praesidem Tolosanum pervenisse creditur." 38) Dat. „Valence le 10. Août 1568." Catalogus bibl. Caesar. Paris. no. 6069. E epitomen harum literarum exhibet sub titulo: Mémoire touchant Claude Chifflet. Cf. Mortreuil l. l. T. II. p. 227.

des antécesseurs de Constantinople." Famam communem de toto Basilicorum corpore in manibus Cuiacii constituto confirmavit Peirescius in literis die 29. m. Aprilis a. 1617. ad Aleandrum datis [39]), et Suaresius [40]) eandem tuitus est. Sed iam antea hanc communem opinionem satis refutavimus [41]). Quod ad accusationem Cuiacio factam attinet de mutilatis ab eo Basilicorum Codicibus ex bibliotheca Reginae acceptis, Fabrotus in praefatione editionis Basilicorum Cuiacium acriter defendit. Apparent quidem Codicum, qui penes Cuiacium fuerunt, excepto eo, qui librum LX. continet, diversae mutilationes, quae consulto factae videri possent; sed harum mutilationum causa et origo argumento est, Cuiacium ab eis prorsus fuisse alienum, ut taceam, ne textum quidem iis ullo damno esse affectum [42]). Incisiones et scissurae, quae in Codice Paris. 1352 (lib. I—XVIII.) apparent, a pueris factae sunt, Codice imprudentia et negligentia eorum, qui eos custodire debebant, potitis [43]). Quae in Codice Paris. 1348 (lib. XX—XXX.) apparent eiusmodi mutilationes, factae sunt ante, quam ad Cuiacium ille Codex perveniret [44]). In Codice Paris. 1345 (lib. XXXVIII—XLII.), cuius margines scholia explent, plurimae exsectiones sunt conspicuae. Haud dubie huius Codicis conditio causam dedit opprobrii Cuiacio facti de adnotationibus scholiastarum pluribus ab eo in usum vocatis ac postea deletis; sed accuratior Codicis investigatio docuit, exsectionibus partim membranas duntaxat laesas fuisse, citra damnum tamen contextus, partim contextum quidem laedi, sed nonnisi in nonnullis literis vel syllabis, easque facile restitui posse [45]). Secunda accusationis pars de Codicibus Basilicorum ad bibliothecam Catharinae Reginae pertinentibus a Cuiacio noctu ex Contii domo ablatis idoneis argumentis prorsus est destituta [46]). Cuiacius tria volumina totius Basilicorum corporis auferre nunquam potuit, cum libros I—XLIV. Basilicorum bibliotheca Reginae nunquam continuerit. Ex hac bibliotheca Cuiacius duos illos Basilicorum tomos, quibus libri XLVI—LX. continebantur, utendos accepit, quos tamen ante annum 1571. restituerat [47]); alter horum Codicum ex bibliotheca Reginae in bibliothecam magnam Parisiensem transiit, ubi est Codex graecus 1349.

IV. Cuiacio mortuo, libri Basilicorum ab Herveto et Cuiacio editi anno 1606. Hanoviae denuo recusi sunt [48]). Sunt hi libri VI. ab Herveto versi et liber LX. a Cuiacio versus. Titulus quidem libros VIII. Basilicorum indicat, hoc autem inde ortum, quod titulus editionis Hervetianae ad verbum repetitus est, cui adiecta est indicatio libri LX. a Cuiacio versi. Gothofredus praeter praefationem ab ipso scriptam nihil operae videtur contulisse. Praefatio ab eo operi praemissa continet brevem historiam originis Basilicorum eadem ratione, quam postea Suaresius adoptavit, compositam. Haec nova editio continet notas marginales et additamenta, quae in prioribus editionibus desiderantur. In fine septem paginae exhibent adnotationes, quae tam in emendationibus, quam in addendis consistunt. Praefatio harum notarum indicat, haec addenda in exemplari editionum principum in Cuiacii bibliotheca constituto, alia, quam Cuiacii manu scripta extitisse. Haud dubie hae notae originem debent promissioni a Cuiacii anno 1566. de libris ab Herveto promulgatis denuo edendis et anno 1577. de libro LX. Basilicorum recudendo factae [49]). Notae marginales ad libros XLV—XLVII. potissimum pertinent; ad eosdem pertinent correctiones in fine positae. Haec additamenta ex Codicibus Basilicorum Catharinae Reginae, qui Cuiacio inde ab anno 1562. innotuerunt, desumta sunt [50]). Libri XXVIII. et XXIX. paucas continent notas; textus graeci ratio habita est nulla, nec rubricae graeco sermone exhibitae sunt, cum Cuiacius horum librorum cognitionem anno demum 1567. nactus sit, quo tempore consilium de libris ab Herveto promulgatis denuo edendis captum iam deseruerat. Liber LX. novas adnotationes non continet; nonnullae tamen in supplemento exhibentur, cum Cuiacius huius libri textum denuo non contulerit. Dubi-

39) Hae literae leguntur in Millin, annales encyclopédiques 1817. T. I. p. 265—278. Cf. etiam: correspondance inédite de Peiresc avec Aléandre 1819. 8. p. 8. 40) Notit. Basil. §. XXXII. 41) Quaestionem de libris Basilicorum, quos revera Cuiacius novit, pluribus tractarunt et exposuerunt viri docti in n. 13. laudati, quos et Mortreuil et egomet ipse sumus secuti. 42) Fabrotus, Praefat. edit. Basil. „Absit igitur, ut eruditus aliquis tam male de Cuiacio sentiat, ut quidquam in Basilicis vel immutarit, vel exsecuerit quod male feriati homines de suo commenti sunt, ut eius famam insectarentur, quem ferre non poterant principem locum inter aetatis suae Iurisconsultos tenere. Certe quaedam in libris XXV. XXVI. et XXVII. exsecta sunt, sed textus Basilicω̃ν integer ibi est, et nulla ibidem scholia fuisse constat. Crediderim potius antequam ad Cuiacium Basilica pervenirent, vel etiam post obitum eius, hosce libros in manus puerorum incidisse, et ut pueri solent eiuscemodi chartas et membranas appetere, quaedam exsecuisse, citra damnum tamen contextus. Eius rei fidem faciunt quae in primo Tomo membranaceo manu pueri alicuius ad oram paginarum exarata sunt, pictaeque ibidem brutorum et hominum effigies." 43) Cf. Berriat-Saint-Prix, Themis T. X. p. 171. Vid. Longueville, Themis T. X. p. 175. 44) Probavit id pluribus Berriat-Saint-Prix, Themis T. X. p. 169. 170. 45) Codicem investigavit et quae in eo laesa deprehendit, restituit Longueville, Themis T. X. p. 172—209. 46) Iam Millin in notis ad literas a Peirescio ad Aleandrum datis hanc accusationis partem refutare studuit; inprimis autem Berriat-Saint-Prix, vie de Cujas §. XIII. p. 541—544. demonstravit, eam nullis idoneis niti argumentis, et Cuiacium ab eiusmodi suspicione prorsus liberavit. 47) Literae Cuiacii die 20. mensis Iunii a. 1571. datae: Manuscrits Dupuy vol. 700. no. 18. 48) Titulus hic est: „Libri VIII. *ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ ΔΙΑΤΑΞΕΩΝ*, id est, imperialium constitutionum, in quibus continetur totum Ius Civile, a Constantino Porphyrogenneta in LX libros redactum, Gentiano Herveto interprete. Accessit et liber LX., Iacobo Cuiacio interprete. In his libris IV. priores ex viri docti codice varie aucti et interpolati, ut ex notationibus opere extremo adiectis patet. Legum e iure Iustinianeo facta ubique in margine diligens indicatio. Cum praefatione CL. V. Dionysii Gothofredi, qua librorum horum ratio indicatur, explicaturque utilitas. Hanoviae. Typis Wechelianis, apud Claudium Marnium et haeredes Iohannis Aubrii. MDCVI. cum gratia et privilegio sacrae Caes. Maiestatis ad sexennium." in fol. Titulus operis et privilegium Vindobonae die 25. mensis Maii a. 1582. datum frontem et tergum folii 1. explent; praefatio Gothofredi die 27. mensis Martii a. 1606. data folia 2. et 3. explet; dedicatio Herveti ad Ioannem Morvillerium folium 4. et frontem folii 5.; index librorum 45—48. frontem folii 5. et folium 6.; libri 45—48. paginas 1—200.; index librorum 28. et 29. paginam 201.; libri 28. et 29. paginas 202—344. — Secunda pars haec continet: titulum libri LX. folio 1.; dedicationem Cuiacii ad Cambraium foliis 2. et 3.; indicem titulorum folio 4.; librum 60. paginis 1—315.; errata et addenda sequentibus septem paginis signis numerorum non distinctis. — Fabricius, Bibl. Gr. T. XII. p. 435. laudat editionem anno 1598. publici iuris factam: „libri ab Herveto minus feliciter versi, cum libro sexagesimo ex Cuiacii interpretatione, curante qui praefationem praemisit Dionysio Gothofredo. Hanov. apud Wechelos, 1598. et 1606. fol." Sed Hugo, Civil. Magaz. T. II. p. 414. hanc editionem anni 1598. merito in dubium vocavit, cum praefatio Gothofredi anno 1606. scripta prioris editionis apud eundem bibliopolam promulgatae mentionem fecerit nullam. 49) Haec est sententia Fabroti, qui in editione Basilicorum unam harum notarum (T. VI. p. 553.; p. 188. ed. Gothofr.) tanquam a Cuiacio profectam exhibet. 50) Usus Codicum Reginae factus p. 192. disertis verbis indicatur.

tari nequit, quin haec omnia Cuiacius novae editionis suscipiendae causa praeparaverit[51]).

V. Cuiacius, uti iam vidimus, versionem latinam librorum XXXVIII—XLII. ex Codice Viglii edere animum induxerat, eamque editionem praeparaverat. Labbaeus anno 1609. versionem librorum XXXVIII. et XXXIX. et indicem librorum XXXVIII—XLII., quae sola manu Cuiacii scripta supererant, edidit[52]). Haec editio novissima erat, quae Cuiacio eiusque scholae originem debebat.

Initio ergo seculi XVII. ex sexaginta Basilicorum libris nonnisi novem[53]), et quidem latine versi publici iuris facti erant[54]); textus eorum graecus hactenus erat ineditus.

VI. Cuiacio mortuo, Petrus Faber Saniorianus (Pierre du Faur de Saint-Jorry), superiori iudicio Tolosano praefectus, qui e numero discipulorum Cuiacii fuit, Codices Basilicorum ab eo relictos sibi comparavit. Apud Petrum Fabrum se eos vidisse auctor est Ianus a Costa[55]). Ipse Petrus Faber ex his in Semestribus et in commentario de Regulis iuris nonnullos Basilicorum locos laudavit. Peirescius in literis ad Aleandrum die 29. m. Aprilis a. 1617. datis certiores nos reddit de consilio quorundam de Basilicis ex Codicibus manuscriptis Cuiacii edendis eo tempore, quo hi Codices ad Petrum Fabrum eiusque heredes pertinebant[56]). Suaresius anno 1637. affirmat, secundum literas Archiepiscopi Tolosani Codices Basilicorum manuscriptos Cuiacii eo tempore penes Petri Fabri heredes adhuc fuisse[57]).

§. 2. Editio Basilicorum a Fabroto publici iuris facta.

VII. Post Peirescii mortem (1637.) Fabrotus Parisios profectus a Seguierio Cancellario Basilicorum edendorum mandatum accepit. Quem in finem ante omnia Codices Basilicorum manuscripti, qui penes Cuiacium fuerant et tunc temporis ad Petri Fabri heredes pertinebant, bibliothecae Regiae sunt comparati. Cuius rei primum mentio in literis Ioannis Friderici Gronovii ad Georgium Richterum die 5. mensis Aprilis a. 1640. datis facta est[1]); sed, uti ex usu, quem Fabrotus horum Codicum fecit, colligi potest, hi Codices bibliothecae Regiae iam anno 1638. comparati sunt[2]). Fabrotus ad opus typis excudendum praelis typographiae Regiae utebatur eique stipendium bis mille librarum annuum erat constitutum, donec finita esset editio, ab eo percipiendum[3]).

---

51) Cf. Biener, Themis T. VII. p. 170—173. Peirescius in literis ad Aleandrum die 29. mensis Aprilis a. 1617. datis (Millin, annales encyclopédiques T. I. p. 271.) certiores nos facit, penes Petrum Pithoeum fuisse exemplar editionis principis Herveti cum iisdem notis, quae Gothofredi editione continentur; hoc erat exemplum ab ipso a Cuiacii exemplari desumtum. Contio textus graecus non innotuit. 52) Titulus hic est: „ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ-LIBRI XXVIII et XXIX., quibus iuris civilis tituli XXXI., tutelas, curationes et testamenta continentes, veterum graecorum iuris consultorum Scholiis explicantur. Iac. Cuiacio I. C. interprete ex eiusdem autographo Carolus Labbaeus nunc primum edidit et recensuit. Parisiis ex officina Nivelliana apud Sebastianum Cramoisy, via Iacobaea sub ciconiis. MDCIX. cum privilegio regis.“ in fol. Titulus explet folium 1.; dedicatio ad Petrum Ianninium Lutetiae Parisiorum X. Kal. Septembr. MDCVIII. data folii 2. frontem et tergum; index titulorum, qui Basilicon libris 38. 39. 40. 41. 42. continentur et explicantur, in fronte folii 3. conspicuus est; in tergo eiusdem folii conspicitur privilegium die 20. m. Iunii a. 1608. datum; folium 4. vacuum est; liber 38. explet pag. 1—71.; liber 39. paginas 72—103. 53) Suaresius, Notit. Basil. §. XXXII. de decem libris loquitur, falso existimans, ab Herveto librum XXX. fuisse editum. 54) Scilicet libri XXVIII. XXIX. XLV. XLVI. XLVII. XLVIII. ab Herveto, liber LX. a Cuiacio, libri XXXVIII. et XXXIX. a Labbaeo secundum Cuiacium versi. Lipenius, Bibl. iurid. p. 108. laudat versionem libri LX. ab Antonio Mercatore Biturigis 1581. 4. editam; nomen Mercatoris a Cuiacio in controversia cum I. Roberto assumtum haud dubie causam huic dedit errori. Cf. Schott, Supplem. ad Bibl. iurid. Lipenii p. 38. 55) Ianus a Costa, Comm. ad Decretal. Lib. I. tit. 33. (Paris. 1676. 4.) p. 213. „In Basilicis Cuiacianis, quae hodie Tolosa possidet beneficio viri incomparabilis Petri Fabri, praesidis numquam satis laudati; in cuius quoque Bibliotheca extat ms. contextus Photii sine Scholiis Balsamonis.“ Praelect. ad L. 69. D. pro socio l. l. p. 607. „Sic enim habent Basilica, quibus olim mihi ut haberem permissum fuit, in Bibliotheca viri eruditissimi Petri Fabri, Principis senatus Tolosani.“ 56) Peirescius haec scripsit: „Après la mort du Président (d. 18. m. Maii a. 1600.) lesdits volumes avec son héritage passèrent à son fils, conseiller au Parlement de Toulouse. Celui-ci avait chez lui un jeune Allemand, assez versé dans la langue grecque, il en fit la traduction: comme il n'était pas jurisconsulte, M. Cadam, professeur en droit, revoyait la traduction et rétablissait les principaux formes de droit: mais l'ouvrage n'a pas été beaucoup avancé. Le père Fronton le Duc, ayant proposé à la Société des libraires de Paris de l'imprimer et les ayant trouvés disposés à le faire, écrivait à quelques religieux de la Compagnie à Toulouse, et de suite M. de Saint-Jorry offrit d'envoyer le manuscrit audit père Fronton, conjointement avec l'ouvrage de l'Allemand et de Cadam. Mais les derniers événements de la guerre des années 1614. et 1615. firent manquer cette affaire, et dans l'intervalle la société des libraires fut dissoute. A présent par malheur le Conseiller de Saint-Jorry est mort étouffé dans une église de Toulouse qui croula l'année passée; presque dans le même temps Cadam mourut. La veuve du Conseiller a écrit qu'elle donnerait les dix (numerus haud dubie falsus est) volumes des Basiliques pour les faire imprimer, mais sous condition que les libraires lui payeraient cinq cents écus, et qu'après l'édition faite on lui rendrait les manuscrits avec une certaine quantité d'exemplaires imprimés: ce qui n'a pas eu lieu, tant parce que les conditions étaient trop onéreuses, que parce que la Société des libraires fut dissoute.“ Cf. Millin, annales encyclopédiques T. I. p. 274. 275. Die 23. mensis Octobris a. 1617. Iacobus Gothofredus ad Peirescium scripsit: „Votorum meorum potissimum semper erit *Βασιλικῶν* editio, ad quam promovendam, quod favorem tuum absenti tam benigne defero, impensa maiore gaudeo. Faxit Deus, ut animum hunc tuum in rem summam meamque digno olim elogio prosequi valeam.“ Corresp. manuscr. de Peiresc. V. p. 122. Bibl. d'Aix. Giraud, notice sur Fabrot p. 102. not. 3. Eo enim tempore Peirescius in votis habuit Basilicorum editionem et indicavit Codices manuscriptos, qui huic inservire possent. Cf. locum literis Peirescii ad Aleandrum die 29. m. Aprilis a. 1617. datis Sect. I. §. 1. not. 6. laudatum. 57) Suaresius, Notit. Basil. §. XXXII.

1) „Libri LX. Basilicῶν, qui post Cuiacium periisse credebantur, denuo reperti sunt, ingens thesaurus iurisprudentiae et maximo pretio a rege redempti, qui Annibali Fabroto stipendium annuum eo solum fine constituit, ut iis vertendis edendisque operam daret.“ Iuliomagi Andium, Non. April. 1640. Richter, Epistolae selectae, Norimb. 1686. 4. p. 239. Fabrotus in epistola dedicatoria ad Seguierium, Lutetiae Parisiorum Kal. Novembr. a. 1646. data et Basilicorum editioni praemissa de Codicibus Basilicorum Cuiacii a Rege comparatis hoc modo loquitur: „Sed et operi vere regio post excessum Cuiacii interitus a tineis imminebat, nisi cura tua, vir illustrissime, Regi coemptum, sumptibus tuis latine conversum et publica luce donatum fuisset.“ 2) Cf. Biener, Themis T. IX. p. 326—329. Privilegium regium die 2. mensis Augusti a. 1639. datum est. 3) Beneficia in Fabrotum collata aequalium invidiam et obtrectationem excitarunt, cuius varia testimonia extant. Sarravius in literis ad Alexandrum Morum die 26. mensis Decembris a. 1639. datis (Gudii et Sarravii epistolae, curante P. Burmanno. Ultraiect. 1697. 4. p. 19.) haec scripsit. „Pergit Fabrotus in legendis et explicandis Basilicis, quae post vicennalia sinat mature demum proditura.“ Idem in literis ad Vincentium Fabricium die 3. mensis Novembr. a. 1640. datis (Burmann. l. l. p. 35.) haec scripsit: „De Basilicis paene sum oblitus. Fabroto, cui ista demandata est provincia, annuum honorarium II M. librarum pronunciata sunt; ne opere perfecto regia liberalitas cesset, aut saltem frigeat, non calet negotium. Lente itaque festinat, nec ante quatuor aut quinque annos aliquid inde spectandum.“ Mox autem Fabrotus diligentia ac sedulitate sua obtrectatoribus imposuit silentium. Sic Sarravius in literis ad Alexandrum Morum Idib. Ian. 1642. (Bur-

Codices Basilicorum penes Cuiacium quatuor fuerunt, primus librorum I—XVIII. (Cod. Paris. 1352), secundus librorum XX—XXX. (Cod. Paris. 1348), uterque Venetiis comparatus, tertius librorum XXXVIII—XLII. (Cod. Paris. 1345), qui olim Viglii fuit, quartus libri LX., quem Cuiacius a Cambraio dono acceperat (Cod. Paris. 1350). Bibliotheca Regia iamdiu continebat Codicem Catharinae Reg. libros XLV—XLVIII. continentem (Cod. Paris. 1349). Codicibus Basilicorum, qui Cuiacii fuerant, acquisitis Dupuy, Regiae bibliothecae custos, indicem librorum Basilicorum in Codicibus bibliothecae conservatorum confecit[4]), cuius summa haec est: „Il ne nous est parvenu que quarante-un livres des Basiliques; il en a péri les livres 19. 31 à 37. 43. et 44. 49 à 59.“ [5]). Nota errorem in numero librorum a Fabroto repetitum; nam pro quarante-un dicendum erat trente-neuf. Praeter Codices Basilicorum bibliotheca Regia comprehensos Fabrotus nonnisi Codicem Ribierii (Cod. Paris. 1354) ad manus habuit, libros XXVIII. et XXIX. XLV—XLVIII. continentem, quorum duo priores novas lectiones Codicibus Cuiacii suppeditabant. Quibus subsidiis instructus Fabrotus edendorum Basilicorum opus suscepit. Initium operis typis excudendi anno 1641. factum est. Res coepta tam celeriter continuata est, ut Fabrotus in praefatione scripserit, se saepe duobus praelis simul currentibus versionem confecisse. Labore per sexennium continuato die 15. mensis Decembris a. 1646. Basilicorum editio ad finem perducta Parisiis septem tomis in folio anno 1647. prodiit[6]). Fabrotus Codicibus manuscriptis, quantum ad viginti libros Basilicorum cum uno, prorsus caruit; et quod ad reliquos attinet libros, Codices saepe mutili fuerunt.

Librorum a Fabroto editorum numerum definire viri docti studuerunt[7]), nec vero in eo convenerunt. Sic Reitzius et Meermanus in hoc dissentiunt[8]). Hoepfnerus, qui sigillatim perscrutatus est, quos libros genuinos Fabrotus ediderit[9]), ad hanc pervenit sententiam: Si Codex Paris. 1352 inter eos Codices, qui genuinum Basilicorum textum continent, numeratur, Fabrotus edidit libros XXXIV. integros Basilicorum, nempe libros I. III. IV—XV. XX—XXIX. XXXVIII—XLII. XLV—XLVIII. LX.; libros quinque genuinos sed mutilos, cum folia nonnulla in Codicibus perierint, scilicet libros II. XVI. XVII. XVIII. XXX. Quod ad reliquos viginti libros cum uno attinet, videlicet XIX. XXXI—XXXVII. XLIII. XLIV. XLIX—LIX., Fabrotus copiam Codicum manuscriptorum habuit nullam, quam ob rem hos libros aliis ex fontibus restituit. Cui sententiae Hugo accessit[10]), et nonnisi in eo discessit, quod librum VI. mutilum esse arbitratur. Ac revera titulorum XXXV. libri VI. Fabrotus undecim duntaxat edidit, cum titulorum VIII—XVIII. XXIII—XXXV. inscriptiones tantum exhibuerit. Quae in libris mutilis a Fabroto editis desunt, haec sunt. In libro II. desiderantur fragmenta tituli Digestorum de verborum significatione inde a L. 57. usque ad L. 145. tituli Digestorum de regulis iuris sive capp. 54. et reliqua usque ad finem tituli 2. et capp. 1—145. tituli 3.[11]). In libro XVI. desiderantur cap. 36. th. 3. capp. 37—62. tituli 1. (L. 36. §. 2. L. 37—62. §. 1. D. de usufructu)[12]). In fine libri XVI. et initio libri XVII. desiderantur cap. 9. th. 4. usque ad cap. 13. tituli 9. libri XVI. (L. 9. §. 3. L. 10. 11. D. usufructuarius quemadmodum caveat. L. 1. 2. 3. C. per quas personas nobis acquiritur) et capp. 1—6. th. 10. tituli 1. libri XVII. (L. 1—6. §. 9. D. de negotiis gestis)[13]). Denique in libro XVIII. desiderantur L. 5—13. C. quod cum eo, qui in aliena potestate, tituli 5. 6. libri 14. Digestorum et totius libri 15. eorundem, quo liber XVIII. Basilicorum finiebatur[14]). Libri XXX. Fabrotus nihil praeter capp. 1—7. th. 1—5. tituli 1. sive L. 1—7. D. de donationibus inter virum et uxorem exhibet, cum Codicis Paris. 1348 ultima folia perierint[15]). Denique Fabrotus folium 117. Codicis Paris. 1348 describere, edere et latine vertere neglexit, quo cap. 9. th. 5. tituli 1. libri XXIII. Basilicorum cum scholiis continebantur[16]). Mea sententia haec est. Licet Codex Paris. 1352 iis Codicibus adnumerandus sit, qui textum Basilicorum continent, textus tamen, qui in eo exhibetur, in brevius redactus est, modo praetermissis multis locis atque adeo titulis, qui in Basilicis extiterunt, modo epitomis in locum genuini textus subrogatis. Quod apparet ex huius Codicis cum Codice Coisliniano 151 collatione. Codicis Coisliniani 151 integritatem quamvis quidam suspectam dixerint, assentiri tamen his nullo modo possum ex causis supra, cum de hoc Codice sermo esset, redditis[17]), et hunc Codicem Codici Paris. 1352 longe censeo anteponendum. Codicem Coislinianum 151 si spectaveris, etiam libri I. III. IV. V. Basilicorum ad eos pertinent, quos Fabrotus integros non edidit. Nam quod ad librum I. attinet, alii Basilicorum loci, qui in Codice Coisliniano habentur, in Fabrotiana editione praetermissi sunt[18]), alii, qui in illo Codice integri habentur, pro parte nonnisi editi[19]). Libri III. Fabrotus duos duntaxat titulos edidit, cum Codex Coislinianus quatuor titulos praestet. Qui in hoc Codice est quartus titulus, Novellae 57. prooemium continens, in Fabroti editione est secundus; qui in Codice Coisliniano sunt tituli II. et III., quorum alter Novellae 3. cap. 1—3., alter Novellae 18. prooemium, LL. 1. 2. 3. 6. 11. 27. 33. 50. C. I. 3. L. 1. C. I. 5. continet, a Fabroto omissi sunt. Praeterea in titulo I. plures

mann. l. l. p. 40.): „Fervet praelum in excudendis Basilicis Fabroti.“ Idem in literis ad Gronovium Idib. Mart. 1643. (Burmann. l. l. p. 47.): „In Basilicis Latio donandis totus est Fabrotus: priore volumine absoluto, in altero pergit, aliaque suo ordine exequetur.“ Cf. Giraud, notice sur Fabrot. p. 105. 106. 4) Manuscrit Dupuy, vol. 691. 5) Cf. Berriat-Saint-Prix, Themis T. X. p. 166. 6) Titulus hic est: „*ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Ξ. ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ* Libri LX in VII Tomos divisi. Carolus Annibal Fabrotus Antecessorum Aquisextiensium Decanus Latine vertit, et Graece edidit ex Bibliotheca Regis Christianissimi. Parisiis. Sumtibus Sebastiani Cramoisy Architypographi Regis et Reginae Regentis, et Gabrielis Cramoisy, via Iacobaea, sub Ciconiis. MDCXLVII. cum privilegio Regis.“ VII tomi fol. 7) Assemani, Bibl. iur. orient. lib. II. cap. 16. p. 317—377. accuratam editionis Fabrotianae epitomen dedit. 8) Reitz, Epist. ad Ger. Meerman. in Addendis ad Praefat. T. II. Thes. Meerman. Ger. Meerman. Praefat. T. II. Thes. iur. civ. et canon. et in Addendis ad hanc Praefat. T. VII. Thes. 9) Hoepfner, Civil. Magaz. T. II. p. 400. 10) Hugo, Civil. Magaz. T. II. p. 401. 11) Auctore Fabroto Basil. T. I. p. 48. in Codice Paris. 1352 unum periit folium; plura autem excidisse folia docet ingens fragmentorum, quae desiderantur, numerus. 12) In Codice Paris. 1352 hoc loco unum excidit folium secundum Fabr. T. I. p. 260. 13) Auctore Fabroto T. II. p. 304. 306. hic unum folium in Codice Paris. 1352 periit. 14) Auctore Fabroto T. II. p. 358. hoc loco plura Codicis Paris. 1352 folia perierunt. 15) Cf. Fabr. Basil. T. IV. p. 379. 16) Cf. Basil. Heimb. T. II. praefat X. XI. et p. 599. 600. 17) Cf. supra Sect. I. §. 2. sub num. I. 18) Cf. Sect. I. §. 2. not. 35. 19) Cf. Sect. I. §. 2. not. 36.

Basilicorum loci, qui in Codice Coisliniano integri exhibentur, a Fabroto pro parte duntaxat editi sunt [20]). Libri IV. tituli I. nonnullos locos, qui in Codice Coisliniano integri habentur, Fabrotus pro parte tantum edidit [21]). In libri V. titulo II. in locum textus genuini Novellarum in Codice Coisliniano exhibiti nonnunquam summaria ex Theodori Breviario Novellarum desumta a Fabroto edita sunt, veluti Nov. 120. cap. 1. 10. 12. Idem in titulo III. factum est ratione Nov. 131. cap. 13. pro parte et cap. 15. Etiam liber VI. praeter lacunas, quae inde a titulis VIII—XVIII. XXIII—XXXV. in editione Fabrotiana conspiciuntur, in aliis titulis mutilus a Fabroto editus est, cum multi loci, qui Codice Coisliniano continentur, in Fabroti editione sint praetermissi [22]). Quae omnia ex Codicis Parisiensis 1352, ex quo Fabrotus hos libros edidit, indole et conditione explicanda sunt. Denique Fabrotus, Cuiacii exemplum secutus, scholia marginalia libri LX., quae magnam partem Hagiotheodoritae debentur, integra non edidit [23]).

Restitutio textus a Fabroto tentata vel ad libros Basilicorum pertinet, quorum Codicibus manuscriptis prorsus caruit, vel ad explendas lacunas, quae in libris magnam partem in Codicibus manuscriptis servatis deprehendebantur. Fabrotus ipse professus est, se ad textum restituendum adhibuisse Synopsin Basilicorum, Theodorum Hermopolitam (Eclogam libror. I—X. Basilicorum), Harmenopulum et Cuiacii commentarium ad tres postremos Codicis Iustinianei libros [24]). Praeterea etiam Pseudo-Eustathii libellum περὶ χρονικῶν διαστημάτων in usum vocavit. Synopsin adhibuit a Leunclavio editam, Codices manuscriptos Synopseos [25]) et observationes et emendationes ad Synopsin a Labbaeo editas. Theodoro Hermopolita sive Ecloga libror. I—X. Basilicorum usus potissimum est ad lacunas in titulis II. et III. libri II. explendas, in usum vocatis Codicibus manuscriptis bibliothecae Regiae, quibus illud opus continebatur [26]). Scholia Basilicorum, quibus continentur saepius loci ex Basilicis laudati, libris XLIII. et XLIV. restituendis potissimum inservierunt. Cuiacii commentarius ad tres postremos Codicis Iustinianei libros plures constitutiones praestitit, quae libris LIV—LVII. Basilicorum continebantur [27]). Etiam Cuiacii observationes ad eiusmodi restitutiones Fabrotus adhibuit [28]). Valde in eo reprehendendus est Fabrotus, quod non indicaverit fontes, ex quibus singulum quemque locum ab ipso restitutum hauserit: quod si fecisset, posteriores Iureconsulti multis et taediosis laboribus supersedere potuissent in eo consumendis, ut hos fontes investigarent et indicarent: quos licet plerumque invenerint, non tamen semper iis contigit [29]).

Ceterum merito Fabroto obiicitur, eum in opere perficiendo nimis festinasse ideoque saepius valde negligenter esse versatum [30]). Nihilosecius admirabilis est illius diligentia et assiduitas, qui tam brevi tempore opus tam ingens perfecit. Nec silentio praetereundum est, Fabrotum opus suscepisse a nemine antea praeparatum, modo excipiamus eos Basilicorum libros, quos Cuiacius iam latine verterat et ediderat. Ac si reputamus, eodem, quo Basilica edidit tempore, Fabrotum etiam aliis laboribus fuisse occupatum, necesse est hominis assiduitatem admiremur. Fabrotus ipse bene intellexit, quae Basilicorum editioni deessent; nam in praefatione scripsit, se in editione repetita, quae primae deessent, esse emendaturum [31]).

§. 3. Studia recentiorum circa Basilica post editionem Fabroti et ante editionem nostram.

VIII. Centum et quod excurrit anni praeterierunt ante, quam post Fabrotum denuo quis studiorum circa Basilica documentum ediderit. A seculo inde XVIII. medio Guilielmus Otto Reitzius post Fabrotum primus inter recentiores his studiis operam navavit. Celeberrimae editioni paraphrasis Institutionum Theophili appendicem adiecit, fragmenta graeca titulorum Digestorum de verborum significatione et de regulis iuris continentem, qui Digestorum tituli Basilicorum

---

20) Cf. Sect. I. §. 2. not. 36. 21) Cf. Sect. I. §. 2. not. 36. 22) Locos libri VI. in Codice Coisliniano exhibitos in Codice Parisiensi 1352 vero praetermissos ideoque neque in Fabroti editione extantes designavi supra Sect. I. §. 2. not. 35. 23) Cf. Heidelb. Jahrb. 1835. p. 1077 sq. 24) Fabrotus in praefat. Basil.: „Hoc autem pulcherrimi operis vulnus et dehonestamentum quantum fieri potuit sanavimus, et vel ex Synopsi Basilicῶn tam edita quam manu exarata, vel ex Theodoro Hermopolita nondum publica luce donato, vel Constantino Harmenopulo cum Regiis Codicibus collato, vel ex glossis Basilicῶn, vel denique ex commentariis praestantissimis Cuiacii in libros tres posteriores Codicis, quae deerant in libris Bibliothecae regiae, supplevimus." T. IV. ed. Basil. p. 739. „Hactenus exemplar regium (1348.); caetera quae deerant usque ad lib. 38. supplevimus tam ex Synopsi Bas. collata cum manuscriptis, quam ex Graecis interpretibus et Harm." T. II. p. 358. „Sequentia deerant in regio Codice (1352) usque ad lib. 20, supplevimus autem ex Synopsi cum manuscriptis collata." 25) Inprimis Codicem Petavii. Cf. Fabr. ed. Basil. T. IV. p. 767. T. V. p. 760. 26) Fabrotus ed. Basil. T. I. p. 48. „Deest folium in regio Codice, quod continebat reliqua huius tituli (II.) de Verborum significat. et tit. de Regulis iuris usque ad legem 145., quae ex graecorum commentariis quantum potuit supplevimus." Fabrotus loquitur quidem de graecorum commentariis, non specialiter de Theodoro Hermopolita; hoc autem eum potissimum ad explendam lacunam fuisse usum demonstrant notae utrique titulo in mea editione subiectae. Haud dubie ex Theodoro a Fabroto restitutae sunt L. 66. 73. 74. 79. 83. 86. 89. §. 1. L. 90. 99. 130. 144. 168. 170. 174. 178. 187. 189. 195. §. ult. L. 196. 199. 202. 204. 206. 208. 213. pr. 215. 217. §. 1. L. 219. 220. 226. 229. 230. 231. 234. 244. D. L. 16. et L. 12. 19. §. 1. L. 20. 23. 28. 38. 39. 41. pr. L. 48. 49. 50. 53. 70. 73. §. 1. 2. 3. L. 83. 85. §. 2. L. 89. 92. 94. 99. 102. 103. 111. §. 1. L. 117. 125. 144. §. 1. D. L. 17. 27) Hae constitutiones sunt: Lib. X. Codicis: L. 11. C. de iure fisci — Basil. LVI. 2. L. 7. C. de fide hastae fiscalis — Basil. LVI. 6. L. 7. 8. C. de delatoribus — Basil. LVI. 7. L. 1. 13. C. de annonis — Basil. LVI. 8. L. 9. C. de exactoribus — Basil. LVI. 8. L. 2. 3. C. ut nemini liceat — Basil. LVI. 9. L. 4. C. de discussoribus — Basil. LVI. 10. L. 1. C. quibus muneribus excusantur — Basil. LIV. 7. Lib. XI. Codicis: L. 1. 2. C. de lustralis auri collatione — Basil. LVI. 12. L. 16. C. de murilegulis — Basil. LIV. 16. L. 18. C. de agricolis — Basil. LV. 1. L. 2. C. ut nemo ad suum patrocinium — Basil. LVI. 13. Lib. XII. Codicis: L. 8. C. qui militare possunt — Basil. LVII. 1. L. 18. 19. C. de erogatione militaris annonae — Basil. LVII. 4. L. 12. C. de metatis — Basil. LVII. 5. L. 3. C. de filiis officialium — Basil. LVII. 7. L. 7. C. de executoribus — Basil. LVI. 17. L. 2. C. publicae laetitiae — Basil. LVI. 17. 28) Cf. Biener, Themis T. IX. p. 332. 29) Egomet ipse in fontibus, unde Fabrotus locos restitutos hauserit, investigandis et indicandis multum laborem consumsi. Idem in titulo III. libri II. Basilicorum fecit Wittius. 30) Nonnulli viri docti Fabroti textum recensuerunt et emendarant, veluti Iensius, librorum Basilicorum ulterior notitia (praemissa Strictoris ad Romani iuris Pandectas et Codicem. Lugd.-Bat. 1764. 4.). Hoffmann, Meletematum academicorum ad Pandectas semestria duo. Francof. ad Viadr. 1735. 4. Reitz Basilicorum libri quatuor. Praefat. Thes. Meerm. T. V. p. IV. 31) „Si tamen vita suppeditabit, et nobis Deus hoc otium fecerit, in editione repetita, si quae forte ex vitio properantiae admissa sunt, emendabimus, et fortasse non erit, cur diligentiam nostram quisquam desideret." Cf. Giraud, Notice sur Fabrot. p. 106. 107.

libri II. titulum II. et III. efficiunt. Iam Dionysius Gothofredus hos titulos suae Theophili editioni adiecerat[1]), quorum fragmenta graeca ex Synopsi Basilicorum, Theophilo et Harmenopulo collegerat, textu Digestorum iis adiuncto. Dionysii Gothofredi exemplum secutus Fabrotus in prima editione Theophili anno 1638. publici iuris facta utrumque titulum restituit „e libris Basilicῶν manuscriptis[2]), Theodoro Hermopolita et Michaele Attaliata, manu etiam exaratis“ [3]). Sed Reitzius textum utriusque tituli praestitit longe emendatiorem, cum Synopsin, Glossas nomicas, Harmenopuli Promtuarium, textus a Gothofredo et Fabroto exhibitos et praeterea Basilica a prioribus duobus editoribus neglecta in usum vocaverit. Editio Reitzii[4]) primum erat documentum operae a Germanis Basilicorum studio navatae. Reitzius tamen Codicis Coisliniani 151, qui lacunam Codicis Parisiensis 1352 explet et varias praestat lectiones, usum fecit nullum.

IX. Dav. Ruhnkenius in bibliotheca Lugduno-Batava apographum libri VIII. Basilicorum secundum Codicem Escorialensem factum invenit. De ratione, quae huic apographo cum alio, quod penes Haenelium V. Cel. est, a nobis Codice Haeneliano dicto intercedat, supra disseruimus, cum de Codicibus manuscriptis Basilicorum sermo esset[5]). Apographum a Ruhnkenio inventum continet librum VIII. Basilicorum in duos titulos divisum, quorum prior Digestorum titulum de postulando (III. 1.) et Codicis titulos de postulando (II. 6.), de advocatis diversorum iudiciorum (II. 7.), in editionibus in duos titulos distinctum, quorum prior de advocatis diversorum iudiciorum, posterior de advocatis diversorum iudicum inscriptus est (II. 7. 8.), de advocatis fisci (II. 8. in editt. 9.), de errore advocatorum vel libellos vel preces concipientium (II. 9. in editt. 10.), ut quae desunt advocatis partium, iudex suppleat (II. 10. in editt. 11.), posterior titulos Digestorum et Codicis de procuratoribus et defensoribus (Dig. III. 3. Cod. II. 12. in editt. 13.) et Digestorum titulum quod cuiuscunque universitatis nomine vel contra eam agatur (Dig. III. 4.) cum scholiis ex commentariis Iureconsultorum graecorum seculi VI. excerptis et brevioribus adnotationibus, quae in ipso Codice σχόλια vocantur, comprehendit. Ruhnkenius, a pluribus viris doctis, inprimis Gerlaco Scheltinga, cuius opem sibi praestitam ipse laudibus extulit[6]), adiutus, textum hoc apographo comprehensum cum latina versione et adnotationibus tam criticis quam exegeticis anno 1752. edidit, in duas partes divisum in Thesauro iuris Meermaniano[7]); postea utrumque titulum anno 1765. in supplemento editionis Basilicorum Fabroti[8]).

X. Supra, cum de Codicibus Basilicorum manuscriptis sermo esset, dictum est, in Bibliotheca Colbertina extitisse Codicem num. 3224. signatum, libros XLVI—LII. continentem, postea in Bibliothecam Regiam Parisiensem translatum, in qua etiamnunc num. 1357. signatus extat[9]). Fabroto hic Codex non innotuerat; libros enim XLVI—XLVIII. edidit ex Codice Parisiensi 1349, qui olim fuit Catharinae Reginae, et libros XLIX—LII. aliis ex fontibus restituit[10]). Apographum librorum XLVI—LII. ex hoc Codice Bynkershoeckius dono iuvenis cuiusdam nobilis primus nactus est[11]). Gerardus Meermanus, qui Thesaurum iuris ab ipso editum prima horum librorum editione exornare cupiebat, hoc apographum frustra quaesivit. Cum anno 1747. Parisiis commoraretur, a Sallierio (Sallier), tunc temporis bibliothecae Regiae custode, veniam Codicis denuo describendi nactus est. Codicis apographum fidum et accuratum Ioannes Capperonerius (Capperonier), linguae graecae professor, confecit[12]) et die VI. mensis Novembris a. 1751. perfecit[13]). Meermanus apographum mense Ianuario a. 1752. nactus[14]), Reitzio, editori Theophili, librorum XLIX—LII. edendorum curam demandavit. Reitzius demandatum sibi laborem eodem anno exeunte perfecit. Editio librorum dictorum in tomo V. Thesauri Meermaniani et in supplemento editionis Basilicorum Fabroti[15]) extat. Vulgo creditur, titulo quamvis indicentur libri quatuor, tamen nonnisi tres libros integros (XLIX. L. LI.), et

---

1) Haec editio prodiit Genevae. 1587. 4. 2) Hoc est, ut Mortreuil T. II. p. 242. recte observavit, ex Synopsi Basilicorum; eo enim tempore Fabroto Codex Parisiensis 1352, quo libri I—XVIII. Basilicorum continentur, nondum innotuit. 3) Editio Fabroti tamen plura non continet, quam Gothofredi editio. Cf. Reitz, Theophil. T. II. p. 960. 961. Biener, Themis T. IX. p. 328. 329. 345. Fabroto Codices manuscripti Basilicorum ex eo demum tempore innotuerunt, ex quo Codices Basilicorum, qui penes Cuiacium fuerant, bibliothecae Regiae fuerunt comparati, quod paulo post Theophilum ab eo editum factum est. Titulos ergo de verborum significatione et de regulis iuris ex Basilicis exhibuit nonnisi in sua Basilicorum editione; lacunam, quae in Codice Parisiensi 1352 deprehenditur, ex his titulis Theophili editioni adiectis supplevit. Eosdem titulos secundum editionem Basilicorum Fabroti exhibuit Wissenbach ad Pandectas et Instituta (Franequerae 1660. 1683. 4.) sub hoc titulo: „Ad duos postremos Pandectarum titulos graeca versio ex Basilicôn epitome. 4) Fragmenta utriusque tituli editioni Theophili sub hoc titulo sunt adiecta: „Fragmenta graeca titulorum de verborum significatione et regulis iuris: ex graecis auctoribus hinc inde collecta, studio D. Gothofredi et C. A. Fabroti, nec non G. O. Reitzii, qui novam versionem, variantes lectiones, suasque et aliorum notulas addidit.“ Theophil. ed. Reitz. 1751. T. II. p. 958—1022. 5) Cf. Sect. I. §. 2. sub num. III. 6) Praefat. ad edit. lib. VIII. tit. de postulando: „Atque hoc loco publice gratias ago Viro eximio, Gerlaco Scheltinga, qui summam, qua excellit, Iurisperitiam Graecis Latinisque literis mirifice exornat, mihique se adeo facilem atque indulgentem praebuit, ut non solum singulas plagulas mecum relegeret, sed et plura implicata et corrupta expediret.“ 7) „Thalelaei, Theodori, Stephani, Cyrilli aliorumque Ictorum Graecorum commentarii in tit. D. et Cod. de Postulando sive de advocatis. Ex Codice ms. Bibliothecae Lugduno-Batavae nunc primum edidit, Latine vertit et castigavit David Ruhnkenius.“ p. 1—44. T. III. Thes. Meerm. „Thalelaei, Theodori, Stephani, Cyrilli aliorumque Ictorum Graecorum commentarii in tit. D. et Cod. de Procuratoribus et Defensoribus. Ex Codice ms. Bibliothecae Lugduno-Batavae nunc primum edidit, Latine vertit et castigavit David Ruhnkenius.“ p. 1—84. T. V. Thes. Meerm. 1752. 8) „Operis Basilici Fabrotiani supplementum. Lugduni-Batavorum. 1765.“ Fol. 9) Cf. Sect. I. §. 2. sub num. X. 10) Fabrotus edit. Basil. T. VI. p. 585. „In Reg. Ms. desiderantur Libri XI. (XLIX—LIX.) quos supplevimus ex Synopsi et Observatione Cuiacii et Commentariis eiusdem ad Libros III. posteriores Codicis.“ Cuiacii tamen commentarius ad libros tres posteriores Codicis ad libros XLIX—LII. Basilicorum restituendos nihil confert. Fabrotus adhibuit Synopsin et Cuiacii observationes. 11) Cf. Heineccius, Antiquit. Roman. §. XXXVIII. 12) Cf. Meermani praef. die 17. mensis Augusti a. 1751. data. T. II. Thes. Meerm. 13) Vid. Thes. Meerm. T. V. p. 104. 14) Cf. Thes. Meerm. Praefat. Reitzii p. III. 15) Titulus hic est: „Basilicorum libri quatuor IL. L. LI. LII. Ex Codice manuscripto Regiae Bibliothecae Parisiensis nunc primum integre editi. Latine vertit, variantes lectiones collegit, notasque criticas ac iuridicas, tam aliorum quam suas, addidit Guil. Otto Reitz, Ictus.“ Thes. Meerm. T. V. paginae VIII. et 1—104. et in: Operis Basilici Fabrotiani supplementum. Lugd.-Bat. 1765. Fol.

quarti (LII.) primum duntaxat titulum, quartum librum ergo mutilum, esse editos[16]). Sed liber LII. unum nonnisi titulum continuit inscriptum: *περὶ ἐνοχῶν καὶ ἀγωγῶν*[17]).

XI. Codicum Coislinianorum 151 et 152, qui Fabroto non innotuerant, recentiori tempore viri docti habuerunt rationem. Montfaucon, qui in catalogo bibliothecae Coislinianae eos descripserat, ex Codice Coisliniano 151 textum graecum Novellarum duodecim (Nov. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 31. 102. 30. 103. 15. 134.), quae libri VI. titulos 8—19. efficiunt, a se descriptum Brenkmanno communicavit. Horum titulorum nonnisi inscriptiones Fabrotus ex Codice Paris. 1352 dederat, excepto titulo 19., cuius partem duntaxat ediderat (Nov. 134. cap. 1. 9. 12. 13.). Cum apographum Brenkmanno communicatum nihil nisi Novellas contineret, usus eius ad supplendam libri VI. Basilicorum lacunam, quae in editione Fabrotiana extat, factus est nullus; imo Brenkmannus illud Hombergkio zu Vach communicavit, qui in notis ad versionem Novellarum ab ipso editam anno 1717. eo usus est[18]). Apographum illud ad d'Orvillium pervenit[19]) et in bibliotheca Bodleiana etiamnunc extat[20]). — Anno huius seculi duodecimo ephemeridibus traditum est, Pilatum, Heisium et Hudtwalkerum consilium cepisse libri II. Basilicorum, vel saltem titulorum 2. et 3. eiusdem ex Codice Coisliniano edendorum[21]). Nec vero perfectum est hoc consilium et apographum a Pilato confectum ad Heisium pervenit[22]), qui usum eius fecit nullum. Postea Iunkerus eundem Codicem exploravit[23]), nec tamen ab eo quidquam editum est. — Anno huius seculi vicesimo sexto Codex Coislinianus 151 primum ad supplenda Basilica a Fabroto edita adhibitus est; eo enim anno Wittius titulum 3. libri II. Basilicorum integrum ex eo edidit[24]). Titulus *περὶ διαφόρων κανόνων ἀρχαίου δικαίου*, de diversis regulis iuris antiqui a Fabroto editus inde a cap. 145. praestat textum genuinum, cum capita 1—144. in Codice Parisiensi 1352 non extent, quippe qui iactura plurium foliorum hoc loco habeat lacunam[25]). Hanc lacunam Wittius ex Codice Coisliniano 151 explevit, ex quo priorum 144 huius tituli capitum genuinum edidit textum. Praeterea varias utriusque Codicis lectiones inde a capite 145. notavit, et quod ad praecedentia capita attinet, quae Fabrotus variis ex fontibus restituere conatus erat, fontes, ex quibus Fabrotus hausit, diligenter indicavit, restitutionis huius tituli a Dionysio Gothofredo ante Fabrotum et a Reitzio post Fabrotum susceptae ratione habita. — Anno 1828. egomet ipse utilitatem Basilicorum in emendando librorum iuris Iustinianei textu demonstrare studui, libris quinque prioribus Basilicorum secundum editionem Fabrotianam cum locis librorum iuris Iustinianei congruis collatis. In libello hac de re scripto[26]) indicavi nonnullos Basilicorum locos in Fabroti editione conspicuos, ex Codice Parisiensi 1352 desumtos[27]), qui restitutioni constitutionum Codicis deperditarum inservire possent[28]). Anno 1832. viginti duarum constitutionum Codicis deperditarum partim textum genuinum graecum, partim epitomas ex Codice Coisliniano 151 edidi[29]). Anno denique 1845. epitomen L. un. C. de incertis personis VI. 48., quae in Paratitlis Basilicorum lib. XLIV. tit. 18. extat, edidi et commentario instruxi[30]).

XII. Anno 1828. Pardessus in libro, qui inscribitur: Collection des lois maritimes, librum LIII. Basilicorum deperditum, quo ius maritimum Orientis continebatur, variis ex fontibus restituit[31]). Modus restituendi ab eo observatus diversus est ab eo, quem Reitzius et egomet ipse observavimus. Nam cum Reitzius et ego varios fontes, qui fragmenta textus continent, coniunxerimus, Pardessus singulos fontes, quatenus ius maritimum et navale continent, separavit. Sic primo loco titulos Synopseos Basilicorum e libro LIII. Basilicorum desum-

---

16) Biener, Civil. Magaz. T. VI. p. 60. Mortreuil T. II. p. 245. 17) Qua de re pluribus egi supra Sect. I. §. 2. sub num. X. 18) Prodiit haec Marburgi 1717. 4. Cf. literae a Brenkmanno ad Hombergkium anno 1713. et 1714. datae in: Zepernick, Delectus scriptorum Novellas Iustiniani imperatoris earumque historiam illustrantium (Hal. 1783. 8.) p. 260—264. Biener, Gesch. der Novellen p. 152—154. 421. 422. 573. 574. et Themis T. IX. p. 351. 352. 19) Cf. literae Ruhnkenii anno 1748. datae, in Miscellaneis criticis edid. Fridemann V. 1. p. 11. 344. 20) Codex d'Orvillianus X. 1. 3. 3. Cf. Zachariae de L. Prochir. p. 336. 21) Leipz. Lit.-Zeitung 1812. num. 197. Cf. Hugo, Lehrb. der Gesch. des roem. Rechts §. 385. not. 2. ed. 5. Haubold, Man. Basil. p. 327. not. *** Themis T. I. p. 208. 22) Cf. Pardessus, Collection de lois maritimes T. I. p. 157. Schrader, Prodromus Corp. iur. civ. p. 8. 23) Cf. Hugo, Civil. Magaz. T. III. p. 248. 249. not. *. 24) Titulus hic est: „Basilicorum titulus de diversis regulis iuris antiqui nunc demum integer e Codice Coisliniano ed. Carol. Witte. Vratislaviae 1826. 4. pag. XXVI. et 46.“ 25) Cf. Fabrotus, Basil. ed. T. I. p. 48. Fabrotus notavit, unum excidisse in Codice Paris. 1352 folium; in quo tamen erravit. Cf. Sect. I. §. 2. sub num. II. 26) Heimbach, Progr. Basilicorum cum iure Iustinianeo collatorum Specimen I. Ienae 1828. 8. 27) Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. II. p. 247. not. a. scripsit, me harum constitutionum deperditarum textum ex Codice Coisliniano 151 hausisse. In quo tamen erravit, cum Codicis huius anno 1831. demum habuerim copiam, postquam b. frater eum paulo ante contulerat ac pro parte descripserat. 28) Constitutiones deperditae, quarum textum ex Basilicis Fabroti indicavi, hae sunt. L. 11. C. I. 5. — Basil. Fabr. I. 1. cap. 27. L. 16. C. I. 5. — Basil. Fabr. I. 1. cap. 29. L. 20. C. I. 5. — Basil. Fabr. I. 1. cap. 30. L. 9. C. I. 11. — Basil. Fabr. I. 1. cap. 19. L. 8. C. I. 12. — Basil. Fabr. V. 1. cap. 16. Usum earum fecit Witte, die leges restitutae des Justin. Codex p. 126. 131. 133. 136. 141. 29) Heimbach, Ungedruckte Constitutionen des Justinianeischen Codex aus der Coislinschen Handschrift der Basiliken in: Zeitschr. f. gesch. RW. T. VIII. p. 81—131. et in appendice ad Biener, Beitraege zur Revision des Justinianeischen Codex p. 1—51. Nonnullarum constitutionum textum ex Codice Basilicorum Coisliniano 151 iam anno 1831. edideram in Progr. ad Aug. Danz, Diss. de litis contestatione Ien. 1831. Atque hae quidem constitutiones sunt: L. 12. 15. 16. 20. C. de haereticis I. 5. — Basil. I. 1. capp. 30. 31. 32. 33. L. 9. 10. C. de paganis I. 11. — Basil. I. 1. capp. 19. 20. L. 13. 16. 17. C. de officio rectoris provinciae I. 40. — Basil. VI. 1. capp. 85. 88. 89. L. un. C. ut nulli patriae suae administratio sine speciali permissu Principis permittatur I. 41. — Basil. VI. 1. cap. 90. L. 5. C. de officio militarium iudicum I. 46. — Basil. VI. cap. 97. L. 1. 2. C. de officio Praefecti annonae I. 44. — Basil. VI. 1. capp. 99. 100. L. 1. 2. C. de officio Comitis sacri patrimonii I. 34. — Basil. VI. 1. capp. 102. 103. L. 2. C. de officio Comitis sacrarum largitionum I. 32. — Basil. VI. 1. cap. 104. L. 4. 5. C. de officio Comitis rerum privatarum I. 33. — Basil. VI. 1. capp. 108. 109. L. 1. 2. C. de quadrimenstruis brevibus I. 42. — Basil. VI. 1. capp. 110. 111. L. 5. C. de domesticis et protectoribus XII. 17. — Basil. VI. 27. cap. 5. L. 12. C. de tabulariis XII. 50. — Basil. VI. 35. cap. 13. Quae Basil. lib. VI. tit. 25. cap. 6. continetur epitome, non est epitome L. 6. C. de Praepositis sacri cubiculi XII. 6., uti ego existimaveram, sed potius epitome L. 1. C. de Praepositis laborum XII. 18., quae constitutio in Codice Iustinianeo extat. Cf. Hermann in edit. Codicis Iustinianei (Corpus iur. civ. edid. fratres Kriegelii T. II.) p. 728. not. 6. 30) Heimbach, Ueber Justinians Constitution de incertis personis, L. un. C. VI. 48. und deren Verhaeltniss zum aeltern und neuern Justinianischen Rechte, in: Linde, Marezoll u. v. Schroeter Zeitschr. f. Civilrecht und Process. Neue Folge. T. V. p. 1—103. 31) Pardessus, Collection des lois maritimes (Paris 1828. 4.) T. II. p. 155 sq.

tos, ope Codicum Parisiensium 1346, 1347 et 1351 emendavit et castigavit, excepto titulo 8., quem nunquam in Basilicis extitisse arbitratur. Deinde locos ad ius maritimum pertinentes Michaelis Attaliatae, tum Synopseos minoris, denique Harmenopuli separatim edidit[32]).

§. 4. Editio Basilicorum nostra.

XIII. Anno 1825. admodum iuvenis iam de nova editione Basilicorum adornanda cogitaveram et principia, quae in hoc opere suscipiendo essent observanda, proposueram[1]). Prospectum novae editionis suscipiendae anno 1830. divulgavi postea quam librarius honestissimus Lipsiensis, Ioannes Ambrosius Barthius, sumtus tam magno operi perficiendo necessarios se subministraturum promiserat. Ante omnia subsidia critica novae editioni erant paranda. Inter ea primum obtinebant locum Codices Coisliniani 151 et 152. Quos Codices ut cum Fabrotiana editione conferret et quantum opus esset describeret, beatus frater, Gustavus Ernestus Heimbachius, quem tam mature literis ereptum mecum certe omnes horum studiorum cultores lugent, exeunte aestate anni 1830. Parisios profectus ibique per hiemem usque ad mensem Aprilem anni 1831. commoratus est. Contulit ibi utrumque Codicem Coislinianum cum editione Fabroti; ex Codice 151 descripsit, quae in Fabroti editione deerant, modo librum VI. exceperis; Codicem 152, quantum ad scholia, totum descripsit. Praeterea reliquos Basilicorum Codices in bibliotheca Parisiensi servatos, quos Fabrotus adhibuerat (Cod. 1352. — lib. I—XVIII. Cod. 1348. — lib. XX—XXX. Cod. 1345. — lib. XXXVIII—XLII. Cod. 1349. — lib. XLV—XLVIII. Cod. 1350. — lib. LX.), investigavit, nec tamen novam prorsus collationem eorum cum Fabrotiana editione instituit[2]). Sed Codicem Parisiensem 1357, quo libri XLVI—LII. continentur, quod ad libros XLVI—XLVIII. attinet, contulit, a Fabroto quippe in his libris edendis non adhibitum[3]). Mense Octobri anni 1831. b. frater in Italiam profectus ibique per biennium et quod excurrit commoratus Florentiae Codicem Laurentianum LXXX. 11. libros XXVIII. et XXIX. Basilicorum continentem contulit et varias lectiones ex eo descripsit, collatis praeterea Codicibus Laurentianis XL. 5. et LXXX. 6., quatenus fragmenta Basilicorum continent; deinde Romae Codicem Vaticanum 2075 (Basilianum 114.), quatenus fragmenta libri L. continet, contulit, et Paratitla Basilicorum, quae vulgo Tipuciti nomine feruntur, quod ad libros Basilicorum deperditos attinet, ex Codice Vaticano 853 descripsit[4]). Praeter haec subsidia novae editioni parandae a b. fratre quaesita etiam alia a viris doctis mihi communicata sunt. Sic Ill. Haenelius, insignis novae editionis suscipiendae fautor, librum VI. Basilicorum e Codice Coisliniano 151 descriptum et apographum Codicis Basilicorum Escorialiensis librum VIII. continens, quod olim Antonii Augustini fuerat, Codicis Haeneliani nomine a me insignitum; Ill. Bienerus Codicem Eclogae librorum I—X. Basilicorum, quae vulgo Theodori Hermopolitae nomine fertur, olim Meermanianum mihi communicarunt[5]). Libri XXXV. Basilicorum deperditi nonnulla fragmenta continet Codex Parisiensis 1367, quae ex hoc Codice Zachariae de L. mihi in hoc libro restituendo utenda benigne concessit[6]). Denique Codicem Parisiensem 1350, ex quo scholia ad librum LX. Basilicorum pertinentia nec Cuiacius, nec Fabrotus integra ediderunt, Cel. Tischendorfius precibus meis denuo contulit et quatenus scholia continet, neque a Cuiacio, neque a Fabroto edita, descripsit[7]). Grata mente agnoscenda est beati Ioannis Ambrosii Barthii liberalitas, qua sumtus itinerum a beato fratre subsidiorum novae editioni quaerendorum causa factorum et collationis libri LX. Basilicorum a Tischendorfio institutae subministravit.

Subsidiis antea dictis instructus, quibus accessit Synopsis Basilicorum a Leunclavio edita, ad Basilica denuo edenda accessi et post laborem per viginti annos continuatum textus et scholiorum editionem ad finem perduxi. Quae quinque tomis inde ab anno 1833. usque ad annum 1850. Lipsiae prodiit[8]), prolegomenis et Manuali Basilicorum sexto volumini reservatis. De consilio editionis in praefatione tomi primi dictum est[9]).

De his, quae in editione praestiterim, meum non est iudicare. Iudicarunt autem alii viri docti, veluti Wittius[10]), Giraud[11]), Deurerus[12]), Zachariae de L.[13]) et Mortreuil[14]). Ac Wittius, Deurerus et Giraud quidem de primo editionis tomo iudicium tulerunt; Zachariae de L. de primo et secundo tomo; Mortreuil de primo, secundo et tertio tomo. Quorum virorum iudicium in sequentibus editionis voluminibus non putavi negligendum. Inprimis eorum, quae Zachariae de L., qui in hoc studiorum genere cedit nemini, monuit ac desideravit, rationem habendam esse putavi.

Sigillatim nunc persequar, quae nova editione contineantur, quibusque subsidiis in singulis libris usus fuerim. Tomus primus editionis libros Basilicorum I—XII. continet. Fabrotus eos ex Codice Parisiensi 1352, qui non solum iactura plurium foliorum mutilus est et multas lacunas continet, verum etiam textum Basilicorum praestat in brevius redactum, ediderat. Ego vero, quod ad librorum I—VI. textum attinet, Codicis Parisiensis 1352 rationem habui nullam, eorumque librorum textum ex Codice Coisliniano 151 edidi, quod me iure fecisse arbitror ex causis supra, cum de utroque hoc Codice sermo esset, relatis[15]). In notis tamen differentiarum textus a Fabroto exhibiti feci mentionem. Praeterea ad libri II. titulum II. usum feci eorum, quae Reitzius in appendice editionis Theophili in restituendo hoc titulo praestitit. Libri II. tituli III. textum a Wittio e Codice Coisliniano 151 editum denuo curavi recudendum. Librum VI. ex

32) Pardessus l. l. T. II. p. 194—208.

1) Heimbach, de Basilicorum origine, fontibus, hodierna conditione atque nova editione adornanda. Lips. 1825. 8. p. 145 sq. 2) Cf. Basil. ed. Heimb. T. I. Praefat. p. XI. 3) Cf. Basil. Heimb. T. IV. p. 545. not. a. 4) Cf. Basil. Heimb. T. II. Praefat. p. VII sq. T. III. p. 154. not. c. 5) Cf. Basil. Heimb. T. I. Praefat. p. XI. 6) Vid. Basil. Heimb. T. III. p. 545. not. x. 7) Cf. Basil. Heimb. T. V. Praefat. p. VI. 8) Titulus hic est: „Basilicorum Libri LX. Post Annibalis Fabroti curas ope Codd. mss. a Gustavo Ernesto Heimbachio aliisque collatorum integriores cum scholiis edidit, editos denuo recensuit, deperditos restituit, translationem latinam et adnotationem criticam adiecit D. Carolus Guilielmus Ernestus Heimbach, Antecessor Ienensis. Lipsiae. Sumtibus Ioann. Ambrosii Barth.“ 4. Tomus I. prodiit annis 1833. et 1834.; tomus II. anno 1840.; tomus III. anno 1843.; tomus IV. anno 1846.; tomus V. anno 1850. 9) Basil. Heimb. T. I. Praefat. p. XII sq. 10) Witte, Jahrbuecher f. wissenschaftl. Kritik 1834. p. 765 sq. 11) Giraud, Revue de la législation 1835—1836. T. III. p. 137—150. 12) Deurer, Heidelberger Jahrbuecher der Literatur 1835. p. 1051—1078. 13) Zachariae de L.: Kritische Jahrb. f. deutsche Rechtswissenschaft 1842. p. 481—509. 14) Mortreuil, Histoire du droit Byzantin T. II. p. 251—259. 15) Cf. Sect. I. §. 2. sub num. I. et II.

Codice Coisliniano edidi secundum apographum ab Ill. Haenelio factum, cum Codex Parisiensis 1352 hunc librum praestet non solum mutilum, verum etiam quatenus eum continet, textum in brevius redactum. Lacunam, quae in Codice Parisiensi 1352 inde a titulis VIII—XVIII., et inde a titulis XXIII—XXXV., quorum rubricas duntaxat Fabrotus praestat, deprehenditur, ex Codice Coisliniano supplevi et textum horum titulorum integrum dedi. Liber VII. in utroque Codice integer habetur; textum eius ex editione Fabroti dedi, additis variis lectionibus in Codice Coisliniano conspicuis. Librum VIII. secundum editionem Ruhnkenii in Thesauro iuris Meermaniano conspicuam exhibui, ratione habita variarum lectionum in Codice Coisliniano et in Codice Haeneliano (apographo Codicis Basilicorum Escorialensis) inventarum. Libri IX. textum a Fabroto exhibitum dedi, variis lectionibus e Codice Coisliniano notatis. Libri X. textum a Fabroto e Codice Parisiensi 1352 exhibitum praestiti, alio subsidio quippe destitutus. Ad textum librorum I—X. emendandum et constituendum praeterea adhibui Eclogae librorum I—X. Basilicorum, quae vulgo Theodori Hermopolitae nomine fertur, Codicem olim Meermanianum numero 168. signatum, nunc Bienerianum, et Synopsin Basilicorum a Leunclavio editam. Libros XI. et XII. cum scholiis locupletissimis hactenus ineditis e Codice Coisliniano 152 edidi, textu a Fabroto ex Codice Parisiensi 1352 edito retento, habita tamen ratione variarum lectionum, quas Codex Coislinianus suppeditabat.

Tomus secundus continet libros XIII—XXIII. Librorum XIII. et XIV. textum a Fabroto exhibitum dedi, variis lectionibus e Codice Coisliniano 152 notatis; scholia ex hoc Codice edidi, longe integriora et locupletiora quippe, quam quae in Codice Parisiensi 1352 exhibentur. Libros XV—XVIII. a Fabroto e Codice Parisiensi 1352 editos dedi, alio subsidio quoad hos destitutus; textum cum Synopsi aliisque iuris graeci fontibus contuli. Lacunas Codicis Parisiensis, quae in libri XVI. titulis 1. et 9. et libri XVII. titulo 1. apud Fabrotum deprehenduntur, quantum fieri potuit, ex Synopsi, Basilicorum scholiis recens editis, Harmenopulo et Tipucito supplevi. Locos ex Tipucito depromtos, cum apographum b. fratris serius ad me pervenisset, in appendice II. tomo secundo adiecta exhibui. Librum XVIII. inde a capite 17. tituli 2. et reliquos eiusdem titulos, qui in Codice Parisiensi 1352 desiderantur ob plurium foliorum iacturam, et librum XIX. deperditum secundum ordinem indicis titulorum generalis Coisliniani et Paratitlorum Tipuciti variis ex fontibus restituere studui, veluti ex Synopsi, Basilicorum scholiis, collectione constitutionum ecclesiasticarum, Glossis nomicis, Pseudo-Eustathii libello de diversis temporum intervallis, Balsamonis commentario ad Photii Nomocanonem, Tipuciti Paratitlis et Michaele Attaliata. Modum restitutionis eundem tenui, quem Reitzius in restituendis titulis 2. et 3. libri II. Basilicorum (*περὶ ῥημάτων σημασίας*, de verborum significatione et *περὶ διαφόρων κανόνων ἀρχαίου δικαίου*, de diversis regulis iuris antiqui) observavit. Qui in eo cernitur, ut omnes textus graeci eiusdem loci iuris Iustinianei variis ex fontibus petiti coniungantur. In quo eo minus errare arbitrabar, cum Reitzium ducem haberem eumque restitutionis modum vel beatus frater probaret. Nec tamen me fugit, hoc restitutionis modo observato facile fieri posse, ut fragmenta, quae textum Basilicorum genuinum continent, cum aliis invicem confundantur. Quod ne fieret, efficere studui stellulae signo his locis praeposito, quos genuinum Basilicorum textum arbitrabar continere, idque ad discernenda et distinguenda genuina Basilicorum fragmenta ab aliis hoc magis sufficere existimabam, cum in notis accurate fontes restituti cuiusque loci fuerint indicati. Librorum XX—XXIII. textum cum scholiis a Fabroto ex Codice Parisiensi 1348 editum exhibui, cum aliis subsidiis in his libris edendis carerem. Accesserunt tamen loci tituli 1. libri XXIII. cum scholiis in folio 117. huius Codicis conspicui, quos Fabrotus neglecto hoc folio edere praetermiserat. Tomo secundo adiectae sunt duae appendices. Prima appendix exhibet Paratitla librorum I—XII. Tipuciti ex Codice Vaticano 853 a b. fratre descripta, libri XVI. tit. 1. inde a capite 30. ex eodem Codice ab Angelo Maio edita[16]), libri XVII. tit. 1. ex eodem Codice a b. fratre descripta[17]), explendae lacunae causa, quae in libro XVI. tit. 1. et in libro XVII. tit. 1. in Cod. Parisiensi 1352 ex eoque in editione Fabrotiana deprehenditur. Paratitla in hac appendice exhibui propterea, quod apographum b. fratris quo tempore libros I—XXIII. edidi, nondum penes me fuit. Secunda appendix continet addenda et corrigenda ad libros I—XXIII. tomo primo et secundo novae editionis comprehensos. Addenda potissimum consistunt in designandis locis aliorum iuris graeci fontium, qui locos iuris Iustinianei in libris I—XII. Basilicorum repositos vel iisdem, quibus Basilica verbis, vel aliis verbis reddunt. Praeterea in secunda appendice exhibentur emendationes textus librorum XIII—XXIII. Basilicorum, ex Ienaii Notitia Basilicorum potissimum desumtae. Copiam eo tempore, quo libros XIII—XXIII. edebam, non habui Codicis S. Sepulcri Constantinopolitani, qui libros XV—XVIII. Basilicorum cum scholiis continet. Quae desunt meae editioni, postea Zachariae de L. editione horum librorum ex dicto Codice parata supplevit.

Tomus tertius continet libros XXIV—XXXVIII. Basilicorum. Libros XXIV—XXVII. ex Codice Parisiensi 1348 a Fabroto editos dedi. In libris XXVIII. et XXIX. textum a Fabroto ex Codicibus Parisiensibus 1348 et 1354 (quem ultimo loco designatum Fabrotus Codicem Ribierii appellat) editum retinui, ratione habita Codicis Laurentiani LXXX. 11. a b. fratre collati (cuius apographum est Codex Paris. 1354), ex quo variae lectiones in notis indicatae sunt. Librum XXX. ex Codice Parisiensi 1348 a Fabroto mutilum editum dedi ex editione Fabroti. Quae deerant in libro XXX., et libros XXXI—XXXVII. deperditos eodem modo et ex iisdem fontibus restituere studui, quem tenui et quibus usus sum in restituendis titulis libri XVIII., qui desunt, et libro XIX. Fontibus restituendi libri XXXV. accesserunt fragmenta huius libri e Codice Parisiensi 1367 a Zachariaeo de L. liberaliter mihi communicata. Praeter fontes, ex quibus libros deperditos restituere conatus sum, supra enumeratos, adhibere mihi licuit etiam librum, qui *Πεῖρα* dicitur, cuius usum in omnibus libris deperditis restituendis, excepto libro XIX., Zachariae de L. benigne mihi concessit. Librum XXXVIII. cum scholiis dedi secundum Codicem Parisiensem 1345 a Fabroto editum.

---

16) Cf. Angeli Maii, Scriptorum veterum nova collectio T. VII. p. 25 sq. 17) Cf. Basil. Heimb. T. II. p. 742. not. * p. 750. not. p.

Tomo quarto continentur Basilicorum libri XXXIX—XLVIII. Libros XXXIX—XLII. cum scholiis dedi e Codice Parisiensi 1345 a Fabroto editos, alio subsidio destitutus. Libros XLIII. et XLIV. deperditos eodem modo restitui, quo partem libri XVIII. deperditam, libros XIX. XXXI—XXXVII. Etiam fontes restitutionis iidem fuerunt. Libros XLV—XLVIII. dedi ex editione Fabroti, quae Codice Parisiensi 1349 nititur. Ad libros XLVI—XLVIII. praeterea adhibere mihi licuit Codicem Parisiensem 1357 a b. fratre diligenter collatum, ex quo varias lectiones in notis indicavi.

Tomus quintus continet Basilicorum libros XLIX—LX. Libros XLIX—LII. exhibui secundum editionem Reitzii, quae Codice Parisiensi 1357 nititur, in usum vocato ratione nonnullorum libri L. titulorum Codice Vaticano 2075 (Basiliano 114), ex quo variae lectiones in notis indicatae sunt. Libros LIII—LIX. deperditos restituere studui. In libro LIII. restituendo usus factus est restitutionis a Pardessus susceptae [18]). In libris LIV—LVII. restituendis praeter fontes restitutionis enumeratos adhibui cum Fabroto Cuiacii commentarium ad tres posteriores Codicis Iustinianei libros, qui plures constitutiones continet a Cuiacio ex Codice Basilicorum deperdito editas. Ad ordinem et numerum titulorum in libris LIII—LIX. definiendos, et ad inscriptiones titulorum restituendas inprimis utilis fuit index generalis titulorum Basilicorum Codici Coisliniano 151 praefixus. Ex eodem nonnunquam unice derivari potuit, quinam tituli et loci librorum iuris Iustinianei sub Basilicorum titulis fuerint repositi. Saepius contentus esse debebam, si ope huius indicis indicare poteram locos iuris Iustinianei sub Basilicorum titulis repositos, cum deessent Basilicorum fragmenta titulis subiicienda. Modum restitutionis secutus sum ab eo, quem in praecedentibus voluminibus tenueram, diversum; nam fragmenta nonnisi Basilicorum genuina, quae in aliis fontibus ad verbum laudantur, in textum recepi, reliqua in notas conieci, cuius rei causae eaedem sunt, quas Zachariae de L. in censura duorum priorum nostrae editionis voluminum exposuit [19]). Liber LX. ex Codice Parisiensi 1350, ex quo tam Cuiacius, quam Fabrotus hunc ediderunt librum, a Tischendorfio denuo collato et, quantum ad scholia attinet, magnam partem descripto editus est, unde factum, ut nostra editione scholia longe plura et integriora, quam a Cuiacio et Fabroto edita sunt, contineantur.

Singulis editionis nostrae voluminibus praemissus est index librorum et titulorum Basilicorum, qui unoquoque volumine continentur, compositus ex inscriptionibus titulorum singulorum in Codicibus manuscriptis obviis et cum indice generali titulorum Codici Coisliniano 151 praefixo non minus, quam cum inscriptionibus titulorum, quae in Paratitlis Tipuciti ex Codice Vaticano exhibentur, collatus. Index generalis Coislinianus, quamvis totum Basilicorum opus complectatur, tamen non solet inscriptiones titulorum, quae in Basilicis sunt, exhibere, sed numeris titulorum in quoque Basilicorum libro ad marginem notatis in textu indicare titulos librorum iuris Iustinianei in Basilicorum titulos translatos, additis inscriptionibus titulorum ex iure Iustinianeo desumtorum graeco sermone redditis. Non potui ergo eum toti operi praefigere, cum inscriptiones titulorum Basilicorum regulariter non contineat. Index specialis librorum I—IX., qui in eodem Codice Coisliniano post indicem generalem conspicuus est, siculi et index titulorum librorum XLVI—LX. (*τοῦ τετάρτου τῶν νόμων τεύχους πίναξ*), qui in Codice Parisiensi 1357 fol. 123—128. A. continetur, inscriptiones quidem titulorum eorum librorum, ad quos pertinent, complectuntur, exhibent; sed cum sint indices speciales, non poterant usui esse, nisi in inscriptionibus titulorum eorum librorum, quos spectant, definiendis.

Praeter textum Basilicorum et scholia, quatenus haec extant, in editione nostra conspicuae sunt adnotationes maximam partem criticae.

Quod ad ea attinet, quae viri docti, qui iudicium de nostra editione tulerunt, monuerunt ac desiderarunt, duo inprimis sunt, quae Zachariae de L. iure monuisse videtur [20]).

Ac primum quidem monuit, scholia in editione nostra non bene esse ordinata, nec antiqua recentioribus satis esse distincta. In nonnullis Basilicorum Codicibus extant glossae modo interlineares, modo marginales (vulgo scholia), et hae quidem regulariter apparatum, qui a Glossatoribus dicitur, efficiunt, unde Codices illi Codicibus corporis iuris civilis glossatis persimiles sunt. In Codicibus, uti iam vidimus [21]), regulariter signis literarum vel aliis in textu et in margine positis indicari solet, ad quem locum scholium quoddam pertineat; nonnunquam verba textus, quae scholio illustrantur, scholio praemissa sunt. Saepe tamen scholia singula nonnisi maioribus punctis vel lineis distincta continua serie in Codicibus exhibentur, loco textus, ad quem pertinent, non indicato. Ordo scholiorum in Codicibus conspicuus iam ex causis artis typographicae in Basilicorum editionibus retineri non poterat, quaeritur ergo, quo ordine scholia typis exscribenda sint collocanda. Hervetus et Cuiacius in versione latina, quam dederunt, hanc viam elegerunt. Primum tanta textus pars, quanta in Codicibus ab eis adhibitis una pagina continebatur, typis mandatur; deinde textus interrumpitur, et scholia in eadem Codicis pagina in margine reposita minoribus literis typis exscripta textui subiiciuntur; denique signis literarum in textu et in fronte scholiorum positis loci, ad quos scholia referenda sint, indicantur. Haec scholiorum ordinatio non videtur probanda. Saepius enim hoc modo textus et scholia in partes dissecabantur, nec poterat illa scholiorum ordinatio strenue ad finem perduci. Textus et scholia in pagina quadam media in periodo saepius interrumpuntur; quo casu Hervetus et Cuiacius a regula, quam sibi proposuerant, necessario recedere debebant. Cavere inprimis eos oportebat, ne quod in textu vel in scholiis esset coniunctum, male separaretur, quo casu potissimum regula illa erat deserenda. Haec incommoda cum ordinatione scholiorum apud Hervetum et Cuiacium coniuncta Fabrotum, ut videtur, moverunt, ut primo loco textum tituli integrum, ac deinde scholia continua serie typis curaret excudenda, locis in tituli textu literarum signis designatis, ad quos in fine tituli scholia iisdem literis distincta essent referenda. Verum haec scholia collocandi ratio eorum usum nimis reddit incommodum, cum diu locus textus, ad quem scholium quoddam pertineat, quaerendus sit, in longioribus potissimum titulis, in quibus eadem literarum signa bis, ter et saepius repetuntur. Aliam ergo scholiorum collo-

18) Cf. §. 3. sub num. XII. 19) Cf. Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1842. p. 501 sq. 20) Cf. Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1842. p. 495—501. 21) Cf. Sect. I. §. 2.

candorum rationem iniit Ruhnkenius in libro VIII. Basilicorum cum scholiis a se edito, eam scilicet, ut singulo cuique textus loco subiiceret scholia ad hunc locum pertinentia. Eandem rationem ego secutus sum, exceptis scholiis ad tit. 2. et 3. libri II. Basilicorum ex Codice Parisiensi 1352 a Fabroto editis, quae similiter, uti Fabrotus post textum totius tituli collocavi. Haec tamen scholiorum adornatio Zachariaeo de L. magis reprehendenda visa est, quam quae fuit priorum editorum. Ego vero minus turpe esse arbitror, errare, cum hoc humanum sit, quam in errore, quamvis eum cognoveris, tamen persistere et perdurare. Itaque his, quae ille monuit, assentiar necesse est. Ac primum hac scholiorum adornatione efficitur, ut scholia simpliciter adnotationes ad Basilicorum textum esse videantur. Quam scholiorum indolem confirmare quidem videtur consuetudo in Codicibus observari solita, locum textus, ad quem scholium pertinet, literis vel aliis signis designandi idemque signum scholio praefigendi. Sed revera indoles plerorumque scholiorum longe alia est. Pleraque enim scholia sunt versiones vel epitomae locorum ex Digestis, e Codice, e Novellis et ad hos locos adnotationes, tribus seculis ante Basilica scriptae, nec vero ad Basilica compositae. In nostra editione praeterea, quod in Codicibus manuscriptis factum non est, verba textus Basilicorum, ad quae scholia referenda sint, singulis scholiis literis distinctis praefixa sunt, quo indoles adnotationum ad textum Basilicorum iis tribuitur. Deinde contra adornationem scholiorum nostram non immerito monetur, inter scholia extare epitomas et adnotationes ex commentariis veterum ad Digesta excerptas ad locos Digestorum in Basilicis praetermissos; unde factum esse, ut eiusmodi scholia in nostra editione tanquam referens sine relato, quod dici solet, appareant. Tum nostrae scholiorum adornationi obiicitur, saepe loco cuidam textus scholium esse subiectum, quod simul ad praecedentes vel subsequentes locos pertinet. Denique monetur, in nostra perinde atque in Fabrotiana editione scholia diversorum auctorum saepe in unum scholium esse transfusa, et scholia eiusdem auctoris, quae ad diversos iuris Iustinianei locos pertinent, non esse secreta. Quibus omnibus in nostra editione iure desideratis medela in novo Manuali Basilicorum affertur, in eo maxime conspicua, ut scholia recentiora ab antiquis diligenter secernantur. Quod praeterea nobis opprobrio factum est, nos neglexisse, locos iuris Iustinianei et Basilicorum in scholiis laudatos evolvere et numeros locorum laudatorum, si falsi sint, corrigere, id iam in tomi primi praefatione professus sum, ultra vires esse meas[22]). Difficultatibus huic labori obstantibus, quas in dicta praefatione enumeravimus, alia quoque accedit, cuius mentionem ibi fecimus nullam. Numeri enim locorum ex Basilicis tam in scholiis, quam in aliis iuris graeci libris laudatorum ab eis, quos in Codicibus et editionibus habemus, saepius differunt. Quod ex diversa Codicum manuscriptorum indole ac conditione, quae differentia iam a seculo inde decimo conspicua est, explicandum est. Nam cum ab hoc inde tempore librarii eos iuris Iustinianei locos in Basilica translatos, qui vel recentioribus legibus erant abrogati, vel in desuetudinem abierant, in Codicibus describendis praetermiserint, factum est, ut etiam numeri capitulorum tituli cuiusdam, quo eiusmodi loci ab initio continebantur, mutarentur. Ita numeri locorum ex Basilicis a Balsamone in commentario ad Photii Nomocanonem laudatorum ab iis, quos in editionibus ex Codicibus manuscriptis habemus, saepius differunt. Quae cum ita sint, ne dici quidem potest, utrum numerus loci cuiusdam Basilicorum in scholio quodam laudati verus an falsus sit, cum ignoretur, quo Basilicorum Codice usus fuerit scholii auctor, et quae huius Codicis fuerit indoles ac conditio. Merito ergo Zachariae de L., etiamsi huius difficultatis specialiter mentionem fecerit nullam, illud opprobrium suum non fecit[23]), et quemlibet aequum huius rei arbitrum puto ab hoc opprobrio abstenturum, ratione difficultatis modo expositae habita.

Deinde restitutio librorum Basilicorum deperditorum a nobis tentata editionis nostrae acerrimo censori, Zachariaeo de L., vituperio digna visa est[24]). Qua in re certe laetor, mihi Fabrotum et Reitzium vituperii istius esse socios. Restitutione libri cuiusdam deperditi tam ex verbo restitutionis, quam ex rei natura intelligenda non est mentio eorum, quae libro isto deperdito continebantur, sive haec coniecturis, sive relationibus aliorum auctorum nitatur, sed restitutio verborum textus genuinorum eo ordine, quo in libro restituendo fuerunt collocata. Ubi verba textus genuina restitui nequeunt, etiam relatio argumenti ex scriptoribus, quibus liber restituendus ante oculus fuit integer, grata mente agnoscetur; nec tamen hoc dici potest restitutio sensu proprio. Tam ad restitutionem proprie sic dictam, quam ad relationem argumenti adhiberi nonnisi fontes possunt, qui ex libro deperdito restituendo hauserunt vel ad illum pertinent. Sic etiam librorum Basilicorum deperditorum restitutio proprie sic dicta non minus, quam relatio argumenti eorum ex antiquioribus scriptoribus suscipi potest. Fabrotus illam tentavit, ego et hanc suscepi. Zachariae de L. agnovit quidem, me restitutionem proprie sic dictam longe plenius et accuratius fecisse, quam Fabrotum, tum subsidiis a Fabroto non adhibitis in usum vocatis, tum fontibus restitutionis diligenter designatis. Utrumque nostrum tamen reprehendit, quod in restituendis libris Basilicorum deperditis rationem habuerimus fontium, qui non genuina Basilicorum verba continent; mihi praeterea obiecit, me relationes argumenti locorum deperditorum cum verbis textus confudisse. Quod ad vituperium Fabroto mihique commune attinet, Zachariae de L. id hac ratione fundare ac probare studet, ut fontes restitutionis a Fabroto et a me adhibitos chronologico ordine sigillatim persequatur et fontes enumeret a me in restituendis libris XXXI—XXXVII. XLIII. XLIV. LIII—LIX. praeterea adhibendos. Hi fontes sunt: 1) Glossae nomicae. Tam Fabrotus quam ego his in restituendis libris Basilicorum deperditis usum fecimus. Quod immerito nos fecisse Zachariae de L. dicit, cum glossae nomicae Basilicis sint antiquiores nec inter fontes Basilicorum possint numerari, nec Basilica et glossae nomicae ex iisdem hausta sint fontibus. Quod quamvis lubenter concesserim, tamen glossas non immerito ad restituendum certe titulum 2. libri II. Basilicorum adhibitas esse docet earum cum textu Basilicorum in Codice Coisliniano 151 servato consensus. 2) *Αἱ ῥοπαί* sive Pseudo-Eustathii liber de temporum intervallis. Iam Fabrotus hunc libellum restitutioni adhibuit, haud dubie ratus, eum post

22) Vid. Basil. Heimb. T. I. Praefat. p. XII. 23) Cf. Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1842. p. 499. 500. 24) Cf. Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1842. p. 501—507.

Basilica scriptum esse eiusque auctorem ex Basilicis hausisse. Zachariae de L. autem probavit, eum libellum ante Basilica esse scriptum eiusque auctorem ex fontibus hausisse a Basilicorum fontibus longe diversis. Mihi ergo obiicit, quod nihilosecius eum restitutioni adhibuerim. Licet enim Iureconsultus quidam seculi XI. locis Digestorum, Codicis et Novellarum in hoc libello laudatis locos Basilicorum congruos adiecerit (textu eorum non addito), Zachariae de L. tamen hos Basilicorum locos laudatos restitutioni proprie sic dictae minime putat idoneos, sed nonnisi ad hoc utiles, ut argumentum locorum Basilicorum deperditorum demonstretur, in quo tamen cum cautione procedendum arbitratur. Ego vero restitutioni proprie sic dictae Pseudo-Eustathium non adhibui; in usum eum vocavi, ut locorum Basilicorum deperditorum argumentum referrem et ostenderem, locum quendam iuris Iustinianei in Basilicis fuisse repositum. 3) Collectio constitutionum ecclesiasticarum. Hac collectione tribus seculis ante Basilica edita ego ad restitutionem usus sum, nec vero Fabrotus. Restitutioni proprie sic dictae inservire possunt Digestorum loci in secunda huius collectionis parte comprehensi, ex Anonymi commentario ad Digesta desumti, ex quo et Basilicorum textus, quatenus Digestorum locos continet, regulariter haustus est. Collectio constitutionum ecclesiasticarum locos ex Anonymo genuinos praestat, Basilica eosdem interpolatos (quae interpolationes dicuntur Graecis *ἐξελληνισμοί*) exhibent. Nec vero hae interpolationes in verbis artis latinis graeco sermone donatis potissimum conspicuae, quamvis Zachariae de L. aliter sentiat, impedimento sunt, quominus loci Digestorum in dicta collectione obvii restitutioni proprie sic dictae adhibeantur. Nam loci Digestorum in scholiis Basilicorum ab Anonymo et Enantiophane laudati cum Basilicorum textu ad verbum conveniunt. 4) Ecloga Leonis et Constantini. Hac ego ad restitutionem usus sum, nec vero Fabrotus. Verum est, eam antiquiorem esse Basilicis, nec restitutioni inservire posse. 5) Scholia Basilicorum. Horum tam Fabrotus, quam ego usum ad restitutionem fecimus, non satis ratione habita discriminis inter scholia antiqua et recentiora. Zachariae de L. scholia antiqua ex commentariis Iureconsultorum seculi sexti excerpta restitutioni inservire posse negat. Quod ei eatenus nonnisi assentior, quatenus in scholiis antiquis loci iuris Iustinianei ex commentariis in Basilicorum textum non translatis laudantur. Nam loci Digestorum ab Anonymo et Enantiophane laudati, quorum verba afferuntur, textui Basilicorum restituendo adhiberi possunt, quippe qui, quatenus Digestorum continet locos, regulariter ex Anonymi Digestis haustus sit. Scholia recentiora, prouti vel verba textus vel argumentum locorum Basilicorum, qui laudantur, tradunt, modo restitutioni proprie sic dictae, modo restitutioni latiori sensu possunt inservire. 6) Synopsis Basilicorum. Hac tam Fabrotus quam ego ad restitutionem usi sumus. 7) *Πεῖρα*. Hoc libro multa fragmenta libri XIX. Basilicorum ad verbum laudantur, pauciora ex aliis libris. Fabrotus eo ad restitutionem usus non est. Ego in restituenda libri XVIII. parte deperdita et in restituendo libro XIX. adhibere eum librum non potui, cum copiam eius non haberem; in posterioribus libris restituendis usum eius feci apographum libri beneficio Zachariaei de L. nactus. 8) Tipucitus. Huius repertorii Basilicorum multum usum ad restitutionem feci. Restitutioni quidem proprie sic dictae inservire nequit, cum verba Basilicorum non contineat. Utile autem eatenus est, quatenus argumentum locorum deperditorum tradit, quod etsi non semper, frequenter tamen fieri solet. Restitutioni proprie sic dictae illud non adhibui. Inprimis utile est hoc repertorium ad seriem locorum in singulis librorum deperditorum titulis definiendam et ad cognoscendum, quinam iuris Iustinianei loci in libros deperditos fuerint translati. In libris tamen LIII—LVII. et LIX. minor est etiam hac ratione habita Tipuciti utilitas, cum, quod ad hos attinet, regulariter rubricas duntaxat titulorum praestet. 9) Michaelis Attaliatae *ποίημα νομικόν*. Hoc libro ad restitutionem proprie sic dictam usus sum, quod Zachariae de L. probavit, cum Michael Attaliata ex Basilicis hauserit. Arbitratur tamen, me hoc opus, quantum ad restitutionem, non satis aestimasse. Sed cum opus Michaelis Attaliatae non solum ex Basilicis, sed etiam ex aliis fontibus haustum sit [25]), in restitutione cum cautione adhibendum videtur. 10) Ecloga lib. I—X. Basilicorum. Hac Fabrotus ad restituendos titulos 2. et 3. libri II. Basilicorum usus est. Cum opus nonnisi ad decem priores Basilicorum libros pertineat, quos nunc integros habemus, restitutioni amplius adhiberi nequit. 11) Theodori Balsamonis commentarius ad Photii Nomocanonem. Nomocanon ipse et editio eius per Photium Basilicis sunt antiquiores, ideoque restitutioni proprie sic dictae inservire nequeunt. Ego rationem eorum nonnisi eatenus habui, quatenus argumentum locorum iuris Iustinianei tradunt, quod eo maiori iure facere me posse arbitrabar, quo saepius Balsamon in commentario dicit, locum Basilicorum loco iuris Iustinianei in Nomocanone laudato congruum eadem vel similia habere his, quae in Nomocanone leguntur. Commentarius Balsamonis saepissime laudat verba locorum Basilicorum allegatorum ideoque restitutioni proprie sic dictae potest inservire, ad eamque a me adhibitus est. 12) Tractatus de peculiis et tractatus de creditis. Utriusque ad restitutionem proprie sic dictam in tribus voluminibus posterioribus editionis usum feci. 13) Enchiridia iuris privata. Zachariae de L. inprimis Epanagogen auctam et Prochirum auctum, quibus saepius loci Basilicorum continentur, restitutioni proprie sic dictae adhiberi posse scripsit [26]). Epanagoges auctae plures locos adduxit, in Basilicis restituendos [27]), quorum tamen usum non feci, cum loci non integri ab eo fuerint addicti, sed nonnisi verba eorum initialia.

---

25) Cf. Basil. Heimb. T. II. Praefat. p. VII. et supra Cap. III. Sect. III. §. 2. not. 13. 14. 26) Cf. Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1842. p. 506. 507. 27) Loci sunt hi: Cod. VIII. 50. 6. — Basil. XXXIV. 2. Init. *οὐκ ἔστιν ἐμπαθὴς ὁ ἱεροπλήκτης κ. τ. λ.* Dig. XXVIII. 1. 8. pr. — Basil. XXXV. 1. Init. *Διαθήκη ἐστὶ δικαία βούλησις κ. τ. λ.* Dig. XXXVII. 1. 6. §. 2. — Basil. XXXV. 2. Init. *Ἡ ἐν αἰχμαλωσίᾳ γενομένη κ. τ. λ.* Dig. XXIX. 1. 1. — Basil. XXXV. 21. Init. *Ἡ ἐν σημείοις διαθήκη κ. τ. λ.* Cod. VI. 34. 1. — Basil. XXXV. 4. 4. Init. *Οἱ ἐκ πορνείας κ. τ. λ.* Cod. VI. 34. 3. — Basil. XXXV. 4. 5. Init. *Ἐάν τις γράψῃ τινὰ κληρονόμον κ. τ. λ.* Dig. XXIX. 5. 1. §. 15. — Basil. XXXVI. 2. 1. Init. *Ἀνδρὸς ἢ γυναικὸς ἀναιρουμένων κ. τ. λ.* Basil. XXXIII. 1. Init. *Δι' ἐπιστολῆς συγγένειας κ. τ. λ.* Cod. VIII. 51. 1. — Basil. XXXIII. 2. Init. *Φονεύει τὸ τικτόμενον κ. τ. λ.* Dig. XLIX. 15. 1. — Basil. XXXIV. 1. Init. *Ὅπερ ὁ τοῦ αἰχμαλώτου δοῦλος κ. τ. λ.* Cf. Zachariae de L. Prochir. p. CXVII. not. 64. p. CXVIII. not. 73—75. p. CXIX. not. 88. p. CXX. not. 90. p. CXXII. not. 109. 111. 116. 117.

Ceterum Epanagoge aucta et Prochirum auctum nondum ad lucem prodierunt; quamobrem ad restitutionem adhiberi non poterant. 14) Matthaei Blastaris Syntagma. Hoc ad restitutionem adhibui, quod Zachariae de L. non probavit, cum Blastares ex Basilicis ipsis non hauserit, et ubi locos Basilicorum aliis ex fontibus receperit, Basilica nunquam laudaverit. 15) Harmenopuli Hexabiblus. Huius libri tam Fabrotus quam ego in restitutione usum fecimus. Harmenopulus tamen cum non ex Basilicis, sed ex Synopsi Basilicorum et ex libro, qui dicitur *Πεῖρα*, locos Basilicorum desumserit, Zachariae de L. Harmenopulum restitutioni adhiberi posse negat.

His addere liceat locos in *Πεῖρα* laudatos, qui Basilicorum esse videntur, nec tamen in Basilicis inveniuntur. Ante omnia notandum est, in *Πεῖρα* multos Basilicorum locos laudari ut *νόμους*, v. c. *ὁ νόμος φησίν*, non addito loco Basilicorum, ubi inveniantur. In plerisque his locis Zachariae de L. Basilicorum locum, qui designatur, invenit et in notis designavit. In his autem locum Basilicorum invenire non potuit. *Πεῖρα* tit. I. §. 4. *καὶ ὁ νόμος φησίν· „ὅτι οὐ κατέχεται ὑπεξούσιος ὑπὲρ ὧν συναλλάσσει γνώμης χωρὶς τοῦ πατρὸς, εἰ μὴ μόνον εἰς τὸ καστρέσιον πεκούλιον, ἐφ' ᾧ καὶ ἐνέχεται καὶ ἐνάγεται, καὶ οὐ μόνον ἐπὶ τοῖς ἰδιοκτήτοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις, ἐν οἷς ὡς αὐτεξούσιος ἐν τῇ παραχωρήσει τοῦ πατρὸς ῥυθμίζεται κατ' αὐτόν.“* — *Πεῖρα* tit. VIII. §. 27. *„Ἐὰν ἐξ ἀντιθέσεως ἀνακύψῃ τις ἀγωγὴ, τὸ τοῦ δικάζοντος ἀκροατήριον ὑπερβαίνουσα, βούλεται μὴ διασπᾶσθαι τὸ ἀκροατήριον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐπαναφυόμενα τὸν αὐτὸν δικάζειν.“* — *Πεῖρα* tit. XVII. §. 9. *„Εἴπερ ὁ ἐλάττων τὸν ἐνήλικον διαδέξεται, μὴ πλέον ἐκείνου προνόμιον ἔχει, ἀλλὰ τοὺς βοηθοῦντας τῷ ἀπελθόντι χρόνους δίδωσιν αὐτῷ, καὶ ἀνεπιφωνήτων τῶν χρόνων τρεχόντων ἀποκλείεται τῆς κινήσεως, καὶ τὸ τῆς ἡλικίας ἀτελὲς οὐδὲν αὐτῷ συμβάλλεται.“* — *Πεῖρα* tit. XX. §. 1. *„Συνίσταται πραγμάτων κοινωνία . . . . ὄντα τὰ πράγματα ἐν τοῖς τοιούτοις, καὶ οὐχ ὁ πλείονα τὴν κοινότητα ὠφελῶν τὸ μεῖζον μέρος ἀποφέρεται, ἀλλ' ἑκάτεροι ἐξ ἰσότητος πρὸς τὸν διαμερισμὸν ἐνέχονται.“* — *Πεῖρα* tit. XXV. §. 36. *„Οὐ δύναται ὁ ἀνὴρ ὑποτίθεσθαι τὴν πρὸ γάμου δωρεὰν ἢ τὴν προῖκα· ὡσαύτως οὐδὲ ἐκποιεῖν.“* Hic locus videtur esse summarium Novellae 61. ab incerto auctore profectum, in Basil. lib. XXIX. tit. 7. huic Novellae iam eo tempore, quo *Πεῖρα* scripta est, a librariis in Codicibus Basilicorum substitutum. — *Πεῖρα* tit. XLI. §. 13. *„Ἐάν τινα μὲν εἰς τὸ δίμοιρον τῆς οὐσίας μου ἐνστήσω κληρονόμον, ἕτερον δὲ εἰς τὸ τρίτον, κατὰ ἀναλογίαν τὰ χρέα δίδονται.“* — *Πεῖρα* tit. LVIII. §. 4. *„Τὸ παρὰ τοῦ διδαχθέντος προςτεθὲν πρόςταγμα ἀριθμεῖται εἰς τρία· εἰ δὲ πάντα προςέθηκε, καὶ ὁ μετ' αὐτὸν ἐν προςτίθησι.“* — *Πεῖρα* tit. LXI. §. 5. *„Καὶ δούλου ὑβρίσαντος ὁ δεσπότης ὑβρίζειν δοκεῖ καὶ ἐκ τῶν ἁμαρτημάτων τοῦ δούλου οἱ δεσπόται καταδικάζονται.“* Locus videtur esse epitome L. 17. §. 4. D. XLVII. 10. ab ea, quae in Basil. LX. 21. cap. 16. th. 5. exhibetur, diversa.

§. 5. Zachariaei de Lingenthal editio lib. XV — XVIII. Basilicorum et restitutio libri XIX.

III. Ioannes Nomophylax [24]). Modo hoc pleno nomine, in quo Nomophylax dignitatem significat, appellatur [25]), modo Ioannes [26]), modo simpliciter Nomophylax [27]). Inter Scholiastas Basilicorum recentiores aetate primus eorum esse videtur, qui eo tempore scripserunt, quo usus librorum iuris Iustinianei cessavit. Ceterum de eius vita et scriptis nihil constat; incertum adeo est, quo tempore vixerit. Fuerunt quidem, qui Alexio Comneno imperante, seculo igitur XI. exeunte et XII. ineunte eum vixisse arbitrarentur [28]). Sed haud dubie ante Alexium Comnenum vixit, cum Constantinum Nicaenum aetate praecedat [29]). Cum in uno scholio sententia Ioannis a Garidae sententia diversa memoretur, accipi potest, utrumque Iureconsultum aetate non multum distare, et vel Constantino vel Michaele Duca imperante vixisse [30]). Fragmenta, quae nomine Ioannis in Basilicorum scholiis leguntur, demonstrant optime doctrinam, quae tunc temporis obtinuit de mutua ratione librorum iuris Iustinianei et Basilicorum [31]). Speciem Basilicorum textum commentandi prae se ferens rationem fere unice habet librorum iuris Iustinianei, hoc est, commentariorum ad eos a Iureconsultis seculi sexti scriptorum [32]). Ante omnia notandum est, Ioannem indicasse, eo iam tempore, quo ad Basilica interpretanda accessit, Basilicorum textum ab interprete quodam ignoto esse mutatum. Re autem accuratius spectata, dubitare de veritate eius, quod Ioannes praedicavit, licet. Cuius dubitationis causae hae sunt. Novella 90. cap. 6. haec constituta sunt. Si testis servus esse dicitur, se autem liberum esse contendit, siquidem ingenuum, testimonium perhibet, quod tamen irritum fit, si in quaestione de statu servum eum esse apparuit; sin autem libertinum se esse dicit, instrumentum manumissionis proferre debet, eoque ostenso testimonium perhibet. Si in alia provincia se libertatem consecutum dicit, aut probationem in promtu non habere, idque specialiter iureiurando confirmavit, testimonium quidem eius chartae mandatur; nec vero testimonio eius is, qui eum testem produxit, uti potest, si manumissionis instrumentum non fuerit ostensum (Basil. lib. XXI. tit. 1. cap. 46.). In Sch. *Σημείωσαι* Basil. T. II. p. 424., quod est ex Theodori Breviario Novellarum desumtum, Theodorus sensum Novellae hoc modo reddidit. Si testis servus esse dicitur, ille autem se liberum esse contendit, siquidem a nativitate servus sit et testimonium perhibuerit, exceptione submovetur. Sin autem libertinus sit, ostendat manumissionem suam, aut iuret, se eam in promtu non habere. Et si testis adhibitus fuerit, neque ostenderit manumissionem suam, non est amplius admittendus. Ioannes merito observat, Theodorum, cum verba ἐκ γενετῆς ad servitutem, non ad libertatem retulerit, male intellexisse Novellam et absurdum dixisse, cum servitus divisionem non recipiat. Interpretationem Theodori igitur non putat admittendam; imo Theodorum eiusmodi absurditate vult liberare, et verba ἐστι δοῦλος post verba ἐκ γενετῆς ab ignoto interprete addita opinatur, additque: ὅπερ καὶ πολλαχοῦ τῶν Βασιλικῶν εὑρίσκεται, quod pluribus Basilicorum locis reperitur [33]). Etiamsi posuerimus, verum esse, quod hoc loco Ioannes de Basilicis in universum praedicat, scilicet additum iis esse a sequioris aevi hominibus, quod eis ab initio non fuerit contentum, hoc tamen loco verum non est, quod Ioannes affirmat, cum in ipso Breviario Novellarum Theodori revera legantur verba: ἐκ γενετῆς ἐστι

---

dixeram, hunc Garidae librum περὶ συμφώνων eundem esse cum meditatione de nudis pactis (μελέτη περὶ ψιλῶν συμφώνων) a Leunclavio in Iure Gr.-Rom. T. II. p. 192—202. edita, eamque coniecturam refutare studueram. Sed isti coniecturae ne locus quidem esse potest, cum peculiare opus Garidae περὶ συμφώνων non extet. 21) Zachariae de L. Delineatio §. 20. no. 9. p. 31. Mortreuil, Hist. du droit Byzant. T. I. p. 179. Uterque tamen sententiam suam retractavit. Cf. Mortreuil T. III. p. 323. not. a. 22) Schol. Basil. Heimb. T. V. p. 239. 23) Sch. *Τοῦ Νικαέως* Basil. T. II. p. 460. 503. 522. 24) Cf. Mortreuil l. l. T. III. p. 232—235. 471. 476. 25) Basil. Heimb. T. II. p. 390. 26) Basil. Heimb. T. I. p. 800. T. II. p. 27. 393. 396. 400. 457. 674. 711. 712. 715. T. III. p. 385. 448. 451. 758. T. IV. p. 83. 94. T. V. p. 448. 27) Basil. Heimb. T. I. p. 794. T. II. p. 13. 19. 20. 25. 52. 89. 93. 109. T. III. p. 424. 665. 735. T. IV. p. 59. T. V. p. 358. 361. 463. 28) Uti Assemani, Bibl. iur. Orient. lib. II. cap. XX. p. 415. 29) Ita verbi causa in Scholio Basil. Heimb. T. V. p. 463., quod Alexii Comneni tempore scriptum esse potest, adnotationes a Nomophylace scriptae laudantur. Memoria digna est Scholii in Basil. Heimb. T IV. p. 94. inscriptio: *Δωροθέου καὶ Ἰωάννου*. Scholium hoc est adnotatio Dorothei ad L. 3. §. 2. D. XXXV. 2. quam Ioannes suam fecisse et in νέαν παραγραφὴν mutasse videtur, unde nomen eius inscriptione Dorotheo iunctum est. 30) Cf. Mortreuil l. l. T. III. p. 476. 31) Cf. inprimis Mortreuil l. l. T. III. p. 232 sq. 32) Sic v. c. in Sch. *Ἰωάννου* Basil. Heimb. T. II. p. 680. laudatur Basil. lib. XXIV. tit. 9. cap. 2. th. 1. et ad illud secunda adnotatio, et th. 6. eiusdem cap. et tit. et ultima ad illud adnotatio. Haud dubie laudantur adnotationes ex libris Iureconsultorum seculi VI. excerptae, quae in Basilicorum Codice Paris. 1348 desiderantur. Cf. et Sch. *Ἰωάννου* II. p. 711. 715. In omnibus his scholiis veterum commentatorum mentionem non fecit, sed tota scholiorum indoles, adeoque verba artis retenta et nonnisi graecis literis scripta argumento sunt, Ioannem veterum commentariorum rationem habuisse. Melius id demonstratur Sch. *Ἰωάννου* Basil. II. 457., ubi Thalelaeus, Stephanus et Anonymus laudantur, et Sch. *Τοῦ Νομοφύλακος* II. 665., ubi pars τοῦ κατὰ πόδας laudatur, quae in scholiis antiquis continebatur, licet in Cod. Paris. 1348 non reperiatur, et mentio fit Athanasii et Theodori Hermopolitae ad Nov. 100. 33) Cf. Sch. *Τοῦ Νομοφύλακος* II. 424.

δοῦλος [34]), quae Ioannes ab interprete ignoto male addita putat. Ex quo manifestum est, Ioannem textum authenticum Breviarii Novellarum Theodori ad manus non habuisse, eχ eoque probabile fit, neque alios commentarios Iureconsultorum seculi sexti in eius fuisse manibus. Merito ergo dubitare licet, num vera sint, quae de mutationibus textus Basilicorum praedicat. Nolumus tamen huic loco insistere, cum magis de mutatione loci Theodori in Scholiis antiquis obvii, quam textus Basilicorum sermo sit. Alia exempla, quae Mortreuil protulit ad probandum, Ioannem mutationes textus Basilicorum iam sua aetate factas indicasse, non ad Basilica, sed ad textum Digestorum in commentariis Iureconsultorum seculi sexti explicatum sunt referenda. Sic in Sch. *Τοῦ Νομοφύλακος* II. 19. ad Basil. XIII. 1. cap. 18. th. 1. (L. 18. pr. D. XIII. 6.) dicitur: *ὅσον ἀπὸ τῶν πάλαι ῥητῶν, ἄμεινον ἦν οὕτω μᾶλλον γεγράφθαι· χρεωστεῖς κούλπαν, ὥςπερ ἐπὶ τῶν ἐνεχύρων καὶ τῶν προικιμαίων. μέμνησο δὲ, ὅτι ὁμοιώνυμος φωνὴ ἐστιν ἡ κούλπα, τοῦτο μὲν τὴν ἀκριβεστάτην ἐπιμέλειαν σημαίνουσα, τοῦτο δὲ τὴν μέσην ἐπιμέλειαν.* Mortreuil hoc loco verbis *ἀπὸ τῶν πάλαι ῥητῶν* textum Basilicorum primitivum significari putat, qui habuerit *κούλπαν*, cum in textu Basilicorum, quem Ioannes ante oculos habuit, positum fuerit *ἐπιμέλειαν*. Ego vero arbitror, verbis *ἀπὸ τῶν πάλαι ῥητῶν* significari veteres commentarios seculi sexti, hoc loco nominatim Cyrilli, qui habet (cf. Sch. *Κυρίλλ.* II. 19.): *τότε κούλπαν ἀπαιτεῖται, οἷαν ἐπὶ ἐνεχύρῳ ἢ προικιμαίοις πράγμασιν.* In Sch. *Τοῦ Νομοφύλακος* II. 20. ad Basil. XIII. 1. cap. 18. th. 9. (L. 18. §. 3. D. XIII. 6.) dicitur, *τὸ ῥητὸν* habere corruptum. *Τὸ ῥητὸν* hoc loco autem non significat textum Basilicorum, sed Digestorum, quorum cognitionem Ioannes habuit ex commentario Stephani, quem laudat. Ceterum ex hoc loco patet, Codice Coisl. 152 Scholia antiqua non integra contineri, cum adnotatio Stephani a Ioanne laudata in eo desideretur. Ad Basil. lib. XIII. tit. 2. cap. 24. (L. 24. D. XVI. 3.) Ioannes aliter Basilicorum textum componi et legi vult, quam reapse sese habet, et pro sua sententia provocat ad interpretationem dictae legis in indice Cyrilli et Stephani. Hoc tamen loco non contendit, nunc esse alium Basilicorum textum, atque ab initio fuit, sed nonnisi corrigere vult textum. Ceterum iam haec exempla, quae pluribus augeri possent, docent, quam diligenter Ioannes commentarios veteres adhibuerit. Adnotationes eius reperiuntur in omnibus Basilicorum Codicibus, qui glossam ordinariam exhibent. Nonnunquam a sequioris aetatis Scholiastis laudantur eius adnotationes [35]).

IV. Calocyrus Sextus [36]). Graece appellatur *Καλόκυρος Σέξτος* vel *Σέστος* [37]); interdum nonnisi *Καλόκυρος* [38]). Male Suaresius [39]) his duobus nominibus duas diversas putavit designari personas. Calocyrus fuit *ἀνθύπατος* [40]) et postea *δοὺξ* [41]). De aetate eius certi nil constat. Qui cum sub Alexio Comneno vixisse arbitrantur [42]), idoneam huius opinionis rationem proferunt nullam. Forma scholiorum eius et disputandi, qua utitur, ratio docent, eum paulo recentiorem esse Ioanne Nomophylace, et seculo XI. vixisse. Eo enim tempore, quo scripsit, usus librorum iuris Iustinianei necdum prorsus cessaverat. Nam in scholio quodam Calocyrus digestum (*τὸ δίγεστον*) Basilicis (*τῷ Βασιλικῷ*) opposuit [43]). Calocyrus nonnunquam, cum veteris iuris mutationes a Iustiniano factas tradit, perinde loquitur, ac si hae mutationes Basilicis essent posteriores. Sic verbi causa cum de bonorum possessione contra tabulas loquitur, quam Praetor patrono dedit contra libertum, dicit, ex iure veteri partem patrono debitam fuisse dimidiam, hodie vero esse tertiam [44]). Quamvis his verbis indicare videatur innovationem iuris Basilicis posteriorem, tamen ea intelligenda est iuris innovatio, quae facta est a Iustiniano in L. 4. C. VI. 4. constitutione ex Basilicis in Codicis editionibus restituta, cuius genuinae particula extat in Codice Veronensi. Similiter loquitur de Senatusconsulto Pegasiano a Iustiniano abrogato, quasi id non a Iustiniano, sed post eum in Basilicis factum sit [45]). Calocyrus Ioanni Nomophylaci in eo potest comparari, quod uterque speciem prae se ferens Basilica interpretandi, reapse ius Iustinianeum ante oculos habet. Calocyri adnotationes id docent, in quibus regulariter capitula (*κεφάλαια*) Basilicorum interpretari videtur [46]). Adnotationes Calocyri plures nonnisi Codice Parisiensi 1345 ad libros XXXVIII—XLII. Basilicorum continentur; una nonnisi reperitur in Codice Paris. 1345 (ad libr. XX—XXX.).

V. Patzus [47]). Scholia nomine huius Iureconsulti insignita quatuor in scholiis Basilicorum leguntur [48]), ac praeterea in uno scholio Patzus laudatur [49]). In scholio Patzi nomine insignito in Basil. Heimb. T. V. p. 767. Novella Constantini Porphyrogenetae laudatur. Nihilosecius Zachariae de L. dubitat, num Iureconsultus huius nominis extiterit et siglam, quae *παλαιὸς* significat, a Basilicorum editoribus male ita intellectam, ut *πατζὸς* denotet, arbitratur [50]). Sed Mortreuil Codice Paris. 1350 fol. 173. a. inspecto, ubi scholium Patzi nomine insignitum a Fabroto iam editum legitur, siglam ibi positam nonnisi ita, ut *τοῦ πατζοῦ* denotet, solvi posse probavit [51]). Nihilosecius Zachariae de L. post eam siglam in Codice Paris. 1350 conspicuam non *πατζὸς*, sed *πατέρος* vel *πατερινὸς* denotare eumque cum auctore Paratitlorum, qui vulgo Tipucitus audit, eundem esse contendit [52]). Sed cum etiam Tischendorfius, qui precibus meis motus hunc Codicem libri LX. Basilicorum denuo edendi causa contulit et maximam partem descripsit, siglas tribus scholiis a me recens editis praepositas *τοῦ πατζοῦ* solverit, de Iureconsulto huius nominis dubitari arbitror non posse. Unum est, quod etiamnunc dubitationem movere possit, usum dico articuli, qui no-

34) Zachariae *Ἀνέκδοτα* p. 91. 35) Cf. Sch. *Τούτων* Basil. Heimb. I. 794. Sch. *Κατὰ* II. 93. Sch. *Γυνὴ* II. 672. Sch. *Τοῦ αὐτοῦ* III. 56. Sch. 17. V. 358. Sch. 11. V. 361. Sch. *Τουτέστιν* V. 885. 36) Cf. Mortreuil l. l. T. III. p. 236. 237. 476 sq. 37) Basil. Heimb. T. III. p. 282. 38) Basil. Heimb. T. II. p. 389. T. III. p. 679. 778. T. IV. p. 40. 53. 69. 70. 94. 110. 122. 142. 194. 39) Notit. Basil. §. 42. 40) Basil. Heimb. T. III. p. 690. 696. 716. 720. 746. 749. 778. T. IV. p. 12. 23. 33. 75. 98. 120. 122. 129. 181. 41) Basil. Heimb. T. IV. p. 157. 181. 42) Sicuti Assemani, Bibl. iur. Orient. Lib. II. cap. X. no. 6. p. 402. Pohl ad Suaresii Notit. Basil. p. 136. Sententiam eorum ipse impugnavi in Diss. de Basil. origine p. 74. 43) Sch. *Καλοκύρου* Basil. Heimb. T. III. p. 282. secundum Cod. Paris. 1348. Mutilum hoc scholium extat in Cod. Laurent. LXXX. 11. 44) *Σὺ δὲ γνῶθι, ὅτι σήμερον τοῦτο τὸ μέρος τὸ τρίτον ἐστίν.* Sch. *Καλοκύρου* Basil. Heimb. T. IV. p. 53. 45) Sch. *Καλοκύρου* Basil. Heimb. T. IV. p. 129. 46) Cf. verbi causa Sch. *Καλοκύρου* Basil. Heimb. T. IV. p. 69. 75. etc. 47) Cf. Mortreuil l. l. T. III. p. 240—242. 247 sq. 48) Basil. Heimb. T. V. p. 716 sq. 751. 767. 795. Tria ultima scholia edita nuper sunt e Cod. Paris. 1350. 49) Sch. *Ἄξιον* Basil. Heimb. T. I. p. 35. e Cod. Paris. 1352 editum. 50) Cf. Heidelb. Jahrb. 1835. p. 1077. 51) Mortreuil l. l. p. 241. 52) Zachariae de L. Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1847. p. 596.

minibus propriis initio scholiorum nunquam praeponitur. Nec vero id tanti esse videtur momenti. De aetate, qua Patzus vixerit, certi nil potest proferri. Hoc nonnisi dubium non est, eum eo tempore scripsisse, quo usus librorum iuris Iustinianei nondum cessaverat. Laudantur enim ab eo, non solum Basilica, sed etiam loci iuris Iustinianei [53]). Itaque seculo XI. vindicandus esse videtur.

VI. Constantinus Nicaenus [54]). Graece appellatur *Κωνσταντῖνος ὁ Νικαεύς* [55]), saepissime simpliciter ὁ *Νικαεύς* [56]). Scripsit post Ioannem Nomophylacem, cuius sententiam refutavit [57]), et post Garidam, cuius *στοιχεῖα* saepius laudavit [58]). Certum est, ante Alexium Comnenum eum vixisse. Nam in scholio quodam [59]) mentionem fecit loci Basilicorum, quo ei, qui ad libertatem provocavit, necessitas probandi libertatem imponitur, nec vero Novellae Alexii Comneni anni 1095, qua plura ac nova hac de re cauta sunt [60]). Ex quo simul patet Gregorium Doxapatrem, qui Ioanne Comneno imperante (1118—1143.) scripsit, vixisse. Cui convenit etiam ordo, quo scholia ipsius et Gregorii collocantur [61]). Obstare quidem his, quae de aetate Constantini diximus, videtur scholium, in quo Stephanum praeceptorem suum (*ὁ διδάσκαλος ἡμῶν*) appellavit [62]). Sed cum Stephanus quinque seculis ante vixerit, disciplina eius Constantinus uti non potuit: eo, quod Stephanum praeceptorem appellavit, designare voluit, se multa ex eius scriptis didicisse [63]). Omnino Stephanum valde imitatus est [64]), ideoque videtur eum praeceptorem appellasse. Verus eius praeceptor fuisse videtur Garidas, ut, cum de hoc disseruerimus, vidimus. Ex locis, quos laudavit, apparet, eum ad manus habuisse Institutiones vel potius Theophili paraphrasin [65]), collectionem CLXVIII Novellarum [66]) et Garidae *στοιχεῖα* [67]). Utrum Digestorum et Codicis cognitionem, nisi per Scholia antiqua, non habuerit, ex ratione laudandi locos horum librorum certo cognosci non potest. Quamvis enim nonnunquam ratione laudandi hos libros ante Basilica consueta utatur [68]), hanc tamen ex Scholiis antiquis depromere potuit. Iureconsultos seculi sexti non raro laudat, tam nominatim, veluti Stephanum [69]), Thalelaeum [70]) et Theodorum [71]), quam in genere nomine *τῶν παλαιῶν* [72]). Ipse suas adnotationes *σχόλια* appellat atque hoc nomine (*ἡμέτερον σχόλιον*) laudare consuevit [73]). Tam hoc, quam illud, quod primus inter Scholiastas Basilicorum recentiores Constantinus Iureconsultos seculi sexti nomine *τῶν παλαιῶν* laudare solet, quod utrumque neque a Calocyro Sexto, neque ab Ioanne Nomophylace factum est, indicat studii iuris innovationem; cui si adiecerimus, Constantini adnotationes media in glossa ordinaria, qua de paulo infra sermo erit, esse scriptas [74]), Constantinus inter recentioris scholae, quae Basilica unica pro fonte studii iuris habuit, socios numerandus est [75]). Ceterum haec innovatio pretium adnotationum eius non deminuit, quippe quarum ex studio appareat, eum veteribus interpretibus non esse postponendum. Inter scholia Constantini unum a Fabroto [76]) sic redditur: *Σχόλιον Νικαέως εἰς τὸ προγραφὲν σχόλιον, ἔνθα τὸ ✝ σημεῖον. Μᾶλλον κ. τ. λ.* Difficile est, explicare, quid Scholiastes dicere voluerit, cum locus reperiatur nullus, ubi signum crucis fuerit repetitum. Mortreuil inspecto Codice Paris. 1350 putat, designari his verbis „Scholium Nicaeni, quod ponendum est loco scholii, ubi signum ✝ apparet"; cum autem hoc signum reperiatur ante vocem *κληρονόμοι* capitis 1. tit. 11. lib. LX. Basil., spectari scholium *εἰ μὴ γένοιτο προκάταρξις* (Sch. c. Fabr. T. VII. p. 275.) [77]). Ut haec sint, comparatio dicti scholii Constantini cum scholio Ioannis Nomophylacis (Sch. g. Fabr. T. VIII. p. 276. Heimb. T. V. p. 448.) docet, Constantinum voluisse Ioannis sententiam emendare. Ioannes enim dicit, cum heres adierit et fur post aditam hereditatem rem detineat, etiamnunc furem furtum videri committere, ideoque recte in eum furti agi, agi autem non iure testatoris, quasi is quaesierit eam actionem, cum locus illi actioni ex iure testatoris motae non sit ob litem ab eo non contestatam; sed agi iure heredis, quasi nunc ei videatur furtum fieri. Quam enunciationem Ioannis corrigens Constantinus in Scholio, quod inscriptum est *Σχόλιον Νικαέως κ. τ. λ.* dicit: Imo potius iure testatoris heres furti agit etc. Cuius sententiae rationes cum in sequentibus reddiderit Constantinus, quidquid Mortreuil contradicat, dubitari nequit, hoc scholio scholium Ioannis emendari. — Permultae adnotationes Constantini extant in Codice Paris. 1348 (lib. XX—XXX.) ad libros XXI—XXIII. Basilicorum, pauciores in Codice Coislin. 152 (lib. XI—XIV.) et Paris. 1350 (lib. LX.). Ego vero sentio, praeter scholia Constantini Nicaeni nomine insignita, longe plura ei esse tribuenda. Constantinus enim certis loquendi formulis utitur, quae etiam in aliis scholiis, quae nomen eius in fronte non habent, leguntur, veluti his: *ἀνάγνωθι βιβ. . . . ὅ φησιν, ζήτει βιβ. . . . ὅ φησιν, ἀνάγνωθι* vel *ζήτει τὴν ἐκεῖ* vel *ἐκεῖσε παραγραφὴν, τὸν ἐκεῖ* vel *ἐκεῖσε παλαιὸν, μή σοι ἐναντιωθῇ, θεμάτισον, τοῦτο νόησον, ἀφ' οὗ μάθῃς, ἀνάγνωθι τὸν παλαιὸν, ὡς βιβ. . . . ὑπέξελε, ἀνάγνωθι* vel *ζήτει παραγραφὴν ἀναγκαίαν οὖσαν.* Hanc ob

---

53) Sic in Schol. Basil. Heimb. T. V. p. 717. praeter Basilicorum locos citatur const. 29. tit. 9. lib. 9. Codicis, licet revera designetur Nov. 134. cap. 10. 54) Cf. Mortreuil l. l. T. III. p. 237—239. 478—480. 55) Basil. Heimb. T. I. p. 709. 770. T. II. p. 672. 56) Nomine *Τοῦ Νικαέως* insignita sunt Scholia in Basil. Heimb. T. II. p. 439. 441. 444. 447. 449. 450. 459. 460. 461. 463. 465. 468. 469. 470. 472. 474. 478. 480. 481. 482. 484. 489. 491. 492. 495. 496. 505. 517. 520. 529. 530. 535. 537. 538. 549. 551. 552. 553. 560. 566. 573. 575. 576. 577. 580. 581. 582. 589. 594. 606. 612. 613. 621. 625. 661. 684. 688. 698. 714. 729. T. III. p. 180. T. V. p. 446. 448. 57) Basil. Heimb. T. II. p. 393. 394. 58) Basil. Heimb. T. II. p. 460. 503. 522. 59) Basil. Heimb. T. II. p. 491. 60) Cf. Zachariae de L. Ius Gr.-Rom. P. III. Coll. IV. Nov. XXXV. p. 401 sq. 61) Basil. Heimb. T. I. p. 580. 62) Basil. Heimb. T. II. p. 576. 63) Hoc iam vidit Reitz, Exc. XX. ad Theoph. p. 1245. 64) Sic formulis loquendi Stephano consuetis uti solet, verbi causa: *μὴ ἐναντιωθῇ σοι* (Basil. Heimb. T. II. p. 450. 478. 576. 577. 581. 613. 698.), *πρόσοχες* (Basil. Heimb. T. II. p. 468.), *ὑπέξελε* (Basil. Heimb. T. II. p. 496. 521.), *σημείωσαι* (Basil. Heimb. T. II. p. 538.), *θεμάτισον* (ibid. T. II. p. 550. 553.), *τοῦτο νόησον* (ibid. T. II. p. 582.), *καλῶς* (ibid. T. II. p. 449.), *ἀφ' οὗ μάθῃς* (ibid. T. II. p. 460.), *τυχὸν* (ibid. T. II. p. 537.). 65) Cf. Sch. *Τοῦ Νικαέως* Basil. Heimb. T. II. p. 460. 469. 472 66) Cf. Sch. *Τοῦ Νικαέως* Basil. Heimb. T. II. p. 484. 489. 67) Cf. Sch. *Τοῦ Νικαέως* Basil. Heimb. T. II. p. 460. 503. 522. 68) Sic laudat *βιβ. γ'. τῶν πρώτων ἐν τῷ β'. τιτ.* in Sch. Basil. T. II. p. 459.; cap. ult. tit. 40. lib. 8. Codicis in Sch. Basil. T. II. p. 496.; lib 4. Codicis tit. 21. const. 20. in Sch. Basil. T. II. p. 517. 69) Cf. Sch. *Τοῦ Νικαέως* Basil. Heimb. T. II. p. 576. 70) Cf. Scholia Basil. T. II. p. 447. 459. 528. 672. 71) Cf. Scholia Basil. T. II. p. 661. 672. 72) Cf. Scholia Basil. T. II. p. 444. 460. 492. 495. 537. 560. 580. 73) Cf. Scholia Basil. T. II. p. 460. 621. 74) Cf. Basil. Heimb. T. I. p. 661. T. II. p. 77. 75) Mortreuil l. l. T. III. p. 238. 76) Sch. f. Basil. Fabr. T. VII. p. 276. Heimb. T. V. p. 448. 77) Mortreuil l. l. p. 238. 239.

causam alia etiam scholia ad lib. XXI—XXIII. Constantino tribuenda censeo [78]). Eadem causa est, cur plura scholia ad librum LX., quam quae Constantini Nicaeni nomen praefixum habent [79]), ei vindicaverim. Licet enim Hagiotheodorita similibus loquendi formulis cum Constantino uti consueverit, tamen eius nomen scholiis semper praepositum est. Itaque haud scio, an pleraque scholia recentiora prima manu in Codice Paris. 1350 scripta, quae Hagiotheodoritae nomen in fronte non habent, Constantino sint vindicanda. Ita verbi causa Constantino ea scholia tribuerim, in quibus fontes iuris canonici, veluti canones conciliorum, sanctorum patrum laudantur, cum et ille nonnunquam canones allegaverit [80]). Idem existimaverim de his scholiis, in quibus Novellae Imperatorum inde a Leone laudantur, cum Constantinus eiusmodi Novellas allegare consueverit [81]).

VII. **Gregorius Doxapater** (**Gregorius Nicaenus**) [82]). Licet quidam existimaverint, nominibus Gregorii Doxapatris diversas designari personas [83]), nonnisi est unus Iureconsultus, qui hoc nomine appellatur. Causa erroris haec fuit, quod in Basilicorum scholiis alia extant nomine Gregorii, alia nomine Doxapatris insignita. Auctor autem horum scholiorum idem est, ut ex his apparet. Ad Basil. lib. XI. tit. 1. cap. 10. scholium extat Gregorii memoratu dignum de differentia actionum [84]), quod a posterioribus Scholiastis saepius laudatur [85]), praecipue ad Basil. lib. LX. tit. 1. cap. 5., ubi recentior Scholiasta Basil. lib. XI. tit. 1. cap. 10. cum Scholio laudat idque Gregorio Doxapatri tribuit [86]). Item ad Basil. lib. LX. tit. 36. cap. 18. extat scholium Gregorii nomine insignitum [87]), quod a recentiore Scholiasta ad eundem Basilicorum locum Doxapatri tribuitur [88]). Dubium ergo non est, quin Gregorius Doxapater ad Basilica adnotationes scripserit. Id tamen notandum est,

78) Huc pertinent Sch. *Κωλύεται* Basil. Heimb. II. 384. Sch. *Ἐξκουσσατεύεται, Καὶ γάρ, Οὐ μόνον* ibid. 385. Sch. *Οὐ πάντοτε, Διότι* 386. Sch. *Φίλους* 388. Sch. *Καὶ ὁ* 390. Sch. *Ζήτει* 392. Sch. *Ἀνάγνωθι* 393. Sch. *Ἀνάγνωθι* 394. Sch. *Κυρίλλου* a v. *μὴ σοι δόξῃ* 396. Sch. *Ἀνάγνωθι* 397. Sch. primum *Ζήτει* 398. Sch. *Οὔτε* a v. *Ἄλλος* 399. Sch. *Τουτέστι* 401. Sch. *Ὥστε* et *Λέγουσι* 403. Sch. *Ὑπέξελε* 404. Sch. *Πολλὰ* et *Νομίζω* 405. Sch. *Εἰ γὰρ* a v. *ἀνάγνωθι* et Sch. *Τὸ κατὰ πόδας* a v. *περὶ τῶν κοινωνησάντων* 406 Sch. 1. a v. *ἀνάγνωθι βιβ. ξ'.* 409. Sch. *Πρόσσχες, Σημείωσαι* a v. *καὶ ἀνάγνωθι, Ὁ Ἀνατόλιος, Εἰ δὲ* 410. Sch. *Ζήτει* 411. Sch. *Τυχὸν, Ἰστέον, Ὁ ὑπογράψας* 412 Sch. *Νομίζω* 414. Sch. *Ὁ ἀγοράσας* 417. Sch. *Ζήτει* 418. Sch. *Εἰ μὴ* 419. Sch. 25. a v. *καὶ ἀνάγνωθι* 425. Sch. *Ἀνάγνωθι, Μὴ θαυμάσῃς, Διαφορὰ, Καλῶς, Ἐπὶ* 429. Sch. 15. a v. *καὶ ζήτει* 430. Sch. *Ἀνάγνωθι* 431. Sch. *Μὴ ἐναντιωθῇ* 436. Sch. *Κινηθέντος, Φησὶ, Οὐχ* 436. Sch. *Φησὶ, Μήπω, Ζήτει* 437. Sch. 3. in fine a v. *ζήτει* 438. Sch. *Καθ' οὗ, Ἀλλ' ἀπὸ* 439. Sch. *Ζήτει* 440. Sch. *Ζήτει* 441. Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ.* a v. *ἤτοι* 441. Sch. *Τοῦ Ἀνων.* a v. *ζήτει* 442. Sch. *Εὐλόγως* a v. *φησὶ* 444. Sch. 2. a v. *ἀνάγνωθι βιβ. ξ'.* 445. Sch. *Τουτέστιν, Ζήτει* 446. Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ.* a v. *φησὶν ὁ Στέφανος* 448. Sch. *Σημείωσαι* 448. Sch. *Ἐν δικαστηρίῳ* 450. Sch. *Ἤρεσεν* a v. *ζήτει* 451. Sch. *Φυλακὴν, Φησὶ* 452. Sch. *Ἀνάγνωθι, Περὶ* 453. Sch. *Φησὶ* 454. Sch. *Ἀνάγνωθι, Ζήτει* 455. Sch. *Πρὸς, Ἀνάγνωθι* 456. Sch. *Ἀνάγνωθι* 458. Sch. *Ζήτει* 463. Sch. *Εἰ μὴ* 464. Sch. *Ἤγουν* 465. Sch. *Ζήτει* 466. Sch. *Ζήτει, Ἀνάγνωθι* 467. Sch. *Σημείωσαι* 469. Sch. *Ζήτει* 470. Sch. *Ζήτει* 471. Sch *Ἀνάγνωθι* 472. Sch. *Ζήτει* 474. Sch. *Καλῶς* 478. Sch. *Ζήτει, τῆς εὐτελοῦς, Ἐρώτησις, Ζήτει.* 481. Sch. *Πρωτότυπον, Ζήτει* 482. Sch. *Οἷον* 483. Sch. *Ζήτει* 484. Sch. *Ὁ Ῥωμανὸς* 485. Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* a v. *ἀνάγνωθι* 486. Sch. *Ἀνάγνωθι* u. a. v. *χρεώσταις, Σημείωσαι* 486. Sch. *Ζήτησις* 487. Sch. *Τέως* 490. Sch. *Τοῦτο* 493. Sch. *Θεοδ.* a v. *ζήτει* 495. Sch. *Καλῶς* 496. Sch. *Σημείωσαι* 497. Sch. *Τουτέστι, Σημείωσαι* 498. Sch. *Τοῦτο* 499. Sch. *Καλῶς, Τοῦ* 502. Sch. *Πρόσσχες* 507. Sch. *Ἀνάγνωθι* 508. Sch. *Σημείωσαι* 509. Sch. *Λέγοντος* 521. Sch. *Τὴν* 522. Sch. 7. 8. 10. 524. Sch. 11—14. 525. Sch. 15. a v. *ζήτει* 525 sq. Sch. *Τί γὰρ* 526. Sch. 1. 526. Sch. *Ὁ βολουντάριος* 528. Sch. *Ζήτει* 529. Sch. *Ζήτει, Οἱ κληρονόμοι* 531. Sch. *Σημείωσαι* 532. Sch. *Οἶμαι* 533. Sch. *Οἶμαι, Εἰ μὲν* 536. Sch. *Κατὰ* a v. *ἀνάγνωθι* 540. Sch. *Εἰ μὴ* u. a. v. *παραγραφῇ* 543. Sch. *Καὶ* 545. Sch. *Κυρίλλου* a v. *σημείωσαι* 548. Sch. 16. a v. *ἀνάγνωθι* 553. Sch. *Ἐκ τῆς* 554. Sch. *Σημείωσαι* 557. Sch. *Ἐπὶ* 558. Sch *Σημείωσαι* 561. Sch. *Φησὶ* 564. Sch. *Μὴ, Θαλελαίου* a v. *ζήτει* 567. Sch. *Ἀνάγνωθι* 568. Sch. *Ἐρώτησις, Ζήτει* 570. Sch. *Τυχὸν* 571. Sch. *Τούτου* 573. Sch. 11. a v. *ζήτει* 573. Sch. *Σημείωσαι* 575. Sch. *Τῷ ἐν λίτεμ* 577 sq. Sch. 1. 2. 3. 584 sq. Sch. Si certum, *Τοῦτ' ἔστι* 586. Sch. *Διὰ, Τοῦτο* 592. Sch. *Τυχὸν, Ἀνάγνωθι* 593. Sch. *Τέως* in fine a v. *ζήτει* 595. Sch. *Κονδικτίκιος* 596. Sch *Τὸ κατὰ, Ποτὲ* 600. Sch. *Κυρίλλου* a v. *ἀνάγνωθι* 602. Sch. *Σημείωσαι* 602. Sch. *Σημείωσαι, Εἰ γὰρ* 603. Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* a v. *ζήτει* 604. Sch. *Τοῦ, Κυρίλλου* a v. *ζήτει* 605. Sch. *Οὐ διὰ* 606. Sch. *Ἰδίῳ, Ἄλλην, Ζήτει, Τουτέστιν, Εἰ δὲ* 607. Sch. *Πρόσσχες, Σημείωσαι* 608. Sch. *Εἰ δὲ, Ἁρμόττει* 609. Sch 6. *Ἤγουν* 610. Sch. *Οὐκ* 612. Sch. *Τοῦτ' ἔστιν* a v. *ἀνάγνωθι* 613. Sch. *Ζήτει, Ὁμοίως* 614. Sch. *Καὶ μὴ* 615. Sch. *Ὥσπερ, Μὴ ἐναντιωθῇ* 616. Sch. *Ἀνάγνωθι, Διὰ, Εἰ μὲν* 617. Sch. *Τινὲς, Πρόσσχες* 618. Sch. *Ζήτει* 619. Sch. *Ἀνάγνωθι* 620. Sch. *Σημείωσαι* 621. Sch. *Ζήτει, Δηλονότι, Πάνυ* 623. Sch. *Ἀνάγνωθι* 625. Sch. *Ὅρα, Τὶ γὰρ, Σημείωσαι, Τοῦτο, Ἐμὸν, Εἰπὼν, Ἤγουν* 626. Sch. *Ζήτει* 627. Sch. *Ἐπειδὴ, Τῷ ἀπὸ, Ἐπὶ* 628. Sch. *Ζήτει* 629. Sch. *Ζήτει* 630. Sch. *Ζήτει βιβ. ια'.* 631. Sch. *Ζήτει, Τοῦ Ἀνωνύμου* a v. *ἀνάγνωθι* 632. Sch. *Ζήτει* 635. Sch. *Τοῦτο* a v. *ζήτει* 636. Sch. *Οὐ γὰρ, Διὰ τί* 637. Sch. *Εἰπὼν* 638. Sch. *Διότι, Ἐν πολλοῖς, Τοῦτ' ἔστιν* 639. Sch. *Ἀνάγνωθι* 640. Sch. *Νομίζω* 641. Sch. *Καὶ* 642. Sch. *Αὕτη, Ἐν δὲ* 643. Sch. *Ὅρα, Εἰ μέντοι* 651. Sch. *Ζήτει, Ἐντὸς, Ἐντεῦθεν, Οὗτος, Ζήτει* 654. Sch. *Ζήτει, Ὡς, Ζήτει* 655. Sch. *Ζήτει, Διότι* 656. Sch. *Σημείωσαι* 657. Sch. *Πρόσσχες, Τοῦτο* 658. Sch. *Ὡς, Τὸν, Εἰ γὰρ, Ἀντὶ* 659. Sch. *Καὶ* 660. Sch. *Καὶ ταῦτα* 661. Sch. *Οἷον* a v. *συνάδει, Τοῦτο, Δηλονότι* 662 Sch. *Τί, Καὶ, Τὸν, Ἐπὶ τοῦ* 663. Sch. *Οἶμαι, Τὸ γὰρ* 664. Sch. *Σημείωσαι, Λέγουσα, Φησὶ, Ἢν ποιεῖ, Ἐπεὶ* 665. Sch. *Σημείωσαι, Ἐν ᾗ, Οὐ μεγάλην, Σημείωσαι, Καὶ* 666. Sch. *Πᾶς, Ζήτει, Σημείωσαι* 667. Sch. *Ζήτει* 669. Sch. *Ἴσθι, Ἀνάγνωθι, Ὅρα, Περὶ* 670. Sch. *Τὶ γὰρ, Ὡς, Οὐκ* 671. Sch. *Εἰ δὲ, Ἀνάγνωθι* 672. Sch. *Ὅρα, Ἡ περὶ* 674. Sch. *Ὁμοίως, Ζήτει, Σημείωσαι* 676. Sch. *Τυχὸν* 679. Sch. *Τοῦτο, Ἐξεταστικαὶ* 680. Sch. *Ζήτει* 681. Sch. *Ὡς* 682. Sch. *Ὁ γὰρ* 683. Sch. *Διὰ, Καλῶς, Μὴ ἐναντιωθῇ* 684. Sch. *Καὶ* 685. Sch. *Ὁ ἐναγόμενος, Ὅρα* 690. Sch. *Ὅρα, Ἔστι* 691. Sch. *Ἀνάγνωθι* 692. Sch. *Οὐ καλῶς* 693. Sch. *Κἂν, Σημείωσαι* 695. Sch. *Οὐκ, Οὕτω* 697. Sch. *Σημείωσαι* 698. Sch. *Ἀνάγνωθι* 699. Sch. *Καλῶς, Μὴ ἐναντιωθῇ* 700. Sch. *Εἰ γὰρ* 702. Sch. *Ζήτει, Κανὼν* 703. Sch. *Ὅταν, Τουτέστιν* 704. Sch. *Ζήτει* 705. Scholia *Ἀνάγνωθι* 706. Sch. *Ἀλλὰ, Ζήτει* 707. Sch. *Τοῦτο* 708. Sch. *Ἀνάγνωθι* 709. Sch. *Τάξιν* 712. Sch. *Ἐφ' ὧν* 714. Sch. *Ὁ δὲ* 721. Sch *Οὐκ εἶπε* 724. Sch. *Μὴ ἐναντιωθῇ* 726. Sch. *Ἀνάγνωθι* 733. — Dubitari potest, num ex scholiis recentioribus ad Basil. lib. XXIII. tit. 4. ed. Heimb. T. II. p. 735—741. quaedam Constantino tribuenda sint, cum ne unum quidem scholium eius nomine sit insignitum. Sch. *Ζήτει* T. II. p. 736., in quo sententia quaedam Ioannis Nomophylacis reiicitur, haud scio an Constantino tribui possit. 79) Cf. Scholia *Τοῦ Νικαέως* Basil. Heimb. T. V. p. 446. 448. 735. 80) Veluti canones S. Basilii in Sch. *Τοῦ αὐτοῦ* (Nicaeni) Basil. Heimb. T. II. p. 566. 81) Sic in Sch. *Τοῦ Νικαέως* T. II. p. 560. Novella Leonis 99. laudatur hoc modo: *Καὶ ἡ ϙθ'. νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου ἀκολούθως τῷ παρόντι νόμῳ νομοθετεῖ.* Similiter laudantur Nov. Leonis 18. (Sch. *Ἕτερον* Basil. Heimb. T. III. p. 156.). 19. (Sch. 2. I. 658.). 32. (Sch. 2. I. 705.). 34. (Sch. 1. V. 898.). 35. (Sch. 3. V. 899.). 48. (Sch. *Τοῦ Ἐναντ.* II. 399.). 49. (Sch. *Ὁμοίως* II. 424.). 59. (Sch. 28. III. 178.). 60. (Sch. *Ἀνάγνωθι* V. 878.). 61. (Sch. 1. V. 652.). 66. (Sch. 1. V. 826.). 67. (Sch. V. 868.). 70. (Sch. 11. V. 273.). 77. (Sch. 8. V. 799.). 96. (Sch. 10. V. 649.). 105. (Sch. 3. V. 820.). Novellae Constantini Porphyrogenetae laudantur in Sch. 2. V. 763. Sch. 6. V. 764. Sch. 6. V. 765. Sch. *Τὸν γὰρ* V. 768 sq. Sch. 4. 859. Novella Basilii Porphyrogenetae laudatur in Sch. *Προφάσει* V. 832. 82) Cf. Mortreuil l. l. p. 239 sq. 483—485. 83) Hoc sensit Suaresius, Notit. Basil. ed. Pohl. §. 43. not. *s.* p. 139. 84) Basil. Heimb. T. I. p. 580. 85) Basil. Heimb. T. V. p. 387. 450. 497., quibus locis omnibus Doxapater auctor scholii laudati esse dicitur. 86) Basil. Heimb. T. V. p. 231. 87) Basil. Heimb. T. V. p. 712. 88) Basil. Heimb. T. V. p. 713.

adnotationes, ex libris eius in Basilicorum scholiis excerptas, semper nonnisi Gregorii nomine designari [89]), a posterioribus autem Scholiastis Doxapatri tribui [90]). Auctor esse dicitur etiam Nomocanonis Imperatoris Ioannis Comneni iussu confecti [91]), cui titulus est: *Νομοκάνονον* (sic) *σὺν θεῷ περιέχον συνοπτικῶς ὅλους τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν ἑπτὰ συνόδων, καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ τοῦ μεγάλου βασιλείου, καὶ ἑτέρων θεοφόρων πατέρων ἑρμηνευθὲν προτροπῇ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ, παρὰ τοῦ λογιωτάτου διακόνου τῆς τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας καὶ νομοφύλακος τῆς τῶν ῥωμαίων βασιλείας πατριαρχικοῦ νοταρίου καὶ πρωτοπροέδρου τῶν πρωτοσυγκέλλων Δοξαπάτρῃ* [92]). Quod nomine Doxapatris hic Nomocanon inscribitur, causa est, cur Scholiastae nostro hic etiam haud immerito tribuitur. Cum Ioannes Comnenus, cuius iussu Nomocanon confectus est, anno 1118. usque ad annum 1143. imperaverit, Gregorius noster seculo undecimo medio vixit. Fuit, uti ex Nomocanonis inscriptione apparet, Diaconus Ecclesiae Constantinopolitanae, Nomophylax, Notarius Patriarchae et *πρωτοπρόεδρος τῶν πρωτοσυγκέλλων*. Ceterum probabile est, quod et Mortreuil [94]) coniecit, Gregorium nostrum eundem esse cum Gregorio Nicaeno (*Γρηγόριος Νικαεύς*), cuius commentarium ad Novellam Iustiniani 131. Codex Novellarum Bononiensis nobis servavit, ab Heimbachio iun. nuper editum [95]). Quae coniectura si vera est, Gregorius noster Nicaeam patriam habuit.

VIII. Hagiotheodorita [96]). Nomen Hagiotheodoritae in variis monumentis proditum est. Difficile est definire, cui ex pluribus illis personis, quae nomen Hagiotheodoritae habent, tribuenda sint scholia ad lib. LX. Basilicorum permulta, nomine Hagiotheodoritae insignita [97]), quem auctor, ut videtur, glossae ordinariae ad Basilica confectae praeceptorem suum appellat [98]). Theodorus Prodromus, qui seculo XII. scripsit, vitam cuiusdam Constantini Hagiotheodoritae conscripsit [99]). Quem non esse Hagiotheodoritam illum, qui ad Basilica scholia scripsit, patet ex eo, quod si spectaveris tempus, quo vixit, non potuit habere discipulum Scholiastam, qui seculo XIII. scripsit [100]). Theodorus Balsamon in commentario ad Photii Nomocanonem [101]) mentionem fecit Nicolai Hagiotheodoritae, metropolitae Atheniensis tempore Lucae Patriarchae, qui summam hanc dignitatem Manuele Comneno imperante (a. 1155—1169.) obtinuit. Hunc Nicolaum Hagiotheodoritam egomet ipse cum aliis inter Scholiastas Basilicorum retuli [102]). Diversus ab eo est Nicolaus Hagiotheodorita, qui et ipse metropolitae dignitate Constantino Duca imperante (anno 1059—1067.) ornatus erat, cuius mentio fit in Codice Vindobonensi hist. gr. 34. [103]). Cuius si aetatem, qua vixit, spectaveris, dubium non est, quin non potuerit habere discipulum Scholiastam Basilicorum seculo XIII. viventem. Quamvis operum Hagiotheodoritae, quae ad ius civile spectant, memoria non extet, nisi scholiorum ad Basilica eius nomine insignitorum, tamen magis probabile est, haec scholia a Michaele Hagiotheodorita, Logotheta Dromi, cuius in subscriptionibus quatuor Novellarum Imperatoris Manuelis Comneni anni 1166. mentio facta est [104]), esse profecta, quam a Nicolao Hagiotheodorita, metropolita Atheniensi, cuius officium iuris civilis cognitionem eatenus nonnisi exigebat, quatenus ad ecclesiam spectabat [105]). Balsamon Nicolaum et Michaelem, Hagiotheodoritas, bene distinxit; nam in scholiis ad can. A. Syn. Constantinop. locutus est de Michaele Hagiotheodorita, Logotheta Dromi, quem ante annum 1177. supremum diem obiisse ex eo patet, quod Balsamon, qui commentarium ad Photii Syntagma canonum ante hunc annum conscripsit, eum *μακαρίτην* appellavit [106]). Fabricius [107]) epistolam de morte Hagiotheodoritae ab amico eius scriptam publici iuris fecit, quam I. C. Wolf in bibliotheca Bodleiana descripserat. Quae epistola num ad Hagiotheodoritam Basilicorum Scholiastam referenda sit, dubitari potest [108]). Hagiotheodorita nonnisi librum LX. Basilicorum videtur esse commentatus, cum ad hunc duntaxat librum scholia nomine eius insignita reperiantur [109]). In versione libri LX. a Cuiacio edita unum scholium in fronte habet nomen Theodoriti, cum Fabrotus in editione Basilicorum T. VII. p. 337. nomen habeat abbreviatum *Θεοδωρ.* Zachariae de L. Theodoritam et Hagiotheodoritam diversas putavit esse personas [110]); Mortreuil autem probare studuit, utroque nomine unam nonnisi personam, et quidem Hagiotheodoritam, designari [111]). Cum Hagiotheodoritae nomen saepissime scholiis in Codice Paris. 1350 praefixum sit, Theodoritae autem auctore Mortreuil uno tantummodo loco, in

---

89) Basil. Heimb. T. I. p. 556. 580. 586. 719. 758. 786. T. II. p. 405. T. V. p. 712. 90) Basil. Heimb. T. I. p. 598. T. II. p. 708. T. V. p. 387. 450. 454. 497. 513. 91) Pohl ad Suaresii Notit. Basil. p. 139. not. *δ.* Heimbach. de Basil. origine p. 81. Zachariae, Delineatio p. 59. 83. 92) Cf. de hoc Nomocanone Mortreuil l. l. T. III. p. 411 sq. 94) Mortreuil l. l. T. III. p. 484. 95) Cf. Heimbach iun. *Ἀνέκδοτα* T. I. p. 249. 96) Cf. Mortreuil l. l. T. III. 242—245. 486—488. 97) Pleno nomine *Τοῦ Ἁγιοθεοδωρίτου* inscriptum est scholium in Basil. Heimb. T. V. p. 299. Etiam in scholio T. V. p. 735. a discipulo quodam eius profecto appellatur *Ἁγιοθεοδώριτος*. Pleraque scholia ita inscripta sunt: *Τοῦ Ἁγιοθεοδωρ.* vel *Τοῦ Ἁγιοθεοδ.* 98) Cf. Sch. Basil. Heimb. T. V. p. 735. 99) Cod. Vatican. 305. fol. 81. B. *Μονῳδία εἰς τὸν Ἁγιοθεοδωρίτην κῦρον Κωνσταντῖνον.* — La Porte du Theil, mémoires et extraits des manuscrits de la Bibl. Roy. VIII. p. 156. 100) Mortreuil l. l. T. III. p. 486. 101) Tit. XIII. cap. 2. in Voelli et Iustelli, Bibl. iur. canon. T. II. p. 1081. Rhalli et Potli Coll. can. T. I. p. 281. 102) Pohl ad Suaresii notit. Basil. §. 43. p. 139. Heimbach, de Basilicorum origine p. 83. 103) Cf. Zachariae de L. Ius Gr.-Rom. P. III. p. 323. not. 1. 104) Cf. Zachariae de L. Ius Gr.-Rom. P. III. Coll. IV. Nov. LXVI. LXVII. LXVIII. LXIX. 105) Cf. Zachariae, Delineatio p. 63. not. 33. Mortreuil l. l. T. III. p. 487. 106) *Τοῦ μακαρίτου .... καὶ λογοθέτου τοῦ δρόμου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Ἁγιοθεοδωρίτου* p. 558. edit. Paris. 1620. 107) Bibl. Graec. T. XII. p. 483 sq. 108) Ad Hagiotheoditam Iureconsultum referre hanc epistolam videtur Zachariae, Delineatio §. 35. no. 18. p. 59. Dubitationes movit Mortreuil l. l. T. III. p. 488. 109) Hagiotheodoritae nomen in fronte haec scholia habent in Basil. ed. Heimb. conspicua: T. V. p. 232. 234. 236. 237. 239. 240. 242. 244. 252. 253. 256. 260. 262. 264. 266. 268. 269. 272. 294. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 310. 316. 319. 321. 322. 325. 326. 328. 330. 331. 332. 333. 338. 339. 340. 342. 344. 346. 347. 350. 351. 354. 356. 357. 358 360. 365. 370. 371. 372. 373. 377. 378. 382. 383. 384. 387. 391. 392. 394. 395. 396. 404. 405. 406 407. 412. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 426. 428. 431. 434. 436. 438. 441. 443 446. 447. 449. 451. 452. 456. 457. 458. 460. 462. 463. 465. 467. 468. 470. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481 486. 492. 493. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 505. 509. 515. 517. 518. 519. 521. 522. 523. 525. 526. 528. 531. 533. 535. 537. 540. 542. 544. 545. 550. 553. 554. 555. 557. 558. 559. 560 561. 563. 564. 567. 569. 570. 571. 574. 576. 583. 586. 593. 594. 596. 598. 599. 662. 676. Ultimo loco praefigitur scholio *Τοῦ αὐτοῦ*, quasi esset Theodori, cuius nomen scholium praecedens in fronte habet. Sed intelligendus est Hagiotheodorita. 110) Delineatio p. 59. no. 12. 18. 111) Mortreuil l. l. T. III. p. 242—245.

Cod. Paris. 1350 fol. 87. B. legatur; errore librarii hoc nomen ex Hagiotheodoritae nomine esse corruptum manifestum est, ita ut Hagiotheodorita designetur. Hagiotheodorita, ut ex scholiis ad Basilicorum librum LX. conscriptis apparet, Stephanum imitatus est. Sic consuetae ei sunt ἐρωταποκρίσεις[112]); uti solet formulis loquendi Stephano consuetis[113]); amat protheorias. Cum Stephanum imitandum sibi proposuerit, haud procul a veritate aberrare arbitramur, si coniecerimus, haud paucas Stephani adnotationes ab Hagiotheodorita esse interpolatas, verbi causa ita, ut pro locis iuris Iustinianei Basilicorum loci substituti fuerint, easque sic sub Hagiotheodoritae nomine ad nos pervenisse[114]). In Codicibus Basilicorum superstitibus scholia eius, nisi in Codice Paris. 1350 ad Basilicorum librum LX., non reperiuntur. Nec probabile est, Hagiotheodoritam alios Basilicorum libros fuisse commentatum, cum verbi causa, quod ad Basilicorum libros XXI—XXIII. attinet, scholia, in quibus formulae loquendi: καὶ ἡ ἐκεῖ παραγραφὴ, καὶ τὰς ἐκεῖ vel ἐκεῖσε παραγραφὰς leguntur, potius Constantino Nicaeno tribuenda esse videantur, quippe qui his verbis uti consueverit[115]).

IX. Michael Chumnus[116]). Fuit primum Nomophylax ac deinde archiepiscopus Thessalonicensis[117]). Vixit seculo decimo tertio, et quidem ante Matthaeum Blastarem, qui tractatum eius de gradibus cognationis laudavit[118]). Balsamon[119]) ad locum Basilicorum deperditum[120]) scholium marginale Chumni laudavit. Michael Chumnus ergo inter scholiastas Basilicorum referendus est. Quodsi hic Chumnus, cuius scholium ad Basilica a Balsamone laudatur, idem fuit cum archiepiscopo Thessalonicensi, dicendum est, cum ineunte seculo decimo tertio vixisse.

§. 4. De diversis scholiorum generibus sigillatim.

I. Glossae.

Glossae a Zachariaeo de L. sic dictae, quae primam scholiorum antiquorum partem efficiunt, varii sunt argumenti. Modo enim indicant, quibus ex titulis Digestorum vel Codicis, qua ex Novella pars quaedam Basilicorum hausta sit; modo locos similes indicant; modo breves textus interpretationes continent[1]); nonnunquam indicant, qui loci Digestorum et Codicis in quodam Basilicorum titulo praetermissi sint[2]). In Codd. Haeneliano et Lugduno-Batavo hae glossae inscriptae sunt: σχόλια. Quae ex his Codicibus ad librum Basilicorum VIII. edita sunt σχόλια, saepius etiam locos Digestorum et Codicis laudant et persimilia sunt adnotationibus Anonymi[3]), quibuscum tam ratione initii Anonymo in adnotationibus consueti (veluti ἀνάγνωθι, ὅμοιον), quam consuetudine Digestorum locos allegandi conveniunt. In Codice Laurentiano LXXX. 11. eiusque apographo, Parisiensi 1354, nec non in Codice Parisiensi 1348 glossae textum Basilicorum eiusque singula verba illustrantes inter lineas textus repositae sunt. Praeter eas in extremo margine horum Codicum extant glossae, quibus loci librorum iuris Iustinianei laudantur, et ipsae adnotationibus Anonymi simillimae. Nihilosecius pro adnotationibus Anonymi haberi nequeunt. Ac primum quidem, quod glossis ad libros VIII. et XXVIII. XXIX. conspicuis commune est, ex initio glossarum verbis ἀνάγνωθι vel ὅμοιον facto, quo initio etiam Anonymus uti consuevit, non sequitur, Anonymum esse auctorem, cum multae eiusmodi glossae incipiant voce ζήτει, quo initio Anonymus uti non solet. Deinde glossae ad dictos libros in Codicibus supra memoratis conspicuae non minus locis e Codice in Basilica translatis, quam locis e Digestis in Basilicis collocatis adspersae sunt, unde patet, Anonymo eas tribui non posse, quippe qui ad Codicem Iustinianeum opus ediderit nullum[4]). Tum adnotationes Anonymi in Codicibus manuscriptis in extremo margine non sunt repositae.

Quod ad aetatem attinet, qua glossae textui Basilicorum additae sunt, certum est, compilatoribus Basilicorum eas originem non referre acceptam. Nam si cum Basilicorum textu publica auctoritate fuissent promulgatae, in Codicibus describendis vix quisquam eas praetermittere ausus fuisset. Extant tamen Basilicorum Codices, qui textum Basilicorum, nec vero glossas praestant, veluti Codex Coislinianus 151 et Parisiensis 1352. Zachariae de L.[5]) glossas, etiam interlineares eo tempore Basilicis additas putat, quo epitomae commentariorum seculi sexti eis adiectae sunt, seculo ergo decimo medio. Ego vero discernendum existimaverim. Glossis interlinearibus iisque, quibus loci Basilicorum

---

112) Cf. Basil. Heimb. T. V. p. 262. 268. 332. 392. 412. 468. 491. 495. 501. 517 sq. 526. 554. 559. Haud scio, an Hagiotheodoritae etiam tribuendae sint illae ἐρωταποκρίσεις, quae leguntur in Sch. Ἐρώτ. T. V. p. 434. Sch. Καὶ ταῦτα V. 450. Illa ἐρωταπόκρισις, quae in Sch. Θεοδ. T. V. p. 413. inde a v. ἐπὶ τῶν τεχνιτῶν legitur, ad quam responsio in Sch. Τοῦ αὐτοῦ, i. e. Hagiotheodoritae exhibetur, haud dubie ex Theodori Breviario Codicis desumta est, cum in interrogatione διάταξις memoretur, in responsione autem κεφάλαια, i. e. Basilicorum loci laudentur. 113) Verbi causa: προθεώρησον (cf. Basil. Heimb T. V. p. 392. 421. 503. 528.); τί γὰρ (Basil. Heimb. T. V. p. 474.); μή σοι ἐναντιωθῇ (Basil. Heimb. T. V. p. 339. 472. 490.); ἴσθι (Basil. T. V. p. 476.); σημείωσαι (Basil. T. V. p. 479. 482. 511.); μὴ δόξῃ σοι ἐναντίον (Basil. T. V. p. 346. 347.). In laudandis adnotationibus utitur verbis Stephano consuetis, veluti: καὶ ἡ ἐκεῖ παραγραφή, vel καὶ τὰς ἐκεῖ παραγραφάς. Cf. Basil. Heimb. T. V. p. 244. 262. 294. 299. 331. 379. 395. 427. 431. 441. 447. 451. 458. 463. 465. 478. 485. 501. 503. 509. 517. 518. 521. 533. 540. 541. 544. 545. 553. 569. 583. 594. 114) Exempla scholiorum Stephani ab Hagiotheodorita interpolatorum esse videntur Sch. Μὴ ἐναντιωθῇ Basil. Heimb. T. V. p. 339. Sch. Τοῦ Ἁγιοθεοδ. T. V. p. 344. 346. 347. Sch. Τοῦ αὐτοῦ T. V. p. 350. 351. Sch. Τοῦ Ἁγιοθεοδ. T. V. p. 357. 115) Cf. Sch. Τοῦ Νικαέως Basil. Heimb. T. V. p. 77. 444. 521. 566. 729. 116) Cf. Mortreuil l. l. T. III. p. 492. 117) Quod patet ex inscriptione tractatus de gradibus cognationis (περὶ τῶν βαθμῶν τῆς συγγενείας) ab eo scripti, qui editus est in Leunclav. Iure Gr.-Rom. T. I. p. 519. 118) Cf. Leunclav. Ius Gr.-Rom. T. I. p. 482. 487. 119) Comm. ad Phot. Nomocan. XIII. 4. (Voelli, bibl. iur. can. T. II. p. 1100. Rhalli et Potli Coll. can. T. I. p. 300.). 120) Basil. lib. XLIII. tit. 1. cap. 134.

1) Zachariae de L. in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 818. 2) Cf. Sch. Ζήτει Basil. Heimb. T. I. p. 390. Sch. Παρείθη I. 395. 3) Cf. Sch. Ἀνάγνωθι I. 323. 362. 366. 372. 374. 387. 393. 422. Sch. Ὅμοιον I. 334. 386. Sch. Ζήτει I. 385. 390. 392. Sch. Τὴν ῥάταμ. I. 380. 4) Neque ex libro ἐναντιοφανειῶν ab Anoymo edito glossae haustae sunt. Ut enim taceam, hunc librum continere locos Digestorum (non Codicis) invicem pugnare visos eiusque libri usum in scholiis antiquis nonnisi ad locos Digestorum in Basilica translatos esse factum, harum glossarum indoles ab epitomis ex libro isto in scholiis Basilicorum conspicuis adeo distat, ut de Enantiophane auctore nequeat cogitari. Enantiophanes enim laudare solet locos repugnantes; in glossis autem laudantur loci similes vel alii, qui certo Basilicorum loco explicando inservire possint. Deinde epitomae ex libro ἐναντιοφανειῶν in scholiis conspicuae non soleant incipere voce ζήτει, sicuti glossae. Denique glossae multo breviores sunt, quam epitomae libri ἐναντιοφανειῶν. 5) Krit. Jahrb. 1844. p. 818.

laudantur, posteriorem vindicaverim originem, quam his, quae locos Digestorum vel Codicis laudant vel verba Basilicorum verbis artis latinis illustrant. Primum glossarum genus posteriorem sapit aetatem, quam eandem esse crediderim cum recentioribus adnotationibus in scholiis Basilicorum conspicuis, ita tamen, ut ante finem seculi XI. vel initium seculi XII. eiusmodi glossas textui adiectas non existimaverim. Glossae enim, quibus textus Basilicorum illustratur, eum in finem adiectae videntur, ut iudices et causarum patroni Basilicis commodius uti possent nec necesse haberent, eorum interpretandorum causa epitomas commentariorum veterum Iureconsultorum adhibere. Itaque hae commentariorum epitomae Basilicorum textui iam in Codicibus adiectae fuerant ante, quam de textu Basilicorum glossis interlinearibus illustrando quis cogitaret. Cui sententiae subvenit, quod in Codicibus manuscriptis glossae interlineares ab epitomis commentariorum veterum Iureconsultorum ipsa scriptura sunt distinctae. Sic in Codice Laurentiano LXXX. 11. epitomae commentariorum veterum prima, glossae interlineares secunda manu scriptae reperiuntur. Atque hic Codex nostrae inprimis favet sententiae. Glossae interlineares, quibus Basilicorum textus illustratur, in eo sunt frequentissimae. Quas glossas si scholiorum antiquorum, quatenus in epitomis veterum commentariorum consistunt, compilatores adiecissent, opus supervacaneum fecissent, cum tam glossae, quam illae epitomae interpretationi Basilicorum inservirent. Glossas permultas, quae Basilicorum locos laudant, scholiorum antiquorum compilatoribus ideo non tribuo, quod, sicuti in epitomis veterum commentariorum locos iuris Iustinianei laudatos retinuerunt, ita etiam arbitror, locos similes non ex Basilicis, sed ex libris iuris Iustinianei ab eis fuisse allegatos. Secundum glossarum genus eodem tempore cum epitomis veterum commentariorum Basilicis adiectum videtur. Quod tam ex locis librorum iuris Iustinianei laudatis, quam ex usu verborum artis latinorum retento derivandum est. In epitomis veterum commentariorum verba artis latina constanter retenta sunt. Scholiorum antiquorum compilatores verba artis in Basilicorum textu graeco sermone reddita verbis artis latinis additis in glossis illustrarunt, quo nexum epitomis veterum commentariorum cum Basilicorum textu intercedentem designarent et significarent, huic interpretando illas inservire. Distinguendae ergo sunt glossae antiquiores et recentiores. Sententiae de diversa glossarum aetate obstare videtur, quod quae in Codicibus Haeneliano et Lugduno-Batavo inscripta sunt σχόλια, glossas mea sententia tam antiquiores quam recentiores continent, ex communi autem sententia Codex Basilicorum Escorialensis, ex quo illi Codices descripti sunt, scholia antiqua forma primitiva, quam ab initio habuerunt, exhibere dicitur. Sed licet Codicem Escorialensem vetustissimum esse ipse credam, tamen communem sententiam de scholiis antiquis primitiva forma in eo exhibitis ad epitomas veterum commentariorum restringendum arbitror. Quod ad glossas, quae inscriptae sunt σχόλια, eo comprehensas attinet, eas non solis scholiorum antiquorum compilatoribus censeo esse tribuendas, sed etiam recentiores post seculum decimum medium adjectas eo arbitror contineri. Glossae, quae scholiorum antiquorum compilatoribus originem debent, ab ipsis ad exemplum adnotationum Anonymi compositae sunt, cum non abs re esse iis videretur, eodem modo, quo Anonymus brevibus adnotationibus Digesta illustrasset, breves adnotationes etiam Basilicis adiicere. Nec a veritate aberrare arbitror eum, qui has glossas ab ipsis scholiorum antiquorum compilatoribus σχόλια appellatas esse crediderit, quo ab epitomis veterum commentariorum discernerentur. Inter glossas Codice Escorialensi comprehensas reperiuntur etiam eiusmodi glossae, quae Basilicorum singula verba, quibus verba artis latina graeco sermone reddita sunt, verbis latinis additis illustrant. Quas ex causis supra relatis scholiorum antiquorum compilatoribus non tribuo, sed paulo recentiores esse existimo. Eiusmodi glossas inde a decimo seculo medio ad exemplum antiquiorum glossarum Iureconsulti sensim sensimque Basilicis adiecerunt, initio rarius, paulatim frequentius. In Codicibus manuscriptis glossae antiquiores ab ipsis scholiorum antiquorum compilatoribus profectae a recentioribus non sunt discretae, sed antiquiores recentioribus permixtae. Quod iam mature, seculo decimo exeunte vel undecimo ineunte factum esse docet Codex Escorialensis hoc circiter tempore scriptus. In aliis Codicibus ratio glossarum sub appellatione σχόλια epitomis veterum commentariorum praeponendarum non amplius observata, sed ita mutata est, ut glossae textum Basilicorum illustrantes inter lineas textus, glossae locos similes vel librorum iuris Iustinianei vel Basilicorum laudantes in extremo reponerentur foliorum margine. Cuius mutationis causa haec videtur fuisse, quod paulatim adeo creverit recentiorum adnotationum numerus, ut necesse esset, brevioribus glossis peculiarem locum assignari, quo ab adnotationibus longioribus discernerentur. Ita factum est, ut glossae tam antiquiores quam recentiores in Codicibus manuscriptis, veluti in Cod. Laurentiano LXXX. 11. et Parisiensi 1348 permistae sint, nec nisi usu vocum latinarum retento et locis librorum iuris Iustinianei laudatis antiquiores a recentioribus discerni queant. Appellationem autem σχόλια, qua scholiorum antiquorum compilatores glossas ab ipsis additas designaverant, sequioris aetatis Iureconsulti ad omnes recentiores adnotationes extenderunt, easque hac appellatione ab epitomis veterum commentariorum discreverunt, quarum vel auctores designare solent, vel opera, ex quibus epitomae vel adnotationes haustae sunt, allegare, vel quas communi appellatione: οἱ παλαιοὶ, παραγραφαὶ τῶν παλαιῶν, τὰ παλαιά, complectuntur.

§. 5. II. Epitomae commentariorum seculo sexto scriptorum [1]).

Secundam, et quidem gravissimam et maximam partem scholiorum antiquorum efficiunt epitomae commentariorum ad libros iuris Iustinianei a Iureconsultis seculi sexti scriptorum. Ad locos Basilicorum e Digestis desumtos regulariter summae ex indice Digestorum Cyrilli exhibentur; praeter eas indices et παραγραφαὶ ex commentario Stephani ad Digesta, sed nonnisi ad eos Digestorum libros, qui ex studiorum ratione a Iustiniano sancita in scholis exponebantur (τὰ πραττόμενα βιβλία), scilicet ad libros I—XXIII. XXVI. XXVIII. XXX., cum ad reliquos Digestorum libros, qui in scholis non explicabantur (τὰ ἐξτραόρδινα βιβλία) epitomae ex Dorothei commentario ad Digesta desumtae sint, versionem

1) Cf. Zachariae de Lingenthal in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 818.

κατὰ πόδα Digestorum continentes. Accedunt regulariter adnotationes Anonymi, cuius summa Digestorum in textum Basilicorum translata est, et epitomae libri singularis περὶ ἐναντιοφανειῶν ab eo conscripti. Quod ad Codicem attinet, index vel summa constitutionis plerumque ex Thalelaei commentario in Basilicorum textum translatus est; versio κατὰ πόδα et παραγραφαὶ eiusdem in scholiis exhibentur: nonnunquam tamen versio κατὰ πόδα in textum recepta et index constitutionis exhibitus est. Praeter Thalelaei commentarium scholiorum compilatores adhibuerunt Theodori Breviarium Codicis, ex quo summae constitutionum et παραπομπαὶ regulariter in scholia translatae sunt. Denique quod ad Novellas attinet, Basilicorum textus ex collectione CLXVIII Novellarum, quatenus Novellas graecas continebat, desumtus est; in scholiis exhibentur epitomae ex Theodori Breviario Novellarum. Regula, quam ex his compilatores scholiorum antiquorum in commentariis Iureconsultorum adhibendis secutos esse apparet, nonnunquam tamen deserta est. Sic verbi causa, quod ad Digesta attinet, etiam in libris, quos Stephanus illustraverat, interdum Dorothei commentarium scholiorum compilatores praetulerunt [2]). Qua de causa hoc fecerint, potest dubitari. Nam copiam commentarii Stephani eis fuisse etiam in his titulis Digestorum, in quibus Dorotheum praetulerunt, patet ex eo, quod ad alios eiusdem libri titulos Stephanum adhibuerunt [3]). Causa, ob quam ad Digestorum lib. IX. tit. 1. 2. 3. lib. XI. tit. 3—6. Dorothei commentarium praetulerint scholiorum antiquorum compilatores, in eo quaerenda esse videtur, quod hos titulos ad ius poenale magis, quam ad ius privatim arbitrabantur pertinere, et propterea quod ad Digestorum libros XLVII. et XLVIII., quibus ius poenale continetur, Dorothei commentarium adhibere necesse habebant, etiam in illis librorum IX. et XI. titulis propter materiarum cognationem huius prae Stephano, quamvis eius copia esset, putabant esse rationem habendam. Cur autem ad Digestorum lib. XXII. tit. 3—6. Dorothei commentarium Stephano praetulerint scholiorum compilatores, equidem causam idoneam video nullam. Cyrilli indicis ad eos Digestorum libros, quos Stephani commentarius non complectebatur, multo pauciora fragmenta in scholiis exhibentur, quam ad eos, quos Stephanus illustraverat [4]). Item Anonymi adnotationes ad Digestorum libros XL. XLIII. XLVII. XLVIII. in scholiis desiderantur. Utriusque causam idoneam invenio nullam. Negligentiae librariorum unice id tribui nequit. Explicari quidem inde potest omissio fragmentorum nonnullorum ad certos quosdam titulos, nec vero praetermissio ad plures libros. Quod ad Codicem attinet, ex Thalelaei commentario scholia ad lib. II. titulos 19 sq. in Codice Paris. 1352 non extant. Certum tamen est, ad Basilicorum lib. X., quo illi Codicis tituli continentur, scholia antiqua ex commentariis Iureconsultorum excerpta extitisse [5]). Nihilosecius dubium non est, quin epitomae commentarii Thalelaei ad dictos Codicis titulos in scholiis repositae longe alius indolis fuerint, quam ad alios Codicis libros. Textus enim Basilicorum, quatenus constitutiones dictorum titulorum exhibet, plerumque indicem vel summam constitutionis, introductionem Thalelaei et versionem κατὰ πόδα continet, cum in aliis Basilicorum libris index constitutionis textum efficere soleat, versio κατὰ πόδα et introductio in scholia reiecta sit. Itaque scholia ad dictos Codicis titulos e Thalelaei commentario desumta nonnisi παραγραφάς, adnotationes Thalelaei continebant.

Epitomae dictorum commentariorum in scholiis antiquis conspicuae in diversis Codicibus manuscriptis modo longiores, modo breviores sunt, etiamsi ex eodem commentario haustae sint. Quod maxime valet de epitomis commentarii Thalelaei et Stephani. Horum enim Iureconsultorum commentarii, cum haud dubie ex scholis eorum ad Digesta et Codicem habitis ortae fuerint, in nonnullis Codicibus, veluti Escorialensi eiusque apographis Haeneliano et Lugdunensi, Coisliniano 152, Constantinopolitano, Laurentiano LXXX. 11. (et partim in Codice Paris. 1354) fere ita excerpti sunt, ut ex scholiis fere integri restitui posse videantur. In aliis Codicibus, veluti Paris. 1352, scholia ex horum Iureconsultorum commentariis excerpta in brevius redacta sunt, quam ab initio fuerunt, ut colligitur ex scholiis ad Basilicorum lib. XI—XIV. in Codice Coisliniano 152 conspicuis, in quibus epitomae ex Thalelaei et Stephani commentariis desumtae longiores sunt et integriores. Quamvis Zachariae de Lingenthal [6]) dubitet, utrum ipsis scholiorum antiquorum compilatoribus tribuendum sit, an sequiori aetati vindicandum, quod epitomae veterum commentariorum modo integriores, modo breviores exhibeantur, tamen, quod ad epitomas commentariorum Thalelaei et Stephani attinet, id unice sequioris aetatis hominibus, qui Codices descripserunt, censeo esse tribuendum. Ex quo enim usus librorum

---

2) Sic ad Digest. lib. IX. tit. 1. 2. 3. lib. XI. tit. 3. 4. 5. 6. lib. XXII. tit. 1. 3—6. epitomae ex Dorothei commentario in scholiis exhibentur, quamvis Stephani commentarius hos libros complecteretur. Ad Dig. lib. XXII. tit. 1. et Dorothei et Stephani epitomae in scholiis extant. 3) Sic ad Dig. lib. IX. tit. 4. lib. XI. tit. 1. Stephani commentarius excerptus est, quamvis ad reliquos eorundem librorum titulos scholia ex Dorothei commentario desumta sint. Itidem ad Dig. lib XXII. tit. 1. tam Dorothei, quam Stephani commentarii adhibiti sunt, ad titulos 3—6. eiusdem libri nonnisi Dorothei. 4) Colligi hoc potest ex hac tabula, in qua adnotatur, ad quos Digestorum libros et titulos Dorothei commentarius, ad quos Cyrilli index in scholiis excerptus sit:

Digest. lib.	Dorotheus.	Cyrillus.
XXIV.	tit. 1—3.	tit. 2. 3.
XXV.	tit. 1. 2.	tit. 1. 2.
XXVII.	tit. 1—10.	tit. 1—3. 5—10.
XXXV.	tit. 2.	tit. 2. 3.
XXXVII.	tit. 1—7. 10. 12.	tit. 6. 10. 12.
XXXVIII.	tit. 6—17.	tit. 6. 17.
XXXIX.	tit. 5. 6.	tit. 5.
XL.	tit. 1—9. 12—16.	
XLII.	tit. 7.	
XLIII.	tit. 16. 29. 31—33.	
XLVII.	tit. 1—15. 18. 19.	tit. 2. 10. 14.
XLVIII.	tit. 1—22.	tit. 6. 10. 16. 19.

5) Nam adnotatio Thalelaei ad Basil. X. 23. 3. (L. 2. C. II. 40.) laudatur in Sch. *Τοῦ Νικαέως* T. V. p. 698., et ad Basil. X. 25. 4. (L. 4. C. II. 42.) in Sch. *Πρωτότυπον* II. 482. 6) Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 818 sq.

iuris Iustinianei cessaverat eiusque nisi quatenus scholiis antiquis continebatur, ratio non habebatur, id est a seculo inde decimo tertio, epitomae dictorum commentariorum ea forma, in quam ab initio a scholiorum antiquorum compilatoribus redactae erant, nimis amplae necessario videbantur. Hinc factum, ut ab eo inde tempore memoria originis ex scholiis, unde commentarii illi orti sunt, paulatim deleretur, epitomae in brevius redigerentur. Quod in epitomis ex commentariis Dorothei, Cyrilli, Theodori aeque fieri non potuit. Nam cum Dorothei commentarius versionem Digestorum *κατὰ πόδα* contineret, scholiorum antiquorum compilatores ab initio eum nonnisi integrum exhibere poterant. Ac revera in Codicibus Basilicorum superstitibus quae ex Dorothei commentario fragmenta exhibita sunt, fere omnia singulorum locorum versionem *κατὰ πόδα* continent. Adnotationum Dorothei in scholiis antiquis conspicuarum valde exiguus est numerus, magna autem adnotationum Anonymi ad eos Digestorum libros, ad quos Dorothei commentarius excerptus est, moles et magna harum Anonymi adnotationum ab iis, quas idem ad libros Digestorum a Stephano expositos scripsit, diversitas. Quod unice scholiorum antiquorum compilatoribus tribuendum arbitror. Nam quod ad textum Digestorum *κατὰ πόδα* translatum attinet, revera cur aliorum locorum Digestorum versionem scholiorum antiquorum compilatores receperint, aliorum praetermiserint, causa idonea inveniri potest nulla. Quamobrem eiusmodi praetermissiones nonnisi sequioris aetatis hominibus, maxime librariis vindicandae esse videntur. Cyrilli index Digestorum ac Theodori Breviarium Codicis iam ab origine tanta brevitate distinguuntur, ut vix appareat, quomodo scholiorum antiquorum compilatores summas singulorum locorum ab his Iureconsultis factas amplius in brevius contrahere potuerint. Itaque epitomas ex horum Iureconsultorum commentariis desumtas in scholiis antiquis a compilatoribus in brevius redactas esse non arbitror. Cuius rei gravissimum argumentum praebet Breviarium Novellarum Theodori. Quae enim eius epitomae in Basilicorum scholiis exhibentur, cum opere ipso conveniunt, nec sunt in brevius contractae, quam ab initio fuerunt. Quaeri ergo nonnisi potest, utrum praetermissiones locorum Cyrilli et Theodori scholiorum antiquorum compilatoribus adscribendae sint, necne. Ego vero, ut aperte dicam, quod sentio, id sequioris aetatis hominibus censeo tribuendum, cum non intelligatur, quid causae fuerit, cur compilatores alios locos Cyrilli et Theodori receperint, alios praetermiserint. Excipio eos Digestorum libros, ad quos in scholiis antiquis Cyrilli epitome prorsus desideratur, veluti lib. XL. XLII. XLIII., ad quos copiam Cyrilli indicis compilatoribus non fuisse probabile est. Itaque quod non integrae epitomae veterum commentariorum ad aetatem nostram pervenerunt, id non consilio compilatorum, sed iniuria sequiorum temporum factum est. Licet enim concesserimus, tam ingens opus, uti scholiorum antiquorum compilatio fuit, non unius fuisse hominis, sed a pluribus nonnisi perfici potuisse, ex eoque inaequalitatem quandam laboris posse explicari, tamen tam commentarii veterum Iureconsultorum, quos compilatores elegerunt, quam ordo et series compilationis probant, totum opus certo consilio esse susceptum et sub maioribus auspiciis inceptum et perfectum. Quamobrem quod epitomae veterum commentariorum non omnes aetatem tulerunt, et multae, quae superstites sunt, non integrae, sed aut in brevius contractae aut interpolatae sunt, id posteriori aetati tribuendum est. Iam mutationes, quas Basilicorum textus, ut Codices manuscripti docent, paulatim subiit, probabilem reddunt similem scholiorum antiquorum fortunam. Nam si in textu Basilicorum publica auctoritate munito et legis vigorem habente evenire potuit, ut leges in textum receptae tam quod antiquatae, quam quod posterioribus legibus abrogatae ideoque supervacaneae viderentur, omitterentur, in locum textus authentici epitomae subrogarentur, veluti epitomae Theodori in locum Novellarum graecarum, multo magis hoc in scholiis antiquis potuit contingere, quae publica auctoritate non erant munita et legis vigore carebant. Itaque multae veterum commentariorum epitomae tam librariorum negligentia, quam quod supervacaneae viderentur, posteriori aetate sunt praetermissae; aliae sunt omissae ratione habita adnotationum recentiorum Iureconsultorum, quae eas reprobaverant aut emendaverant; aliae denique a recentioribus Iureconsultis ita mutatae et interpolatae, ut vetus forma cognosci amplius non possit. Solebant enim recentiores Basilicorum Scholiastae veterum Iureconsultorum adnotationes suas facere atque ita mutare, ut ab ipsis profectae esse viderentur. Quod verbi causa Hagiotheodorita fecit de adnotationibus Stephani, uti iam observavimus[7]). Nonnunquam tamen scholiorum antiquorum compilatores epitomas veteris cuiusdam commentarii non integras protulerunt ideo, quod Codices manuscripti, quibus usi sunt, lacunas habuerunt. Licet enim probabile sit, Constantinopoli, ubi sedes erat Imperatoris, Patriarchae et summorum iudiciorum, integros veterum commentariorum Codices manuscriptos seculo decimo medio, quo tempore scholia antiqua compilata sunt, extitisse, praesertim cum non multo ante Prochirum Epanagoge et Basilica ipsa ex veteribus commentariis compilata fuerint, certum tamen est, nonnullos Codices manuscriptos, quorum copia scholiorum antiquorum compilatoribus fuit, lacunas habuisse. Sic verbi causa Thalelaei commentarium non integrum habuerunt; in Codice manuscripto, quo usi sunt, liber octavus huius commentarii defuit, qua de causa in scholiis antiquis ad lib. VIII. Codicis non Thalelaei, sed Isidori commentarium adhibuerunt ex eoque epitomas desumserunt[8]). Similiter quod in scholiis antiquis epitomae indicis Cyrilli ad Dig. lib. XL. XLII. XLIII. desiderantur, ex eo videtur explicandum, quod ad hos Digestorum libros Codex manuscriptus Cyrilli, quo usi sunt compilatores, lacunam habuit. Eodem modo explicari potest, in Codice Coisliniano 152 indicis Stephani ad Dig. lib. XIII. tit. 6. fragmentum extare nullum, licet multae adnotationes huius Iureconsulti ad dictum titulum ibi reperiantur. Interdum locus quidam ex commentario veteri in scholiis deesse videtur, reapse autem non deest. Basilicorum compilatores enim nonnunquam textum Basilicorum ex Cyrilli indice sumserunt, quamvis regulariter Anonymi summam in textum receperint. Causa plerumque haec erat, quod locus quidam Digestorum in Anonymi commentario deerat. Ubi Basilicorum textus ex Cyrilli indice desumtus est, in

7) Cf. §. 3. Sic etiam Constantinus Nicaenus adnotationem Thalelaei suam fecit. Cf. Sch. *Τοῦ Νικαέως* Basil. Heimb. T. II. p. 459. 8) Zachariae de L. l. l. p. 811.

scholiis antiquis hic locus Cyrilli deest, in textum quippe translatus [9]).

Ordo, quo epitomae veterum commentariorum collocantur, non semper idem est. Ita verbi causa epitomae ex Theodori Breviario Codicis desumtae ante epitomas ex Thalelaei commentario depromtas regulariter collocantur; nec tamen desunt exempla ordinis huius inversi [10]). — Praeter commentarios veteres supra dictos, quos scholiorum antiquorum compilatores regulariter adhibuerunt, etiam alii commentarii in scholiis antiquis excerpti sunt. Sic ad Digestorum locos nonnunquam exhibentur fragmenta commentarii Theophili et adnotationes Thalelaei, Cobidae et Anastasii. Ad quos Digestorum locos hoc factum sit, supra indicavimus, cum de his Iureconsultis fecimus sermonem. Zachariae de L. [11]) coniecit, scholiorum antiquorum compilatores ad manus habuisse Codicem manuscriptum commentarii cuiusdam Digestorum, verbi causa Anonymi, cuius in margine adnotationes aliorum veterum Iureconsultorum posterius adscriptae fuerint. Quod probabile fit ex eo, quod adnotationibus Anonymi nomine inscriptis vel ab eo haud dubie profectis nonnunquam additae vel subiectae reperiuntur adnotationes aliorum veterum Iureconsultorum, inter quos sunt, qui Anonymo sunt posteriores [12]). Quod ad fragmenta commentarii Theophili ad Digesta in scholiis antiquis conspicua attinet, ea crediderim commentario Stephani adscripta fuisse. Stephanus enim saepius in commentario suo sententiarum Theophili mentionem fecit, quas vel probavit, vel refutare studuit [13]). Facile ergo fieri potuit, ut in Codice manuscripto commentarii Stephani seriori tempore quis Theophili fragmenta adscripserit, unde scholiorum antiquorum compilatores haec in scholiis reposuerunt. Vix enim credibile est, eo tempore, quo scholia antiqua compilata sunt, peculiares Theophili, Cobidae et Anastasii commentarios adhuc extitisse; alioquin compilatores eorum maiorem usum fecissent. Ad Codicis locos interdum epitomae ex commentariis Isidori et Anatolii in scholiis reperiuntur, huius ad plures Codicis libros, illius ad Codicis lib. VIII. tit. 53—56. de donationibus (tit. 53.), de donationibus, quae sub modo vel conditione vel ex certo tempore conficiuntur (tit. 54.), de revocandis donationibus (tit. 55.), de mortis causa donationibus (tit. 56.). Tam Anatolii quam Isidori commentarios integros, ut videtur, scholiorum antiquorum compilatores ad manus habuerunt. Nam ad dictos Codicis titulos summae constitutionum et adnotationes Isidori ita exhibentur, uti id, si copia ipsius commentarii non fuit, fieri non potuit. Neque enim credendum est, ad hos Codicis titulos fuisse alius cuiusdam Iureconsulti commentario haec Isidori fragmenta adscripta, cum quid causae fuerit, cur hoc factum sit, non intelligatur. Ex Anatolii autem commentario textus Basilicorum, quod ad Codicis lib. VIII. attinet, desumtus est. Quem cum Basilicorum compilatores in promtu habuerint, probabile est, nec scholiorum antiquorum compilatoribus defuisse, quippe qui non multo post Basilica promulgata opus suum susceperunt, praesertim cum scholia ex Anatolio desumta ad alios Codicis libros pertineant, maxime ad lib. IV. tit. 1. 19. 20. 26. 32., uti, cum de hoc Iureconsulto sermo esset, observavimus. Accedit, quod etiam ad Codicis lib. X. tit. 2. 3. in Codice Paris. 1351 inter Scholia ad Synopsin Basilicorum fragmenta Anatolii exhibentur, ut eadem occasione oblata cum Zachariae de L. [14]) observavimus. Praeterea notandum est, pleraque Anatolii fragmenta in Codice Paris. 1348, qui libros Basilicorum XX—XXX. cum scholiis continet, exhiberi. In hoc autem Codice scholia antiqua iam valde sunt interpolata, ut facile credendum sit, multo plura Anatolii fragmenta in his ab initio fuisse exhibita, serius autem a librariis praetermissa. Denique ad Novellas nonnunquam etiam epitomae Athanasii et Philoxeni in scholiis exhibentur.

Quod ad tempus attinet, quo scholiorum antiquorum compilatio facta est, viri docti dissentiunt. Ac Mortreuil quidem cum Basilicis Leonis scholia antiqua publica auctoritate compilata et promulgata esse arbitratur; Zachariae de L. autem seculo decimo medio eam compilationem tribuit, publicam auctoritatem ei denegat, et consilio et auspiciis Constantini Porphyrogenetae totum opus susceptum et perfectum esse existimat [15]). De hoc dissensu supra egimus et in sententiam Zachariae de L. pedibus ivimus (Cap. III. Sect. I. §. 7.). Tanto operi perficiendo unius hominis vires non suffecisse, iam per se patet. Quamvis ergo necesse esset, plures ad illud adhiberi, tamen tam electio certorum commentariorum, ex quibus scholia compilarentur, quam executio laboris suscepti argumento sunt, ab initio certum fuisse toti operi propositum consilium, certum mandatum compilatoribus fuisse datum, certas regulas, quas sequerentur, praescriptas. Quae cum ita sint, Zachariae de L. merito Constantinum Porphyrogenetam ducem et auspicem totius operis esse arbitratur, quem otium, quo tempore a republica administranda abstinuit, eiusmodi compilationibus impendisse notum est. Cui consentaneum est, quod post seculum decimum medium demum vestigia scholiorum antiquorum ad Basilica apparent. Nam in Epitome de anno 920. proferuntur quidem loci ex Stephani et Anonymi Digestis, Thalelaei et Theodori Codice, Theodori Breviario Novellarum aliisque antiquiorum Iureconsultorum ad illos libros commentariis, quos coniicere quis posset, cum auctor Epitomes hos ipsos commentarios omnes vix evolverit, sed compilationem quandam ex illis commentariis adhibuerit, ex Basilicis eorumque scholiis esse haustos. Sed, quamvis Basilicorum vestigia in Epitome reperiantur [16]), obstat tamen, quod Epitomes auctor plurimos locos ex Theophili Institutionibus, Athanasii Epitome Novellarum, aliosque congesserit, qui a Basilicis eorumque scholiis plane sunt alieni [17]). Auctor Synopseos Basilicorum scholia antiqua ante oculos minime habuit. Nam seculo demum XII. exeunte Codicibus manuscriptis Synopseos tertiae classis scholia marginalia ex scholiis

9) Zachariae de L. l. l. p. 819. 10) Zachariae de L. l. l. p. 819. 11) Zachariae de L. l. l. p. 819. 12) Cf. Sch. 44. et 45. in Suppl. ed. Basil. Heimb. p. 172. Sch. Ἀνάγνωθι Basil. Heimb. T. II. p. 718. 13) Cf. Basil. Heimb. T. II. p. 19. 533. 534. 538. 553. 554. 555. 558. 579. 580. 595. 596. 621. 625. 626. 629. 636. 642. His locis omnibus Theophilus a Stephano laudatur. Enantiophanes paucis nonnisi locis Theophilum laudat: cf. Basil. Heimb. T. II. p. 122. 129. 602. 14) Zachariae de L. l. l. p. 803. 15) Zachariae de L. Delineatio §. 38. p. 63. et Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1847. p. 593. 594. 16) Veluti Tit. XV. cap. 17. Tit. XVI. cap. 82. Cf. Zachariae de L. Ius Gr.-Rom. P. II. p. 376. 392. 17) Zachariae de L. Ius Gr.-Rom. P. II. p. 274.

Basilicorum adscripta sunt, quod et eodem tempore ad marginem nonnullorum Codicum primae classis a secunda manu factum est [18]). Auctor *τῆς Πείρας*, qui hunc librum seculo circiter undecimo medio scripsit [19]), Scholia Basilicorum ante oculos habuit [20]), licet altera ex parte negari non possit, iudices in causis in hoc opere relatis ac decisis nonnunquam etiam veteres commentarios ipsos in promtu habuisse [21]). Ex *Πείρᾳ* non apparet, scholia antiqua ante seculum decimum medium nota fuisse. Diligenter scholiis antiquis primum usi sunt auctores tractatuum de peculiis et de creditis. Ex his, quae diximus, colligitur, scholiorum antiquorum usum paulatim crevisse. Ab initio in foro textus nonnisi Basilicorum adhibitus est; qui ampliori iuris doctrina imbui voluerunt, commentarios Iureconsultorum seculi sexti ipsos adierunt. Fori usum et ulteriorem iuris doctrinam conciliarunt scholia antiqua eorumque usus in dies crescens, quo effectum est, ut posteriori tempore Basilicis et scholiis antiquis tam iuris applicatio quam studium iuris velut fundamento niteretur [22]).

Epitomae commentariorum seculi sexti in diversis Codicibus manuscriptis diversam habent formam. 1) In Codicibus Haeneliano et Lugdunensi, exemplis Codicis Basilicorum Escorialensis (lib. VIII. Basilicorum) epitomae veterum commentariorum ea apparent forma, quam videntur ab initio habuisse [23]). Quod his probatur argumentis. Ac primum quidem nusquam in locum locorum iuris Iustinianei laudatorum Basilicorum loci subrogantur vel interiecta particula *ἤτοι* adduntur. Deinde verba artis latina semper retenta, graecis nunquam permutata sunt. Tum loci Novellarum, quae ex aliis collectionibus, quam ex collectione CLXVIII Novellarum laudantur, retenti sunt nec ita mutati, ut numerus Novellae ei respondeat, qui in collectione CLXVIII Novellarum habetur. Quod in Novellis ab Anonymo laudatis factum est, quarum numeri cum collectione CLXVIII Novellarum non conveniunt. Accedit, quod epitomae ex Stephani indice Digestorum, et ex Thalelaei et Theodori commentariis ad Codicem, nisi solas *παραγραφὰς* contineant, saepe inscriptionem habent hanc: *Ἑρμηνεία*, quae in aliis Codicibus non reperitur. Denique epitomae libri singularis *περὶ ἐναντιοφανειῶν* regulariter inscriptionem habent: *Τοῦ Ἐναντίου*, cum in aliis Codicibus inscriptae sint: *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς*. 2) In Codice Constantinopolitano (Basil. lib. XV—XVIII.), Parisiensi 1349 et secundum eum partim in Paris. 1354 (Basil. lib. XLI—XLVIII.) epitomae veterum commentariorum apparent serioribus interpolationibus non foedatae. Locis iuris Iustinianei laudatis non substituti sunt loci Basilicorum, neque adiecti interiecta particula *ἤτοι*. Ratio laudandi Digesta secundum partes Stephano et Thalelaeo consueta ubique retenta est. Verba artis latina retenta sunt, et nonnunquam eatenus tantum mutata, ut graecis literis scripta sint. Absunt *νέαι παραγραφαὶ*, ut vocantur, a Iureconsultis seculi undecimi et duodecimi profectae. Differunt tamen hi Codices a Codicibus Haeneliano et Lugdunensi, quod nulla epitome inscripta est: *Ἑρμηνεία*; quod inscriptio fragmentorum libri singularis *περὶ ἐναντιοφανειῶν* est *τοῦ Ἐναντιοφ.*, non *τοῦ Ἐναντίου*. 3) In Codice Coisliniano 152 (Basil. lib. XI—XIV.), Laurent. LXXX. 11. et secundum hunc partim in Cod. Paris. 1354 (Basil. lib. XXVIII. XXIX.), Paris. 1345 (lib. XXXVIII —XLII.), Paris. 1350 (lib. LX.) praeter scholia antiqua, quae passim interpolata sunt, reperiuntur etiam adnotationes recentiorum Iureconsultorum seculi decimi exeuntis, undecimi et duodecimi tam ad Basilica, quam ad veterum commentariorum epitomas, quae vocantur *νέαι παραγραφαὶ*, oppositae his ipsis epitomis, quae vocantur *τὰ παλαιὰ*, vel *παραγραφαὶ τῶν παλαιῶν*. Epitomae veterum commentariorum in his Codicibus plus minusve sunt mutatae. a) In Codice Coislin. 152 index Stephani fere nullas mutationes subiit; ratio laudandi tres priores Digestorum partes, Antipapinianum et libros singulares Stephano consueta constanter servata est; verba tamen artis latina iam saepe graecas habent flexiones et graecis literis scripta sunt. Adnotationes Stephani raro sunt interpolatae; nonnullae adeo verba textus latina, ad quae pertinent, in fronte habent; raro Basilicorum loci interiecta particula *ἤτοι* vel *καὶ* additi reperiuntur [24]), aut in locum locorum iuris Iustinianei laudatorum subrogantur [25]). Epitomae indicis Cyrilli non sunt mutatae. In adnotationibus Anonymi et locis Enantiophanis potissimum contigit, ut locis iuris Iustinianei, inprimis Digestorum, laudatis Basilicorum loci interiecta particula *ἤτοι* vel *ἤγουν* adderentur [26]), quod ex eo explicandum, quod summa Digestorum Anonymi in textum Basilicorum translata est. In his adnotationibus etiam Basilica et Digesta miscentur in locis laudandis, ita ut verbi causa Basilicorum liber et titulus afferatur, pro *κεφ.* autem, quo capitula Basilicorum designantur, citetur *διγ.* [27]). Nonnunquam ex adnotationibus Anonymi et Enantiophanis novae adnotationes factae esse videntur [28]). Index et adnotationes Thalelaei vix ullas subiisse videntur mutationes, cum ratio laudandi tres priores Digestorum partes et libros singulares Thalelaeo consueta fere ubique retenta sit, et quod in textu Basilicorum in locum nominum gentilium nomina Christiana subrogata sint, id Basilicorum compilatoribus sit tribuendum. Summae Theodori interdum interpolatae sunt, cum locis Codicis laudatis loci Basilicorum congrui interiecta particula *ἤτοι* sunt additi [29]). b) In Codice Laurent. LXXX. 11. eiusque exemplo, Paris. 1354 epitomae veterum commentariorum minus sunt interpolatae, quam in Codice Parisiensi 1348 (lib. XX—XXX.). In indice et adnotationibus Stephani ratio laudandi tres priores Digestorum partes et libros

---

18) Zachariae de L. Delineatio §. 39. p. 65. et not. 37. *Αἱ ῥοπαί* p. 37. 38. 19) Zachariae de L. Delineatio §. 41. p. 68. et Krit. Jahrb. 1847. p. 605. 20) Cf. Krit. Jahrb. 1847. p. 607. Laudantur Scholia Basilicorum verbi causa tit. VI. §. 15. 31. tit. VII. §. 1. tit. VIII. §. 31. tit. XVI. §. 9. tit. XIX. §. 15. 49. tit. XXII. §. 15. tit. XXIII. §. 6. tit. XXV. §. 73. tit. XXX. §. 42. 47. 48. 53. 59. 65. 67. aliisque locis. 21) Sic verbi causa tit. XVI. §. 9.: *Ὅτι τὸ γράφον νόμιμον· „δήλῳ πράγματι ἢ αἰτίᾳ ἐπίτροπος οὐ δίδοται" φιλονεικηθὲν καὶ στασιασθὲν παρὰ τῶν κριτῶν ὁ μάγιστρος ἐρευνήσας ἀκριβῶς καὶ τὸν ἑρμηνευτὴν στέφανον ἀναγνοὺς οὕτως ἡρμήνευσεν κ. τ. λ.* Cf. Krit. Jahrb. p. 606. 22) Cf. Krit. Jahrb. 1847. p. 594. 23) Biener, Gesch. der Novellen p. 55. 66. not. 72. Zachariae de L. *Αἱ ῥοπαί* p. 102. not. 68. et Delineatio §. 38. p. 63. 24) Cf. verbi causa Sch. *Στεφ. Τοῦτο* Basil. Heimb. T. II. p. 2. 25) Cf. Sch. 16. T. II. p. 116. Sch. 2. *Στεφ.* II. 120. 26) Cf. Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ.* T. I. p. 578. 785. Sch. *Τοῦ Ἀνων.* T. I. p. 604. 609. Sch. *Καὶ τὸ* T. I. p. 794. 27) Cf. Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ.* T. I. p. 796. Sch. *Ἀνων.* T. II. p. 114. Sch. *Τοῦ Ἀνων.* T. II. p. 119. 28) Cf. verbi causa Sch. *Μή σοι* T. I. p. 623., ubi antea locus Digestorum et post eum Basilicorum loci ad verbum citantur, quod facile fieri potuit, cum summa Digestorum Anonymi in Basilicorum textum translata esset, et nihil esset faciendum, nisi ut locis Digestorum ad verbum citatis numerus Basilicorum loci congrui substitueretur. Cf. et Sch. *Ἰδιωτικὰ* T. I. p. 668. 29) Cf. verbi causa Sch. *Καλῶς* T. I. p. 658. Sch. *Θεοδώρου* T. II. p. 154.

singulares huic consueta retenta est [30]), in Codice Paris. 1348 saepius mutata [31]). Modum laudandi Digesta Thalelaeo consuetum uterque Codex, tam Laurentianus, quam Paris. 1348 plerumque retinuit [32]); nonnunquam etiam mutavit, ita ut loco partium Digestorum et librorum singularium numeri librorum laudentur [33]). Locis iuris Iustinianei in adnotationibus Anonymi et Enantiophanis laudatis in Codice Laurentiano loci Basilicorum congrui interiecta particula ἤτοι adduntur, vel (quod etiam in Codice Paris. 1348 factum est) locis Digestorum et Codicis laudatis statim Basilicorum textus, non addito loco Basilicorum congruo, subiicitur [34]). In Codice Laurentiano numeri Novellarum ab Anonymo laudatarum interdum differunt a numeris Collectionis CLXVIII Novellarum et non multum distant a numeris Novellarum in Iuliani Epitome Novellarum conspicuis [35]). In Codice Laurentiano denique recentiorum scholiastarum adnotationes a scholiis antiquis separatae sunt, in Codice Paris. 1348 saepissime cum his coniunctae, ita ut cum adnotatione veteris commentatoris unam adnotationem eiusdem auctoris efficere videantur. c) In Codice Parisiensi 1345 epitomae veterum commentariorum paucissimas subierunt mutationes. Raro additamenta recentiora reperiuntur [36]). Locis iuris Iustinianei laudatis Basilicorum loci congrui non sunt additi. Modus laudandi partes Digestorum et libros singulares Thalelaeo et Stephano consuetus plerumque retentus [37]), raro mutatus est [38]). d) In Codice Parisiensi 1350 epitomae veterum commentariorum magnam partem praetermissae sunt. Quae extant, saepius sunt interpolatae. Interpolationes factae diversi generis sunt. Modo enim epitomae indicis Dorothei et Cyrilli, et adnotationes Anonymi et Enantiophanis recentiora habent additamenta, quae maximam partem in Basilicorum locis additis consistunt [39]), modo epitomis aliquid recentiori tempore insertum est [40]), modo locis iuris Iustinianei laudatis Basilicorum loci congrui interiecta particula ἤτοι additi sunt, cuius rei permulta sunt exempla. Fragmenta indicis Dorothei fere nullas subierunt mutationes, uti colligi potest, si ea cum locis Digestorum congruis contuleris. Multa tamen ex Dorothei indice sunt praetermissa. Omnino notandum in hoc Codice est, saepissime epitomas veterum commentariorum in scholiis prima manu scriptis praetermissas in scholiis secunda manu scriptis addi. Hoc potissimum factum est de epitomis indicis Dorothei. Thalelaei adnotationes ad τὸ κατὰ πόδας saepius in scholiis secunda manu scriptis hoc modo relatae reperiuntur: πρόςκειται εἰς τὸ κατὰ πόδας, cuius verba sequuntur, καί φησιν ὁ Θαλέλαιος κ. τ. λ. Nec tamen desunt exempla harum adnotationum inter scholia prima manu scripta. Summae et παραπομπαὶ ex Theodori Breviario Codicis desumtae eatenus nonnisi interpolatae sunt, ut loci Basilicorum locis Codicis laudatis respondentes interiecta particula ἤτοι additi sint; ceterum epitomae Theodori inter scholia prima manu scripta extant. Consuetudo Thalelaei et Stephani in laudandis tribus prioribus Digestorum partibus et libris singularibus plerumque retenta est [41]), raro mutata [42]). 4) In Codice Parisiensi 1348 (lib. XX—XXX.) commentariorum veterum epitomae, quibus accedunt permultae recentiorum Iureconsultorum adnotationes, interpolationibus valde sunt foedatae. Modus laudandi Thalelaeo et Stephano consuetus secundum tres priores Digestorum partes et libros singulares saepe retentus [43]), nonnunquam mutatus est, ita ut libri Digestorum secundum numerum, quem inter quinquaginta libros habent, laudentur [44]). In epitomis ex Thalelaei Codice et ex Stephani Digestis saepe aliquid recentiori tempore additum vel insertum reperitur [45]). Locis iuris Iustinianei laudatis saepissime Basilicorum loci congrui interiecta particula ἤτοι additi reperiuntur in scholiis Thalelaei [46]), Stephani [47]), Anonymi et Enantiophanis [48]) et Theodori [49]). Item adnotationes Anonymi et Enantiophanis, et Theo-

30) Cf. Sch. Steph. Περὶ T. III. p. 370. et not. p. Sch. Steph. Ἔνθα T. III. p. 424. et not. a. Sch. Steph. Τῇ γὰρ T. III. p. 489. et not. k. 31) Interdum tamen etiam Codex Paris. 1348 rationem laudandi Digesta Stephano consuetam retinuit. Cf. Sch. 4. T. III. p. 348. Sch. Τοῦτο III. 354. Sch. Σημείωσαι III. 356. 366. Sch. Καλῶς III. 374. Sch. Μὴ ἐναντιωθῇ III. 378. Sch. Ἔχε III. 407. 32) Cf. Sch. T. III. p. 162. Sch. Οὐ πρὸς III. 183. Sch. Θαλελαίου III. 187. 188. 207. 213. 293. Sch. Ὡς III. 294. Sch. Θαλελ. III. 428. 433. Sch. Ἔγνως III. 440. Sch. Οὐκοῦν III. 482. 33) Cf. Sch. Εἰ γὰρ III. 292. Sch. Θαλελ. III. 296. 34) Hoc factum est v. c. in Sch. Τοῦ αὐτοῦ III. 175. Sch. Τοῦ αὐτοῦ III. 178. Sch. Τοῦ Ἐναντιοφ. III. 384. 35) Sic in Sch. Anon. 39. T. III. p. 263. laudatur in Codice Paris. 1348 ἡ περὶ ῥεπουδίου νεαρὰ ρι'. (intelligitur Nov. 117.), in Codice Laurentiano ρπ̄, quod haud scio an ρη'. significet. Haec Novella apud Iulianum est 108. In Sch. 10. Τοῦ Ἀνωνύμου III. 409. laudatur ἡ περὶ ἐξνερεδατίονος νεαρὰ ριε'. in Codice Paris. 1348, Codex Laurentianus habet numerum ρβ'. Apud Iulianum est Nov. 107. 36) Veluti in Sch. Ὁμοίως III. 481. Sch. Κυρίλλου III. 698. Sch. Ὁ στρατιώτης IV. 47. Sch. Ἀνάγνωθι IV. 49 37) Retentus est in scholiis 1) Thalelaei: Sch. Εἰ δὲ III. 699. Sch Σημείωσαι III. 707. Sch. Ἐγκαλεῖται III. 712. Sch. Τὰ αὐτὰ III. 727. Sch. Μάθε III. 738. Sch. Ἔγνωμεν III. 738. Sch. Τοῦτο III. 744. Sch. Σημείωσαι III. 755. Sch. Ἄρα III. 760. Sch. Πρόςκειται III. 781. Sch. Οὕτω IV. 239. Sch. Ἐπειδὴ IV 281. Sch. Εἰ δὲ IV. 284. Sch. Οὐδέποτε IV. 288.; 2) Stephani: Sch. Ὁ γὰρ IV. 14. Sch. Παραγραφὴ IV. 23. Sch. Δίδωσι IV. 28. Sch. Εἰ γὰρ IV. 29. Sch. Τοῦτο IV. 217. 38) Verbi causa in Sch. Μὴ θαυμάσης (Thalelaei) III. 765. 39) Cf. Sch. Εἴρηται V. 231. Sch. Καὶ V. 232. Sch. Σῖος V. 234. Sch. Μήτηρ V. 252. Sch. Κυρίλλου V. 256. etc 40) Veluti in Sch. Θεοδ. IV. 417. 41) Retenta est in scholiis 1) Thalelaei: Sch. Πρόςκειται V. 396. Sch. Ὁ φούρτιβος V. 398. Sch. Ἔγνωμεν V. 398. Sch. Θαλελ. V. 400 Sch. Σημείωσαι V. 410.; 2) Stephani: Sch. Ἐνάγεται V. 428. Sch. 1. a v. Τουτέστιν V. 429. Sch. Στεφάνου V. 430. Sch. Ὅτι V. 432. Sch. Σημείωσαι et Ἰδοὺ V. 432. 42) Veluti in Sch. 1. (Steph.) V. 437. 43) Retentus est in Scholiis 1) Thalelaei: Sch. Θαλελ. II. 370. 453. Sch. Καλῶς II. 462. Sch. Θαλελ. II. 567. Sch. Θὲς II. 723.; 2) Stephani: Sch. Ὁ Κέλσος II. 338. Sch. Σκυτοτόμῳ II. 340. Sch. Εἰ καὶ II. 443. Sch. Ἐάν τις II. 444. 448. Sch. Ἐρώτησις II. 577. Sch. Ἰδοὺ II 579. Sch Στεφ. II. 581. Sch. Νικαίως II 713. Sch. Ἡ μὲν II. 715. 44) Exempla sunt in scholiis 1) Thalelaei: Sch. Ἔγνως II. 368. Sch. Τυχὸν II. 370. Sch. Τουτέστι II. 373. Sch. Θαλελ. II. 452. Sch. Ἔγνως II. 565.; 2) Stephani: Sch. Πομπώνιος II. 334. Sch. Εἶχον II. 337. Sch. Χρὴ II. 338. Sch. Ἐὰν II. 349. Sch. Τὰ μὲν II. 438. Sch. Στεφ. II. 547. 587. 588. 591. 592 sq. Sch. Θὲς II. 609. Sch. Στεφ. II. 619. 633 sq 45) Exempla sunt in scholiis 1) Thalelaei: Sch Ἐν τῷ II. 457. Sch. Σημείωσαι II. 457. Sch. Μὴ αἱρετὸν II. 568 Sch Θαλελ. II. 646. 656.; 2) Stephani: Sch. Ὁ ἀλιένο II. 438. Sch. Ἐπὶ II. 442. Sch. Λέγει II 442. Sch. Οὐκ II. 442. Sch. Ἤρεσεν II. 451. Sch. Στεφ. II. 527. Sch. Τοῦτο II. 577. Sch. Στεφ. II. 578. Sch. Στεφ. II. 592. Sch. Κἀγὼ II. 603. Sch. Τοῦτ' ἔστιν II. 613. 46) Cf. Sch. Ἐρώτησις II. 452. Sch. Θαλελ. II. 454. 458. 462 494. Sch. Ὁ μέντοι II 566. Sch Θαλελ. II. 567. 47) Sch. Τὰ μὲν (Steph.) II. 434. Sch. Στεφ. II 553. Sch. Ὡς γὰρ II. 564. Sch. Σημείωσαι II. 590. Sch Τέως II. 595 48) Sch. Τοῦ Ἐναντιοφ. II. 390. 445. 447. 449 468. 471. 558. 580. 582. 599. 601. 604. 613. 617. 622. 640. 676. 677. 681 685. 687. 691. 712. 714. 717. III. 58. Sch. Τοῦ Ἀνων. II. 428 450. 451. 468. 474 560. 596. 597. 600. 601. 603. 606 607. 609. 699. 49) Sch. Θεοδώρου II 452. Sch. Τοῦ κινοῦντος II. 485. Sch. Ὁ κατὰ II. 491. Sch. Θεοδ. II. 565. 567. Sch Κἂν II. 572. Sch Θεοδ. II. 644. 646. 648. 649. 650. 655. 720. 721. 722. 723. 725. 728. 731.

dori *παραπομπαί* recentiora habent additamenta [50]). Fragmenta adeo indicis Cyrilli in aliis Codicibus eiusmodi additamentis tam ob brevitatem epitomes, quam quod regulariter a Cyrillo loci iuris Iustinianei laudari non solent, non foedata ab his in hoc Codice non sunt immunia [51]). 5) In Codice Paris. 1352 (lib. I—XVIII.) epitomae veterum commentariorum, quibus accedunt in eo etiam recentiorum Iureconsultorum adnotationes, multo magis sunt in brevius contractae et interpolatae, quam in Codicibus sub num. 3. 4. laudatis. Quod luculenter apparet, si scholia antiqua hoc Codice ad lib. XI—XIV conprehensa cum his, quae Codice Coisliniano 152 continentur, volueris conferre. Ceterum notatu dignum est, tam in Codice Parisiensi 1352, quam in Codice Coisliniano 152 ad eundem Digestorum titulum praeter epitomas commentarii Stephani etiam fragmenta indicis Dorothei exhiberi, cum alias regulariter scholiorum antiquorum compilatores ad eos Digestorum libros, quos Stephanus commentario illustraverat, commentarii Dorothei usum fecerint nullum. In Codice Coislin. 152 tamen nonnisi duo fragmenta Dorothei ad titulum Digestorum de pactis (lib. II. tit. 14.) extant [52]), et adnotatio Dorothei ad L. 57. D. mandati (lib. XVII. tit. 1.) ad verba Publiciana actione [53]). In Codice autem Parisiensi 1352 ad titulos Digestorum de pactis (lib. II. tit. 14.) et de transactionibus (lib. II. tit. 15.) multa exhibentur Dorothei fragmenta [54]), ad reliquos Digestorum titulos, qui lib. XII—XIV. Basilicorum continentur [55]), nullum. Fragmenta Dorothei, quae Codice Coislin. 152 continentur, a scholiorum antiquorum compilatoribus ipsis esse recepta, dubium esse vix potest, cum haec fragmenta inter scholia prima manu scripta extent, ideoque cogitari nequeat, ea a posteriore illius Codicis possessore esse addita. Quid causae fuerit, cur scholiorum antiquorum compilatores a regula consueta recesserint, equidem non intelligo. Nam causam fuisse non in eo positam, quod Codex manuscriptus commentarii Stephani, quo compilatores utebantur, lacunam haberet, exinde patet, quod Stephani index L. 39. D. II. 14. in Sch. *Ἐπώλησα* I. 623. et eiusdem index L. 40. §. 1. 2. in Sch. *Εἰ ὁ* I. 624. et in Sch. *Τρεῖς* I. 625. extant. Fragmenta Dorothei vero, quae Codice Parisiensi 1352 continentur, non ab ipsis scholiorum antiquorum compilatoribus excerpta, sed recentiori manu addita esse crediderim. Haud scio, an fragmenta illa duo Dorothei ad titulum Digestorum de pactis in scholiis antiquis conspicua librario, qui Codicem Parisiensem 1352 scripsit, causam dederint, plura Dorothei fragmenta ad eundem titulum describendi. Dubitari potest, utrum ea ex ipso commentario Dorothei an ex compilatione quadam locorum ex illo commentario delectorum desumta sint. Hoc magis ut sentiam, me movet, quod in Codice Parisiensi 1352 fragmenta Dorothei duntaxat ad duos Digestorum titulos, de pactis et de transactionibus exhibentur, nec vero ad reliquos Digestorum titulos, qui Basilicorum libris XII—XIV. continentur. Integrum Dorothei commentarium librarius si habuisset, haud dubie etiam ad hos Digestorum titulos fragmenta ex eo descripsisset. Sic autem, cum collectionem fragmentorum Dorothei nonnisi ad dictum utrumque titulum in promtu haberet, in eo acquievit, ut ad utrumque titulum locos, quos in illa collectione reperisset, describeret.

§. 6. III. Adnotationes recentiorum Iureconsultorum [1]).

Seculo decimo, undecimo ac duodecimo Scholiis antiquis paulatim accesserunt recentiorum Iureconsultorum adnotationes, et quidem Garidae, Ioannis

---

50) Exempla sunt inter adnotationes 1) Anonymi et Enantiophanis: Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ.* II. 390. Sch. *Ζήτει* II. 392. Sch. [*Τοῦ*] *Ἀνωνύμου* II. 430 431. Sch. *Εὐλόγως* II. 444. Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ* II 445. 447 sq. Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* II. 464. 473. Sch. *Κατα* II. 540. Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ.* II. 565 Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* II. 597. 600. 604. 628. 632. Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ.* II. 609. 708.; 2) inter *παραπομπὰς* Theodori: Sch. *Εἰ καὶ* II. 458. Sch *Θεοδώρου* II. 494 sq. 569. Sch. *Οὐ* II. 26 51) Cf. Sch. *Κυρίλλου* II. 602. 605. 52) Scilicet indices L. 39. 40. D. II. 14. in Sch. *Δωρόθεος* Basil. Heimb. I. 623. Sch. *Δωροθέου* I. 624. 53) Sch. *Δωροθέου* II 138. 54) Fragmenta Dorothei in Codice Paris. 1352 haec extant: *Dig. lib. II. tit.* 14. Index L. 2. §. 1. — Sch. *Ἀγαθοὺς* a v. *ἐὰν γὰρ* u. a. f. Basil. Heimb. T. I. p. 554. Index L. 3. — Sch. *Εἰ δὲ* I 555. Adnot. ad L. 3. — Sch *Τουτέστι* I. 555. Index L. 5. — Sch *Πᾶσα κονβεντίων* u. a. v. *ἡγεμόνες* I. 558. Index L. 6. — Sch. *Πᾶσα κονβεντίων* a v. *λεγίτιμα* u. a. f. I. 558. Index L. 7. pr. §. 1. — Sch. *Τῶν φυσικῶν* I. 562. Index L. 7. § 4. — Sch. *Ἀπὸ γυμνῶν* I. 565. Index L. 7. §. 5. — Sch. *Εἰ καὶ τὰ μάλιστα* u. a. v. *συναλλάγματος γενόμενα* I. 565. Index L. 7. §. 6. — Sch. *Ἐπώλησα* I. 569. Index L. 7. §. 12. — Sch. *Ἔθος ἐστὶ τοῖς* I. 575. Index L. 7. §. 13. — Sch. *Πρὸ τοῦ* I. 572. Index L. 10. pr. — Sch. *Κἂν* I. 578. Index L. 10. §. 1. — Sch. *Συμφωνεῖ* I. 580 Index L. 10. §. 2. — Sch. *Εἰώθαμεν* I. 581. et Sch. *Ὥσπερ γὰρ* u. a. v. *βλάπτομαι* I. 582. Index L. 11. — Sch. *Ὥσπερ γὰρ* I. 582. verb. *ἐπειδὴ καὶ καταβάλλεται τῷ προκουράτωρι.* Index L. 12 — Sch. *Ὥσπερ γὰρ* a v. *τότε δὲ* I. 582. Index L. 17. §. 4. — Sch. *Τὸ παρὰ* I. 588. Index L. 17. § 6. — Sch. *Τὸ παρὰ* I. 589. Index L. 21. §. 1. — Sch. *Ἐὰν δὲ* I. 591. Index L. 21. §. 2. — Sch. *Οὕτω μὲν* I. 592. Index L. 21. §. 3. 4. — Sch. *Θυγάτηρ* I. 593. Index L. 21. § 5. — Sch. *Πολλάκις* I. 595. Index L. 25 §. 2. — Sch. *Εἰ καὶ* u. a. v. *δίδωσιν* I. 597. Index L. 26 — Sch. *Εἰ καὶ* a v. *ὅτε τοῦτο* I. 597. Index L. 27. pr. — Sch. *Ὥσπερ* I. 599. Index L. 27. §. 4. fin. — Sch. *Ἐπὶ γὰρ* I. 605. Index L. 32. — Sch. *Τὸ εἰρημένον ἐκ* I. 619. Index L. 36 — Sch. *Ἐκ τοῦ ἰνδικος* I. 622. Index L. 41. — Sch. *Οὐ δύναται* I. 628. Pars indicis L. 42. — Sch. *Τὸ σύμφωνον* I. 629. Index L. 47. pr. — Sch. *Ὁ παραχωρηθεὶς* I. 631. Index L. 49. — Sch. *Δανείσας* I. 632. Index L. 54. — Sch. *Ἐὰν Στίχον* I. 635. Index L. 55. — Sch. *Ἐὰν γὰρ* I. 635. Index L. 56. — Sch. *Ἐὰν τῷ* I. 636. Index L. 60. — Sch. *Ἐὰν τελευτήσαντος* I. 638. Index L. 62. — Sch. *Ἐὰν γενικὸς* I. 640. — *Dig. lib. II. tit.* 15. Index L. 4. — Sch. *Ἡ Ἀκουιλιανὴ* u. a. v. *κεχρεώστηται* I. 670 Adnot. ad L. 4. — Sch. *Ἀκουιλιανὴ* I. 670 Index L. 5. — Sch. *Ἡ Ἀκουιλιανὴ* I. 670. a v. *ἐπειδὴ δὲ.* Index L. 8. pr. — Sch. *Ἐπειδὴ* I. 694. Index L. 8. §. 20. — Sch. *Ἐὰν δίκης* I. 680. Index L. 8. §. 23. a v. Caeterum si. — Sch. *Ἐὰν δὲ συσσυμφωνοῦντος* I. 681. Pars indicis L. 9. § 3. — Sch. *Πᾶς γὰρ* I. 685 Index L. 10. — Sch. *Πατὴρ* I. 685. Index L. 11. — Sch. *Καὶ ὁ μὴ* I. 685. Praeterea in Codice Parisiensi 1352 etiam alia fragmenta indicis Dorothei exhibentur haec: Index L. 10. D. I. 3. — Sch. *Οὔτε* I. 37. (Sch. m. Fabr. I. 37.). Index L. 31. D. I. 3. — Sch. *Ὁ μὲν βασιλεὺς* u. a. v. *αὐτῇ* I. 87. (Sch. a. Fabr. I. 114.). Index L. 32. §. 1. D. I. 3. inde a v. nam quid interest. — Sch. *Ποῖα* u. a. v. *οἱ νόμοι* I. 39. (Sch. q. Fabr. I. 38.). Index L. 33. D. I. 3. — Sch. *Ποῖα* a v. *ἐν ἐκείνοις* I. 39. (Sch. q. Fabr. I. 38). Index L. 34. D. I. 3. — Sch. *Ἡνίκα* I. 39 (Sch. s. Fabr. I. 38.). Index L. 1. §. 2. D. XXII. 6. — Sch. *Ἐάν τις* I. 82. Index L. 4 D. XXII. 6. — Sch. *Ἡ τοῦ* I 82. Index L. 9. §. 5. D. XXII. 6. — Sch. *Τοῦ Ἐναντιοφ.* a v. *Ἐάν τις* u. a. v. *Ἀντωνίνου* I. 84 Index L. 2. pr. D. L. 16. — Sch. *Ὁ μητρόπολιν* I. 62. (Sch b. Fabr. I. 66.). Index L. 7. D. L. 16. — Sch. *Οὐ μόνον* I. 62. (Sch. b. Fabr. I 67.). Index L. 9. D. L. 16. — Sch. *Εἶχον* I. 62. (Sch. m. Fabr. I. 67.). Index L. 14. pr. D. L. 16. — Sch. *Λαβεὼν* I. 63. (Sch. x. Fabr. I. 68.). Index L. 25. §. 1. D. L. 16 — Sch. *Ὁ Κόϊντος* u. a. v. *ἐπίκοινον* I. 64. (Sch. d. Fabr. I. 70.). Index L. 39. pr. D. L. 16. — Sch *Σουβσιγνάτα* I. 64. (Sch. k. Fabr. I. 71.). 55) Dig. XVII. 2. — Basil. XII. 1. Dig. X. 3. — Basil. XII. 2. Dig. XIII. 6. — Basil. XIII. 1. Dig. XVI. 3. — Basil. XIII. 2. Dig. XVII. 1. — Basil. XIV. 1.

1) Cf. Zachariae de L. Delineatio §. 38. p. 63. Idem in Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1844. p. 519. 1847. p. 593. Mortreuil, T. III. p. 230—245.

Nomophylacis, Calocyri Sexti, Patzi, Constantini Nicaeni, Gregorii Doxapatris et Hagiotheodoritae. Quae adnotationes pertinent tam ad Basilica, quam ad veterum commentariorum epitomas. Appellantur, ut opponantur his veterum commentariorum epitomis, quae vocantur *παραγραφαὶ τῶν παλαιῶν*, *νέαι παραγραφαὶ* [2]) vel *σχόλια* [3]), etiam *νέα σχόλια* [4]), quibus opponuntur *σχόλια παλαιὰ* [5]), *τῶν παλαιῶν* [6]). Inter adnotationes peculiari nomine a reliquis discernuntur *παρασημειώσεις*, inter quas etiam *παλαιαὶ* vel *τῶν παλαιῶν* et *νέαι* discernuntur [7]). Quo nomine designantur adnotationes, quae incipiunt voce *σημείωσαι*, quibus inter veteres commentatores Stephanus potissimum uti solet. Ad earum exemplum recentiores etiam Iureconsulti adnotationes eodem verbo incipientes composuerunt, ex quibus inprimis Constantinus Nicaenus et Hagiotheodorita nominandi sunt. Quod ad Codices Basilicorum manuscriptos attinet, in quibus eiusmodi recentiores adnotationes reperiuntur, 1) in Codice Coisliniano 152 (Basil. lib. XI—XIV.) plerumque manu secunda scriptae sunt. Haud exiguus eorum est numerus, licet longe praevaleat epitomarum commentariorum veterum multitudo. Recentiores adnotationes saepius nil sunt, nisi veterum adnotationum repetitiones [8]); nonnunquam emendant veteres adnotationes vel iis aliquid addunt [9]). Recentiores adnotationes reperiuntur in hoc Codice Constantini Nicaeni [10]), Gregorii Doxapatris [11]), Ioannis Nomophylacis [12]). 2) In Codice Laurentiano LXXX. 11. (Basil. lib. XXVIII. XXIX.) recentiotiores adnotationes a veteribus separatae esse solent, in Codice Parisiensi 1348 autem (lib. XX—XXX.) saepe cum veteribus sunt coniunctae, ita ut recentior cum veteri unam eiusdem auctoris adnotationem efficere videatur. In eadem recentiori adnotatione nonnunquam iuris Iustinianei et Basilicorum loci promiscue laudantur [13]), quod argumento est, eam ex veteri adnotatione esse ortam. Reperiuntur in Codice Laurentiano et Parisiensi (in hoc ad Basilicorum libros XXVIII. XXIX.) adnotationes Constantini Nicaeni [14]), Calocyri Sexti [15]), Ioannis Nomophylacis [16]). Recentiorum adnotationum haud magnus est numerus. 3) In Codice Parisiensi 1345 (Basil. lib. XXXVIII—XLII.) haud multae adnotationes recentiores leguntur, et quidem Calocyri Sexti (ad lib. XXXVIII. XXXIX.) [17]) et Ioannis Nomophylacis [18]). 4) Codex Parisiensis 1350 (Basil. lib. LX.) magnum continet recentiorum adnotationum numerum, quae velut commentarium perpetuum ad Basilicorum textum efficiunt. Saepius ex veteribus adnotationibus ortae esse videntur, ut ex verbis artis latinis retentis apparet [19]). Ad libros XLVII. XLVIII. Digestorum, ad quos Dorothei commentarium scholiorum antiquorum compilatores adhibuerunt et excerpserunt, inprimis Anonymi adnotationes a recentioribus interpretibus in recentiores adnotationes mutatae esse videntur. Cuius rei duplex causa fuit. Ac primum quidem Anonymi adnotationes ad eos Digestorum libros, quos Stephani commentarius non complectebatur, longe uberiores et locupletiores esse solent, quam ad libros Digestorum a Stephano illustratos, cum in his Anonymus regulariter in eo acquieverit, ut Stephani adnotationes brevibus repeteret et lectorum animum ad illas adverteret. Ad libros ergo Digestorum, quos Stephani commentarius non spectabat, Anonymi adnotationes eandem habebant apud recentiores interpretes auctoritatem, quam Stephani ad Digestorum libros ab eo illustratos, cum Dorothei adnotationes rariores et breviores fuisse videantur, quam ut a recentioribus interpretibus magni habitae fuerint. Deinde Anonymi adnotationes in recentiores transformari facillime poterant, cum Basilicorum textus ex Anonymi Digestis desumtus esset. Exiguus adnotationum Anonymi in scholiis antiquis ad Digestorum lib. XLVII. et XLVIII. numerus conjecturam antea propositam reddit probabilem. Auctores recentiorum adnotationum ad Basil. lib. LX. sunt Ioannes Nomophylax [20]), Constantinus Nicaenus [21]), Gregorius Doxapater [22]), Patzus [23]), Garidas [24]), Iureconsulti, qui seculo undecimo et duodecimo ineunte vixerunt. Accesserunt praeterea adnotationes Iureconsultorum, qui posterioris aetatis sunt, seculo duodecimo exeunte et post vixerunt, maxime Hagiotheodoritae et discipuli cuiusdam eius ignoti. Hagiotheodoritae longe plurimae sunt adnotationes, quas maximam partem e Codice Parisiensi 1350 primus divulgavi in Basilicorum editione. Adnotationum recentiorum, quae nomen auctoris in fronte non habent, plures ei tribui possent propter simile genus dicendi, nisi in Codice Parisiensi 1350 Hagiotheodoritae nomen tam religiose scholiis ab ipso profectis praeponeretur. Ceterum Hagiotheodorita nonnunquam recentiores adnotationes auctorum, quorum nomen additum non est, correxit et emendavit [25]). Quae adnotationes utrum alicui antea dictorum Iureconsultorum an aliis interpretibus

2) Ita appellantur in Sch. *Ὠφελεῖ* Basil. Heimb. T. I. p. 582. Sch. *Κοινωνοὺς* I. 594. Sch. *Οὐκ* I. 643. Sch. *Μὴ θαυμάσῃς* II. 429. Sch. *Σημείωσαι* II. 469. Sch. *Οὐκ* II. 612. Sch. *Καὶ μὴ* II. 615. Sch. *Διὰ* II. 617. Sch. *Τῷ* II. 628. Sch. *Προσοχὲς* II. 658. Sch. *Τοῦτο* II. 658. Sch. *Καὶ* II. 661. Sch. *Πρὸ* II. 689. Sch. *Ὅταν* II. 704. Sch. *Τοῦ Νικαίως* II. 729. Sch. *Ὁ πρὸ* III. 56. Sch. *Τοῦ Ἁγιοθεοδ.* V. 262. Sch. *Ζήτει* V. 268. Sch. *Ἐὰν* V. 343. Sch. *Ζήτει* V. 385. 430. Sch. *Εἰ γὰρ* V. 494. Sch. *Ἄκων* V. 686. Sch. *Ἐνταῦθα* V. 909. Sch. *Ἐὰν* V. 912. 3) Vox *σχόλιον* eodem sensu, quo *νέα παραγραφή*, legitur in scholiis Basil. Heimb. T. I. p. 692. T. II. p. 74. 430. 437. 465. 532. 536. 543. 550. 564. 621. 672. 675. 683. 685. 708. T. V. p. 238. 246. 255. 265. 267. 310. 337. 352. 380. 412. 437. 537. 4) Sch. *Οὐ μόνον* II. 738. Sch. *Ζήτει* V. 484. 527. Sch. *Εἰς* V. 534. Sch. *Σημείωσαι* V. 734. 5) Sch. *Παλαιὸν* V. 807. 6) Sch. V. 474. 7) Sic *τοῦ παλαιοῦ παρασημείωσις* laudatur in Sch. *Ὅρα* V. 462; *νέα παρασημείωσις* discernitur a *παραπομπαῖς* in Sch. V. 702. 8) Cf. Sch. *Τὸ ἐξ ὀρθοῦ* I. 792. cum Sch. *Τοῦ Ἀνωνύμου* ibid. Sch. *Σημείωσαι* II. 116. cum Sch. *Ἀνων.* ibid. Sch. *Ἐὰν τυχὸν* II. 117. cum Sch. *Ἀνων.* ibid. Sch. *Κατὰ* II. 136. cum Sch. Steph. *Τοῦτο νόησον* ibid. 9) Cf. Sch. *Οὐ δοκεῖ* II. 84. cum Sch. *Στεφ.* ibid. Sch. *Γίνωσκε* II. 132. cum Sch. Steph. *Ἔγνως* ibid. Sch. *Γίνωσκε* II. 132. cum Sch. Steph. *Ἕτερον* ibid. Sch. *Καὶ ἕτερον* II. 136. cum Sch. Steph. *Σημείωσαι* ibid. 10) Sch. *Τοῦ Νικαίως* I. 661. Sch. *Τοῦ κυρίου Κωνσταντίνου τοῦ Νικαίως* I. 709. Sch. *Κωνσταντίνου τοῦ Νικαίως* I. 770. Sch. *Τοῦ Νικαίως* II. 77. 11) Sch. *Γρηγορίου* I. 719. 758. 786. 12) Sch. *Ἰωάννου* I. 800. II. 27. Sch. *Τοῦ Νομοφύλακος* II. 13. 19. 20. 25. 52. 89. 92. 109. 132. 13) Veluti in Sch. *Τοῦ Νικαίως* III. 180. 14) Sch. *Νικαίως* III. 180. 15) Sch. *Καλοκύρου* III. 282. 16) Sch. *Ἰωάννου* III. 385. 448. 451. 17) Sch. *Καλοκύρου* III. 679. 691. 696. 716. 717. 720. 746. 749. 778. IV. 12. 23. 33. 53. 69. 72. 75. 94. 98. 111. 120. 122. 129. 142. 157. 181. 194. In Sch. 4. III. 696. Calocyrus mentionem facit Cyrilli et *τοῦ πλάτους*, i. e. indicis Dorothei. 18) Sch. *Ἰωάνν.* III. 758. 764. 19) Cf. Sch. *Μὴ ἐναντιωθῇ* V. 278. Sch. *Καὶ μὴν* V. 278. Sch *Καλῶς* V. 295. Sch. *Καὶ* V. 296. Nonnunquam recentior adnotatio veterem simul continet, veluti Sch. *Οὕτως* V. 327. 20) Sch. *Ἰωάννου* V. 279. 288. 448. 21) Sch. *Τοῦ Νικαίως* V. 446. 448. 22) Sch. *Γρηγορίου* V. 712. 23) Sch. *Τοῦ Πατζοῦ* V. 716. 751. 767. 795. 24) Sch. *Τοῦ Γαριδᾶ* V. 763. 905. 25) Cf. Sch. *Τοῦτο* et Sch. *Εἰς τὸ αὐτό*. *Τοῦ Ἁγιοθεοδ.* V. 426. Sch. *Ὅταν* et *Εἰς τὸ αὐτό*. *Τοῦ Ἁγιοθεοδ.* V. 427 sq. Sch. *Τί φησι* V. 443.

tribuendae sint, definiri non potest. Multae recentiores adnotationes, quae nomen auctoris in fronte non habent, valde similes sunt his, quae auctorem habent Constantinum Nicaenum. Itaque, licet eius nomen rarissime in Codice Parisiensi 1350 scholiis praefixum appareat, tamen non dubito, quin multa ei scholia recentiora in hoc Codice tribuenda sint, qua de re disserui, cum de hoc Iureconsulto verba facerem (cf. §. 3. num. VII.). Quod ad Garidam attinet, dubitari potest, an ipse Basil. lib. LX. interpretatus sit, cum quae ad alios Basilicorum libros extant scholia eius nomine insignita, ex peculiari libello eius *περὶ ἀγωγῶν* desumta sint. Ita et ad Basil. lib. LX. tit. 39. cap. 3. in scholio eius nomine inscripto relatio eius de divisione homicidiorum et de his, qui ad ecclesiam confugiant, ad Imperatorem Constantinum Ducam exhibetur, quam posterior Scholiasta huic Basilicorum loco addidit. Sed quae ad Basil. lib. LX. tit. 62. cap. 1. reperitur eius adnotatio (T. V. p. 905.), ad textum ipsum Basilicorum videtur pertinere et quidem ad verba *κεῖται καὶ αὐτοῦ ὁ Βισέλλιος νόμος*, ita ut dicendum sit, Garidam hunc locum Basilicorum esse interpretatum. Dici tamen etiam potest, posteriorem Scholiastam hunc Garidae locum ex eius libro *περὶ ἀγωγῶν*, in quo Viselliae legis sub litera B mentio facta fuit, desumsisse et dicto Basilicorum loco tanquam scholium subiecisse, quo factum sit, ut adnotatio Garidae ad hunc locum esse videatur. Recentissimae adnotationes, quae in Codice Parisiensi 1350 extant, auctorem habent discipulum quendam Hagiotheodoritae, cuius nomen ignoratur. Atque hic quidem diversarum praeceptoris sui Hagiotheodoritae et Constantini Nicaeni sententiarum mentionem fecit de casibus, in quibus accusatio adulterii quinquennio, et in quibus sex mensibus praeterlapsis excludatur, et Constantini Nicaeni sententiam probavit[26]). Alio loco Hagiotheodoritam vituperavit[27]). Ceterum in Codice Parisiensi 1350 etiam epitomae *τῆς Πείρας* Eustathii Romani nomen in fronte habentes leguntur, quae tanquam scholia Basilicorum textui subiectae sunt[28]). Reliqua, quae nomine eius praefixo reperiuntur scholia, non immediate ex *Πείρᾳ* originem habent[29]). 5) In Codice Parisiensi 1348 (Basil. lib. XX—XXX.) recentiores adnotationes ad diversos Basilicorum, qui hoc Codice continentur, libros valde inaequaliter distributae sunt. Ad librum XX. paucissimae extant; ad libros XXI—XXIII. sunt frequentissimae; minor earum ad libros XXVIII. et XXIX. est numerus. Auctores recentiorum adnotationum, qui in hoc Codice nominantur, sunt Calocyrus Sextus[30]), Ioannes Nomophylax[31]), Gregorius Doxapater[32]), Garidas[33]), Constantinus Nicaenus[34]). Scholia, quae Garidae nomen in fronte habent, adnotationes ad Basilicorum textum esse videntur, nec ullum vestigium apparet, ea ex alio opusculo huius Iureconsulti, puta ex libello *περὶ ἀγωγῶν*, esse desumta. Plurimae recentiores adnotationes hoc Codice comprehensae auctorem habent Constantinum Nicaenum. Verum praeter adnotationes nomine eius insignitas longe plures ei videntur esse tribuendae ex causis, quas, cum de hoc Iureconsulto verba fecimus, exposuimus[35]). 6) In Codice Parisiensi 1352 (Basil. lib. I—XVIII.) etiam recentiores adnotationes extant, nec vero ita multae, ad libros potissimum XI—XIV.

§. 7. Glossa Basilicorum ordinaria[1]).

De fatis, quae scholia Basilicorum, tam antiqua, quam recentiora inde a fine seculi duodecimi subierunt, diversae virorum doctorum sunt sententiae. Ac secundum eam quidem sententiam, quam Zachariae de L. tuetur, initio seculi decimi tertii ex scholiis antiquis et recentioribus adnotationibus data opera et certo consilio perpetuus quasi commentarius ad Basilicorum textum, quem glossam ordinariam vocare possis, compositus est. Eiusmodi glossa continetur integra his Codicibus: Coislin. 152, Laurent. LXXX. 11. (et secundum hunc partim in Paris. 1354), Paris. 1345, 1350 ad Basil. lib. XI—XIV. XXVIII. XXIX. XXXVIII—XLII. LX. Glossa epitomata exhibetur in Codice Paris. 1348 ad Basil. lib. XX—XXX. et in Codice Paris. 1352 ad Basil. lib. I—XVIII. Longe aliter vero sentit Mortreuil. Is enim ex scholiis antiquis et adnotationibus recentioribus commentarium perpetuum de industria compositum esse negat; imo a possessoribus singulorum Codicum manuscriptorum paulatim prioribus scholiis nova scholia adscripta arbitratur. Sic ex eius sententia scholiorum moles in dies crevit, neque unquam certis finibus circumscripta est. Exemplum eiusmodi glossae Mortreuil invenisse sibi visus est in Codice Coislin. 152 ad Basil. lib. XI—XIV. et in Codice Paris. 1350 ad Basil. lib. LX. Iureconsultum ignotum possessorem horum Codicum duas partes separatas eiusdem recensionis continentium, seculo decimo tertio exeunte glossam in extremo margine horum Codicum scripsisse putat, ex epitomis adnotationum recentiorum Iureconsultorum, puta Constantini Nicaeni, Gregorii Doxapatris, et ad lib. LX. Hagiotheodoritae compositam, adnotationibus novi glossatoris auctam. Aliam glossam priore recentiorem, postremum eorum, quae ad Basilica scripta sunt, monumentum, putat esse scholia in Codice Paris. 1348 ad Basil. lib. XX—XXX., quae, cum Harmenopuli fragmentum exhibeant[2]), seculo decimo quarto tribuit. Cum

---

et Sch. *Εἰς τὸ αὐτό. Τοῦ Ἁγιοθεοδ.* ibid. Sch. *Ἐνταῦθα* et *Τοῦ Ἁγιοθεοδ.* V. 460. Sch. *Φανερὸς* et *Τοῦ Ἁγιοθεοδ.* V. 470. Sch. *Ἤγουν* et *Ἤγουν* V. 529. Sch. *Οἶμαι, Τουτέστι* et *Τοῦ Ἁγιοθεοδ.* V. 537. 26) Cf. Sch. *Ἰδοὺ* V. 735. 27) Cf. Sch. *Ζήτει* V. 254. „*Ζήτει τὸν μζ΄. τιτ. τοῦ παρ. βιβ. καὶ ἐξ ἐκείνου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ κεφαλαίων ἑρμήνευσον τὸ παρόν· ἃ γὰρ ἀναπλάττεται ὁ Ἁγιοθεοδωρ. οὔ μοι δοκοῦσι καλῶς ἔχειν.*" Spectat hoc scholium ad adnotationem Hagiotheodoritae praecedentem in Sch. 3. ad Basil. LX. 1. 32 conspicuam. 28) Sch. *Τοῦ Ῥωμαιοῦ* Basil. Heimb. T. V. p. 756. 758. 900. 29) Locis in scholiis Basil. T. I. p. 658. T. II. p. 485. 734. T. III. p. 323. locus *τῆς Πείρας* respondet nullus. Alia scholia extant in *Πείρᾳ*. Sch. T. I. p. 706. extat aliis verbis in *Πείρ.* tit. 7. §. 1.; Sch. T. II. p. 525. in *Πείρ.* tit. 30. §. 4.; Sch. T. V. p. 764. in *Πείρ.* tit. 66. §. 2. Cf. Zachariae de L. in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1847. p. 603. not. *. 30) Sch. *Καλοκύρου* II. 389. 31) Sch. *Τοῦ Ἰωάννου* II. 390. 394. 396. 399. 400. 443. 457. 711. 712. 718. 739. Sch. *Τοῦ Νομοφύλακος* II. 424. 665 735. III. 52. 59. 32) Sch. *Γρηγόριος* II. 405. 33) Sch. II. 398. 411. 595. 34) Sch. *Τοῦ Νικαέως* vel *Τοῦ Νικαίου* II. 393. 405. 406. 439. 441. 444. 447. 449. 459. 460. 461. 463. 464. 468. 469. 470. 472. 474. 478. 480. 481. 482. 484. 489. 492. 495. 496. 505. 517. 520. 529. 530. 535. 537. 538. 549. 552. 553. 560. 566. 573. 575. 576. 577. 580. 582. 589. 594. 606. 607. 612. 613. 621. 625. 661. 672. 684. 685. 698. 714. 729. 35) Cf. §. 3. huius capitis.

1) Zachariae de L. Delineatio §. 38. p. 63. et in: Krit. Jahrb. f. deutsche RW. 1847. p. 596. Mortreuil, Histoire du droit Byzantin T. III p. 245—252. 2) Basil. Heimb. T. II. p. 673.

Reitzio[3]) hoc fragmentum Harmenopuli scholiis Basilicorum insertum factum notatu dignissimum in historia studii iuris Byzantini esse arbitratur, cum difficile sit ad explicandum, quomodo evenerit, ut, qua aetate Basilica paene oblivioni erant tradita, Iureconsultus quidam adhuc eorum rationem habuerit. Glossam in Codice Paris. 1348 conspicuam sensim sensimque esse ortam Mortreuil ex eo derivat, quod in eo Codice scripturae trium diversarum manuum conspicuae sint, quae originem scholiorum tribus diversis temporibus tribuendam esse probent. Nam fol. 1—19. scholia partim eadem manu, qua textus, partim diversis manibus scripta sunt; inde a fol. 20. (lib. XXI. tit. 1.) alia scriptura orditur textus et scholiorum eadem manu scriptorum; folia 51—54. rursus diversa manu scripta sunt; inde a fol. 55—166. A eadem scriptura reperitur, quae folii vicesimi cum sequentibus est; scriptura foliorum 51—54. rursus extat inde a fol. 166. B. sq. Ego vero sententiae, quam Zachariae de L. defendit, adstipulandum censeo. Ac primum quidem diversitas scripturae in eodem Codice conspicua, ex qua Mortreuil diversam aetatem scholiorum derivavit, vim tantam non habet, quantam Mortreuil ei tribuit. Nam et in aliis Codicibus manuscriptis contigit, ut pars Codicis cuiusdam hac, pars alia, pars tertia manu scripta sit, neque vero derivari inde potest, argumentum Codicis, ubi diversa manus est, alia aetate esse ortum. Nihil aliud exinde sequitur, quam plures librarios Codici scribendo operam navasse. Deinde certo consilio ac data opera commentarium perpetuum ex scholiis antiquis et recentioribus adnotationibus fuisse compositum, multis patet ex argumentis. Quorum primum est, quod adnotationes veterum Iureconsultorum saepissime recentioribus adnotationibus emendantur et corriguntur, ac ne in recentioribus quidem adeo adnotationibus glossator acquiescit, sed saepissime suam insuper addit sententiam. Secundum argumentum est, quod saepius laudantur *νέαι παραγραφαὶ* ad certum Basilicorum locum, unde colligitur, eum, qui illas laudavit, tempore esse posteriorem, quam auctores laudatarum recentiorum adnotationum. Tertium argumentum hoc est. In Basilicorum scholiis saepe loci versionis Codicis *κατὰ πόδα* ad eosque adnotationes Thalelaei laudantur hoc modo: *τὸ κατὰ πόδας οὕτως ἔχει·* tum sequuntur verba *τοῦ κατὰ πόδας*, vel: *καὶ τὸ μὲν κατὰ πόδας ἔχει οὕτως· καί φησιν ὁ Θαλέλαιος πρὸς τό·* (sequuntur verba *τοῦ κατὰ πόδας*, ad quae Thalelaei adnotatio spectat); quibus deinde adduntur verba ipsius adnotationis. Quod tam saepe ac continuo fieri solet, ut necessario de uno eodemque auctore, qui id fecerit, cogitandum sit[4]). Quartum argumentum est, quod saepius recentior adnotatio cum veteri coniuncta est, ita ut cum ea unam adnotationem, prima specie eiusdem auctoris efficere videatur. Quod data opera et certo consilio factum est, et quidem postea, quam auctores recentiorum adnotationum ad Basilica, de quibus supra fecimus sermonem, vixerunt. Horum enim adnotationes ab initio a scholiis antiquis erant separatae. Coniunctio earum cum scholiis antiquis ergo non his ipsis recentiorum adnotationum auctoribus, sed posterioris aetatis Iureconsulto tribuenda esse videtur. Quintum argumentum in eo consistit, quod saepissime tam *παραγραφαὶ τῶν παλαιῶν*, quam *νέαι παραγραφαὶ* certis numeris laudantur[5]). Quod fieri non potuit, nisi scholia antiqua et recentiores adnotationes in unum opus coacta et certis numeris distincta fuissent. Auctor glossae exemplum Hagiotheodoritae, qui et ipse nonnunquam adnotationum numeros discrevit, secutus videtur[6]). Sextum argumentum, quod recentiorum adnotationum compilationem certo consilio factam indicat, hoc est, quod saepe plures recentiores adnotationes auctorum tam certorum, quam incertorum ad dubitationem quandam solvendam cumulantur, verbi causa, cum scholio cuidam recentioris auctoris aliud ad eundem locum adiicitur, inscriptum verbis: *Εἰς τὸ αὐτὸ*, vel *Ἄλλος*, vel *Ἄλλως* vel aliis initio positis[7]). Hoc casu glossator interdum suam sententiam adiecit. Septimum argumentum est, quod auctor glossae saepe ipse loquitur et suam tradit sententiam[8]). Constantinus Nicaenus quidem etiam ipse ita loqui solet et similibus uti verbis, quibus auctor glossae utitur[9]). Exinde tamen nihil aliud derivari potest, nisi auctorem glossae hac in

3) Ad Harmenop. Proch. III. 7. §. 24. p. 206. 4) Cf. verbi causa Sch. *Τὸ μὲν* III. 430. Sch. *Πρόςκειται* III. 431. Sch. *Τὸ μὲν* III. 433. Sch. *Τὸ κατὰ* III. 444. 445. 452. 5) Verbi causa Sch. *Ζήτει* V. 261. „*ζήτει . . . βιβ. ιβ'. τιτ. α'. κεφ. νγ'. θεμ. γ'. καὶ τὴν ἐν αὐτῷ α'. παραγραφήν.*" Sch. *Ἡ* V. 293. „*ἡ δὲ τοῦ παλαιοῦ παραγραφὴ ἐν τῷ ιγ'. θέματι.*" Sch. *Ζήτει* V. 305. „*ζήτει . . . βιβ. ζ'. τιτ. γ'. κεφ. η'. καὶ μή σοι ἐναντιωθῇ, ἀλλ' ἀνάγνωθι τὴν ἐκεῖ α'. παραγραφήν.*" Sch. 1. V. 441. „*ζήτει καὶ κεφ. δ'. καὶ κεφ. ιθ'. καὶ κεφ. α'. καὶ τὴν ἐκεῖ β'. καὶ γ'. παραγραφήν.*" Sch. *Τινὲς* V. 484. „*ζήτει βιβ. ν'. τιτ. ιδ'. κεφ. ς'. καὶ τὴν ἐκεῖ γ'. παραγραφήν.*" Sch. *Ζήτει* V. 481. „*ζήτει τιτ. ι'. κεφ. ιη'. καὶ τὴν ἐν αὐτῷ ἐσχάτην παραγραφήν.*" Cf. etiam Sch. *Ἄλλο* I. 699. Sch. *Ὅτι* II. 140. Sch. *Τουτέστιν* II. 544. Sch. *Καὶ μὴ* II. 615. Sch. *Καὶ ταῦτα* II. 661. Sch. *Ζήτει* II. 667. Sch. *Ὅταν* II. 704. Sch. *Τῇ ἐν ῥὲμ* V. 504. Sch. *Οἶμαι* V. 537. Sch. *Καὶ* V. 575. Sch. *Τί γὰρ* V. 648. Sch. *Τὴν* V. 683. Sch. *Ἐκ τούτου* V. 685. Sch. *Ζήτει* V. 690. Sch. *Οἶμαι* V. 691. Sch. *Μὴ ἐναντιωθῇ* V. 779. Sch. *Ἀπόλλει* V. 803. Sch. *Εἰ μὴ* V. 804. Sch. *Εἰ μέντοι* V. 805 sq. Sch. *Ζήτει* V. 892. Sch. *Ζήτει* V. 897. Sch. *Ζήτει* V. 909. 6) Cf. Sch. *Τοῦ Ἁγιοθεοδ.* V. 509. Etiam Scholia *Τοῦ αὐτοῦ* V. 662 sq. 725., quae ab Hagiotheodorita profecta videntur, adnotationum numeros laudant. 7) Exempla sunt haec: Sch. *Μέχρι* et *Εἰς αὐτὸ* II. 395. Sch. 2. II. 396. Sch. 1. II. 399. Sch. *Ὅταν* et *Σχόλιον εἰς [τὸ] αὐτό* II. 564. Sch. *Νικαέως*, *Εἰς τὸ αὐτὸ* et *Ἕτερον* II. 594. Sch. *Διότι* II. 617. et Sch. *Ὡς* et *Φαίνεται* II. 618. Sch. *Τινὲς*, *Πρόσοχες* et *Σημείωσαι* II. 618. Sch. *Νομίζω* et *Ἀλλὰ* II. 641. Sch. *Ἐπεὶ* II. 665. et Sch. *Εἰς τὸ αὐτό* et *Μετὰ* II. 666. Sch. 3. II. 673. Sch. *Ἡ περὶ* II. 674. et *Εἰς τὸ αὐτό* II. 675. Scholia *Ζήτει* II. 676. Sch. *Ὁ γὰρ* II. 683. et *Εἰς τὸ αὐτό* II. 684. Sch. *Σημείωσαι* et *Ζήτει* II. 688. Sch. *Τοῦ αὐτοῦ* et *Σημείωσαι* II. 715. Sch. *Τοῦ Νομοφύλακος* II. 735. et Sch. *Τοῦτο*, *Ζήτει*, *Εἰ γὰρ* II. 736. Sch. *Ἤτοι* et *Εἰς τὸ αὐτό* V. 245. Sch. *Τουτέστιν* et *Εἰς τὸ αὐτό* V. 252. Sch. *Τοῦ δούλου* et *Ἄλλως* V. 279. Sch. *Ἀλλὰ* et *Εἰς τὸ αὐτό* V. 288. Sch. *Ἀλλὰ* et *Εἰς τὸ αὐτό* V. 327. Sch. *Τὰ ἀνωτέρω* et *Εἰς τὸ αὐτό* V. 367. Sch. *Καὶ δανειστὴς* et *Εἰς τὸ αὐτό* V. 424 sq. Sch. *Τοῦτο* et *Εἰς τὸ αὐτό* V. 426. Sch. *Ὅταν* et *Εἰς τὸ αὐτό* V. 427 sq. Sch. *Τί φησι* et *Εἰς τὸ αὐτό* V. 442 sq. Sch. *Οὔτε*, *Καί*, *Οἶδας* et *Εἰς τὸ αὐτό* V. 501. Sch. *Τῇ βl*, *Οὐχ ἵνα* et *Τοῦ Ἁγιοθεοδ.* V. 505. Sch. *Ἐκ γάρ*, *Τοῦ Ἁγιοθεοδ.* et *Εἰς τὸ αὐτό* V. 521. Sch. *Οἶμαι*, *Τουτέστι* et *Τοῦ Ἁγιοθεοδ.* V. 537. Sch. *Οἶμαι*, *Οὐχ* et *Πρὸς* V. 561. Sch. *Ἄρα*, *Ὑπὸ* V. 584. et Sch. *Ἵνα* V. 585. Sch. *Μὴ γάρ*, *Δηλονότι*, *Τοῦτο* V. 663. Sch. *Θεοδώρου*, *Εἰς τὸ αὐτό* et *Ἤγουν* V. 664. Sch. *Ὡς* V. 670. et Sch. *Εἰς τὸ αὐτό* V. 672. Sch. *Τοῦτο*, *Ἤγουν*, *Ἐπίσης* et *Εἰς τὸ αὐτό* V. 678. Sch. *Εἰ μὴ* et *Ἤγουν* V. 688. Sch. *Οὐ τιμωρεῖται*, *Οἶμαι* et *Ἐν ᾧ* V. 780. Sch. *Τεκμήρια*, *Ἢ τὸ* et *Ἤγουν* V. 798. Cf. et Sch. ad verba *ἄκυρος ἀποχὴ* I. 609. 610. Sch. *Ζήτει*, *Ἡ δὲ* et *Γράφει* I. 633. Sch. *Ζήτει*, *Διὰ ταῦτα* et *Εἶπε* I. 638. 639. Sch. *Καὶ μήν*, *Οὕτω*, *Φησὶν* et *Ὁ γάμος* I. 653. 8) Verbi causa: *ὡς ἐμοὶ δοκεῖ* vel *δοκεῖ μοι κρείττων αὕτη ἡ λύσις τῆς πρότερον* (Sch. *Πῶς* I. 745. 746.); *δοκεῖ μοι* (Sch. *Ζήτει* I. 780.); *οὐ δοκεῖ μοι καλῶς ἔχειν ἡ παραγραφὴ* (Sch. *Οὐ δοκεῖ* II. 84.); *ἀμφιβάλλω περὶ τούτο* (Sch. II. 401.); *ἐνταῦθα οἶμαι* (Sch. II. 501.). 9) Cf. Sch. *Τοῦ Νικαέως* II. 688. „*οὐκ οἶμαι.*" Sch. *Τοῦ Νικαέως* II. 729. „*οὔ μοι δοκεῖ*". Vide etiam Scholia *Τοῦ Νικαέως* II. 393. 439. 444. 492. 520. 607. 625. 688.

re imitatum esse Constantinum Nicaenum. Octavum argumentum est, quod in nonnullis scholiis auctor scholii ad sui ipsius adnotationes ad alios Basilicorum locos lectorem ablegat easque laudat [10]). Quod quamvis et Constantinus Nicaenus facere consueverit [11]), exinde tamen nihil sequitur, nisi glossae auctorem hac in re illius exemplum esse secutum.

Mortreuil [12]) tabulam proposuit, in qua designavit, in Codicibus Coisliniano 152, Paris. 1345, 1348 (et ad lib. XXVIII. XXIX. Laurent. LXXX. 11.) et 1350 quorum recentiorum Scholiastarum adnotationes et ad quos Basilicorum libros, titulos et capita continerentur, et exinde haec derivavit. Cum Codice Paris. 1345 nulla contineatur adnotatio Constantini Nicaeni et Gregorii Doxapatris, glossam hoc Codice comprehensam scriptam esse putat ante hos Iureconsultos; ex adnotationibus Calocyri Sexti, quae frequentes in hoc Codice sunt, derivat, eum tempore huius Scholiastae vel paulo post esse scriptum. Cum Codex Coislin. 152 et Paris. 1350, quibus partes separatae eiusdem recensionis continentur, nullum exhibeant scholium Calocyri Sexti, adnotationes autem Ioannis Nomophylacis, Constantini Nicaeni, Gregorii Doxapatris, Hagiotheodoritae, et praeterea fragmenta trium Iureconsultorum ultimo loco positorum in glossa, utrumque Codicem eo tempore scriptum esse existimavit, quo hi Iureconsulti Basilicis interpretandis operam dederint. Codex Paris. 1348 continet scholia Ioannis Nomophylacis, Calocyri Sexti, Gregorii Doxapatris, et potissimum Constantini Nicaeni, nullum Hagiotheodoritae. Cum hic Codex recentissimus sit eorum, qui Basilica nobis servarunt, Mortreuil plenissimam eorum, quae ad Basilica scripta sunt, compilationem eo arbitratur contineri [13]). Ex quibus omnibus derivat, glossam Basilicorum non eodem tempore et certo consilio fuisse compositam, sed durantibus pluribus seculis elaboratam a Iureconsultis diversis, subiisse varias mutationes et diversas accepisse formas; textu autem nobis superstite non contineri sinceram imaginem ullius earum formarum, quibus glossa sensim sensimque induta fuerit, sed partes separatas singularum formarum. Negandum autem est, ex eo, quod in dictis Codicibus scholia non omnium, sed nonnullorum recentiorum Scholiastarum duntaxat exhibeantur, concludi posse, quod Mortreuil inde derivaverit. Ita verbi causa ex eo, quod Codice Parisiensi 1345 Constantini Nicaeni et Gregorii Doxapatris scholium continetur nullum, non sequitur, glossam hoc Codice comprehensam ante hos Iureconsultos scriptam esse. Multo facilius, quod scholia horum Iureconsultorum in isto Codice extant nulla, ex eo potest explicari, quod illi Basilicorum libros XXXVIII—XLII. adnotationibus non illustraverint. Ac revera Constantinus Nicaenus in scholiis suis nusquam adnotationem quandam sui ipsius ad dictos Basilicorum libros laudavit. Item quod desunt in Codicibus Coislin. 152 et Parisiensi 1350 scholia Calocyri Sexti, argumento est, eum ad Basilicorum libros XI—XIV. et LX. adnotationes non scripsisse. Nec mirum est, Scholiastae cuiusdam scholia ad certos Basilicorum libros duntaxat extare, non ad omnes. Optimum ac luculentissimum exemplum praebet Hagiotheodorita, qui in Basilicorum libro LX. scholiis illustrando acquievit. Quod hic fecit, ut uni duntaxat libro illustrando operam daret, idem probabile est etiam alios fecisse, ut certis nonnisi Basilicorum libris interpretandis navarent operam. Ac revera ex ingenti operis Basilicorum mole bene explicatur, Scholiastas quosdam, non omnes libros, interpretandos sibi proposuisse. Quae cum ita sint, argumentis a Mortreuil adductis sententiam eius arbitror minime probari et persistendum in sententia Zachariaei de L. In universum ex diligentiori studio scholiorum, quae Codicibus supra dictis continentur, apparet, tam scholiorum antiquorum mutationes et interpolationes certo quodam niti consilio, quam compilationem recentiorum adnotationum data opera esse factam. Quod sigillatim tam non potest describi et definiri, quam sensu potius percipi. Diversitas Codicum maxime in scholiis antiquis conspicua est. Quod autem haec in aliis plus, in aliis minus interpolata exhibentur, non auctori glossae tribuendum est, sed librariis, qui, quo recentiori tempore Codices descripserunt, eo minus operae pretium habuerunt, scholia antiqua integra describere atque exhibere. Inde explicandum, quod in Codice Parisiensi 1350 tam multae epitomae veterum commentariorum praetermissae sunt, et quod in Codice Parisiensi 1352 scholia antiqua, et quidem epitomae ex Stephani commentario potissimum, in brevius sunt contracta et redacta. Quod ad recentiores adnotationes attinet, earum in diversis Codicibus iniquus quidem est numerus. Id tamen auctoribus earum adnotationum ipsis tribuendum est. Nam Ioannis Nomophylacis, Calocyri Sexti, Gregorii Doxapatris adnotationum longe minor est numerus, quam adnotationum Constantini Nicaeni et Hagiotheodoritae, atque horum Iureconsultorum adnotationes longiores atque uberiores sunt, quam quae illis originem debent. Quodsi illorum plures atque uberiores extitissent adnotationes, auctor glossae eorum non minorem usum fecisset, quam adnotationum Constantini Nicaeni et Hagiotheodoritae. Quod denique Mortreuil inde repetit pro stabilienda sententia sua argumentum, quod in Codice Parisiensi 1348 fragmentum ex Prochiro Harmenopuli in scholiis exhibeatur, unde derivat, glossam hoc Codice comprehensam seculo decimo quarto esse compilatam, magni non est momenti. Nam etsi glossam ordinariam ad Basilica ex scholiis antiquis et recentioribus adnotationibus seculo decimo tertio ineunte compilatam esse accipiamus, hoc tamen non excludit, additamenta posteriori tempore esse facta et glossam mutationes subiisse. Facile fieri potuit, ut possessor Codicis Parisiensis 1348 fragmentum Harmenopuli scholiis eo Codice comprehensis adiiceret eo tempore, quo Basilica oblivioni paene erant tradita. Optimum et luculentissimum exemplum eiusmodi additamentorum posteriori tempore factorum praebet Codex Parisiensis 1352. Nam in hoc Codice ad Dig. lib. II. tit. 14. 15. (Basil. lib. XI. tit. 1. 2.) exhibentur

---

10) Verbi causa: „ἀνάγνωθι καὶ ἡμετέραν παραγραφὴν τὴν ἐν τῷ γ΄. θεμ. τούτου τοῦ τιτ." (tit. 2. lib. XI. Basil.) „κειμένην" (Sch. Ζήτει I. 692.) „ζήτει . . . βιβ. κη΄. τιτ. δ΄. κεφ. ἔσχατον καὶ τὴν ἐν αὐτῷ παραγραφὴν ἡμετέραν" (Sch. Ζήτει II. 481.). „ἀνάγνωθι βιβ. κβ΄. τιτ. δ΄. κεφ. τελευταῖον καὶ τὴν ἐκεῖσε ἡμετέραν νέαν παραγραφήν" (Sch. Τοῦτο II. 658.). „ζήτει βιβ. β΄. τιτ. β΄. κεφ. ογ΄. καὶ τὸ ἐκεῖσε ἡμέτερον σχόλιον" (Sch. Ὁ γὰρ II. 638.). Cf. Sch. Ζήτει I. 692. 693. Sch. Τὸ αὐτὸ III. 156. 11) Cf. Sch. Τοῦ Νικαέως II. 460. 621. 12) T. III. p. 250. 251. 13) Mortreuil l. l. p. 252.

epitomae commentarii a Dorotheo ad Digesta scripti cum epitomis commentarii Stephani, quamvis scholiorum antiquorum compilatores ad eos Digestorum libros, quos Stephanus illustraverat, huius duntaxat commentarium excerpserint. Usus commentarii Dorothei ad Dig. lib. II. tit. 14. 15. in Codice Parisiensi factus ne auctori quidem glossae tribuendus est, quippe qui haud dubie etiam ad alios Digestorum libros a Stephano illustratos epitomas eius dedisset, quamvis scholiis antiquis non continerentur. Tribui nemini potest, nisi librario, qui Codicem hunc scripsit et ex compilatione quadam, quae epitomas commentarii Dorothei ad dictos Digestorum titulos continebat, has descripsit.

Nunc de auctore glossae ordinariae videndum est. Is videtur esse Iureconsultus nomine incerto, qui discipulus fuit Hagiotheodoritae. In Sch. *Καὶ ἰδοὺ* Basil. Heimb. T. V. p. 735. auctor scholii differentiae sententiarum praeceptoris sui Hagiotheodoritae et Constantini Nicaeni de eo, quando accusatio adulterii quinquennii, quando sex mensium praescriptione excludatur, fecit mentionem, huiusque sententiam praetulit. In Sch. *Ζήτει* Basil. Heimb. T. V. p. 254. auctor scholii Hagiotheodoritam reprehendit. Referri huc quoque possent duo alia scholia[14]), quorum auctor scholium praeceptoris sui (*σχόλιον τοῦ αὐθέντου μου*) ad Basil. lib. II. tit. 2. cap. 73. (L. 73. D. L. 16.) laudavit, ita ut verbis *τοῦ αὐθέντου μου* Hagiotheodorita designaretur. Cui tamen obstat, quod notum non est, Hagiotheodoritam alios Basilicorum libros praeter sexagesimum fuisse interpretatum. Quos si adnotationibus illustrasset, etiam scholia eius ad alios libros praeter sexagesimum superessent. Illa autem scholia etiam aliam interpretationem admittunt. Equidem enim ea Constantino Nicaeno tribuerim, et verbis *τοῦ αὐθέντου μου* Garidam designari crediderim. Causas exposui, cum de Garida sermo fuit.

Tempus, quo glossa composita est, cum Zachariae de L. ad annum circiter 1200., ad initium ergo seculi decimi tertii referendum est. Nam Hagiotheodorita recentissimus eorum auctorum est, quorum scholia ad Basilica extant; is autem post seculum duodecimum medium vixit. Cum discipulus eius glossam ordinariam composuit, necessario tempori, cui diximus, glossae compilatio vindicanda est.

---

14) Sch. *Ἡ περὶ* III. 675. Sch. *Καὶ* II. 685.

MANUALE BASILICORUM.

OBSERVANDA.

In conficiendo Manuali consilium hoc fuit, ut qui Basilicis usuri essent facile discernerent, unde et textus Basilicorum et scholia quae vocantur antiqua profecta essent. Ac textus quidem cum in iis locis qui ad Institutiones pertinent ex Theophili paraphrasi, in Digestis vertendis plerumque ex Anonymi, in Codice ex Thalelaei commentariis haustus sit, singuli eius loci unde fluxissent non adnotatum est nisi tum, cum a lege illa compilatores Basilicorum recesserunt. Scholia autem in Basilicis conspicua disposita sunt ordine eorum Institutionum, Digestorum, Codicis locorum, quos illustrant, addito auctoris cuiusque scholii nomine adpositoque interrogationis signo, ubi parum de auctore constaret; ita ut cuique librorum Iustinianeorum titulo iungeretur Basilicorum locus congruus secundum librum et titulum hoc signo =. Numeri autem legum Digestorum et Codicis a latere sinistro positi sunt iisque addita Basilicorum capita congrua iuncta eodem illo signo =. Denique sequuntur scholia secundum auctores distincta, quae more etiamnunc consueto laudantur vocibus, a quibus quodque orditur, additis tomo et pagina editionis Basilicorum Heimbachianae; designatio Scholium inutilis quippe omissa est. Praeterea monendum est vocabulum adnotatio omissum esse, ubi sequitur locus, ad quem illa adnotatio pertinet, hoc modo ut v. c. Steph. ad l. 1. §. 1. Dig. cet. significet adnotationes Stephani ad locum laudatum. Et quoniam saepe unum scholium plures librorum Iustinianeorum locos illustrat, ad singulos ubi hoc usu venit locos notatum est, unde incipiat et quousque pertineat adnotatio litteris a v. (= a voce) et u. a. v. (= usque ad vocem) vel etiam tribus punctis. Denique Iureconsultorum antiquorum nomina ita notata sunt, ut

pro	Anonymo	positum	sit	Anon.
-	Anatolio	-	-	Anat.
-	Anastasio	-	-	Anast.
-	Athanasio	-	-	Athan.
-	Cobida	-	-	Cob.
-	Cyrillo	-	-	Cyr.
-	Dorotheo	-	-	Dor.
-	Enantiophane	-	-	Enant.
-	Isidoro	-	-	Isid.
-	Stephano	-	-	Steph.
-	Thalelaeo	-	-	Thal.
-	Theodoro	-	-	Theod.
-	Theophilo	-	-	Theoph.

Reliqua, quae non plenis litteris perscripta sunt, facile quivis quid significent intelleget.

IUSTINIANI INSTITUTIONUM

LIBRI QUATUOR [a]).

LIBER PRIMUS.

TITULUS I.

De iustitia et iure.

Pr. = Coll. const. eccl. II. (in Voelli et Iustelli bibl. iur. can. II. 1308.).

TITULUS X.

De nuptiis.

Pr. = Bas. XXVIII, 4, 46.
1—9. = Bas. XXVIII, 5, 1.

TITULUS XI.

De adoptionibus.

3. = Bas. XXXIII, 1, 49 teste Tipucito III. 532. not. y.
4. = Bas. XXXIII, 1, 50.
Summa incerti auct. — *Αἱ ῥοπαί* Cap. XXXVI. §. 2.
9—11. = Bas. XXXIII, 1, 51—53.

TITULUS XII.

Quibus modis ius potestatis solvitur.

1—9. = Bas. XXXI, 4, 1.

LIBER SECUNDUS.

TITULUS I.

De divisione rerum et qualitate.

6. = Coll. const. eccl. II. (Voelli et Iust. bibl. iur. can. II. 1308.).
9. = laudatur a Stephano in Sch. 2. *Στεφάνου* I. 745.
30. = laudatur a Thalelaeo in Sch. 188. Suppl. edit. Bas. Heimb. p. 35.
a Stephano in Sch. 102. Suppl. edit. Bas. Heimb. p. 32.
39. = Coll. const. eccl. II. (Voelli et Iust. bibl. iur. can. II. 1308.).

TITULUS VI.

De usucapionibus et longi temporis praescriptionibus.

1. = Coll. const. eccl. II. (Voelli et Iust. bibl. iur. can. II. 1308.).
14. = Summa incerti auctoris — *Αἱ ῥοπαί* Cap. XXVII. §. 1.

TITULUS X.

De testamentis ordinandis.

6. = ex Theophilo laudatur in Sch. *Φησίν* II. 397.

TITULUS XX.

De legatis.

19. = laudatur a Stephano in Sch. 1. Suppl. Bas. p. 1.

TITULUS XXV.

De codicillis.

Pr. = Bas. XXXVI, 1, 1.

LIBER TERTIUS.

TITULUS II.

De legitima agnatorum successione.

Pr. = Bas. XXVIII, 5, 1.

TITULUS III.

De Senatusconsulto Tertulliano.

2. = Fragm. de obligationum causis (Haubold Opusc. II. 351.) ex Theophilo.

TITULUS VI.

De gradibus cognationis.

Pr. §. 1—7. = Versio incerti auctoris in Appendice Eclogae no. I. (Zachariae *Ἀνέκδοτα* p. 184 sq.)

TITULUS XIII.

De obligationibus.

2. = Fragm. de obligationum causis (Haubold Opusc. II. 350.) ex Theophilo.

TITULUS XIV.

Quibus modis re contrahitur obligatio.

Pr. = Fragm. de obligationum causis (Haubold Opusc. II. 350 sq.) ex Theophilo.

TITULUS XV.

De verborum obligatione.

Pr. = Sch. 2. I. 663. ex Theophilo.
Fragm. de obligationum causis (Haubold Opusc. II. 351.)
1. = Sch. 2. I. 663. ex Theophilo.
2. = Summa incerti auctoris — *Αἱ ῥοπαί* Cap. III. §. 9.
3. = Sch. *Χιρόγρα* II. 143.

TITULUS XIX.

De inutilibus stipulationibus.

Pr. = Coll. const. eccl. II. (in Voelli et Iustelli bibl. iur. can. II. 1308.)

---

a) Qui in Basilicorum textum translati sunt, vel in scholiis laudantur Institutionum loci, desumti sunt ex Theophili Paraphrasi Institutionum. Praeter Basilica etiam alii libri de iure tam publica auctoritate compositi, quam privato Marte scripti magnum Paraphraseos Theophili usum fecerunt, veluti ex his Epitome de anno 920., ex illis Prochirum Basilii et repetita eius editio, quae Epanagoges nomine venit. Locos autem Theophili in hos libros translatos hic indicari non est necesse, cum iam designati sint a Zachariaeo a Lingenthal in indicibus fontium Prochiri, Epanagoges et Epitomes. Itaque praeter locos ex Theophilo in Basilica translatos vel in scholiis laudatos eos nonnisi Institutionum locos indicavi, qui ex aliorum commentariis desumti videntur.

TITULUS XXII.

De consensu obligationibus.

Pr. = Fragm. de obligationum causis (Haubold Opusc. II. 351.) ex Theophilo.

TITULUS XXIII.

De emtione et venditione.

Pr. = Sch. Τοῦ κατὰ II. 502.
4. = Sch. Τὸ τοιοῦτον I. 689.
5. = Sch. Τὸ τοιοῦτον I. 689.
Coll. const. eccl. II. (Voelli et Iust. bibl. iur. can. II. 1308.).

TITULUS XXV.

De societate.

8. = Sch. 3. I. 773.

TITULUS XXVI.

De mandato.

7. = Coll. const. eccl. II. (Voelli et Iust. bibl. iur. can. II. 1309.).

TITULUS XXVII.

De obligationibus quasi ex contractu.

Pr. §. 1—5. = Fragm. de obligat. causis (Haubold Opusc. II. 351 sq.) ex Theophilo.
7. = Coll. const. eccl. II. (Voelli et Iust. bibl. iur. can. II. 1309.).

TITULUS XXIX.

Quibus modis obligatio tollitur.

Pr. §. 1. 2. = Fragm. de obligat. causis (Haubold Opusc. II. 353—358.) ex Theophilo.
2. = Sch. Ἀντὶ τοῦ I. 666.
3. = Sch. Καλῶς II. 100.
laudatur a Stephano in Sch. 13. Στεφάνου II. 598.

LIBER QUARTUS.

TITULUS I.

De obligationibus, quae ex delicto nascuntur.

16. = laudatur a Stephano in Sch. Στεφ. II. 21.

TITULUS III.

De lege Aquilia.

5. = Sch. Ἐν τῷ V. 765.
13. 14. = Sch. Ἐν τῷ V. 290.
16. = Sch. Ζήτει V. 271.

TITULUS IV.

De iniuriis[b]).

8. = Sch. Ἀνάγνωθι I. 381.
10. = laudatur a Stephano in Sch. Ὁ ὑπεξούσιος I. 362. Sch. Στεφάνου I. 370. Sch. Ἄλλη ἑρμηνεία I. 382.

TITULUS VI.

De actionibus.

4. = Sch. 3. I. 799.
19. 23. = Coll. const. eccl. II. (in Voelli et Iustelli bibl. iur. can. II. 1309.).

TITULUS VII.

Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicatur.

2. = laudatur a Stephano in Sch. 2. Στεφάνου I. 789.

TITULUS XII.

De perpetuis et temporalibus actionibus, et quae ad heredes et in heredes transeunt.

1. = Sch. Ἐκ τοῦ V. 449.

TITULUS XV.

De interdictis.

1. = Coll. const. eccl. II. (Voelli et Iustelli bibl. iur. can. II. 1309.).

TITULUS XVI.

De poena temere litigantium.

1. = Coll. const. eccl. II. (Voelli et Iust. bibl. iur. can. II. 1309.).

TITULUS XVIII.

De publicis iudiciis.

9. = Coll. const. eccl. II. (Voell. et Iust. bibl. iur. can. II. 1309.).
11. = Sch. Ἐξωτικοῦ V. 816 sq.

b) Definitio illustrium a Theophilo exhibita, commemoratur in Sch. Σημείωσαι T. III. p. 193., nec vero in eius Paraphrasi extat. Cf. Theoph. ed. Reitz. p. 777. not. g.

IUSTINIANI DIGESTORUM
SEU
PANDECTARUM
LIBRI QUINQUAGINTA.

LIBER PRIMUS.

TIT. I. = Bas. II, 1.
De iustitia et iure [a]).

1—12. = 1—12.

TIT. II. = Bas. VI, 1.
De origine iuris et omnium magistratuum, et successione prudentium.

2 §. 31. = 14.

TIT. III.*) = Bas. II, 1.
De legibus Senatusque consultis et longa consuetudine [b]).

1 = 13. ANON. adn.: *Οὐ μόνον* a v. *καὶ τὸν ἑκουσίως* I. 36.

2 = 14. STEPH.? ind.: *Ὁ μὲν* I. 36 sq.

3 = 15. ANON. adn.: *Οἷον* [c]) I. 37.

4 = 16.

5 deest in Basil.

6—12. = 17—23.

13 deest in Bas.

14. 15. = 24. 25.

16 = 26. STEPH. adn.: *Οἷον* I. 38.
ANON.: *Τοῦ Ἀνωνύμου* I. 38.

17 = 27. ANON. adn.: *Τοῦ αὐτοῦ* u. a. v. *κεφ. ιθ'.* [d]) I. 38.

18—30 = 28—40. [e])

31 = tit. 6. cap. 1.
DOR.? ind.: *Ὁ μὲν βασιλεὺς . . . αὐτῇ* I. 87.

32 = 41. DOR.? ind. §. 1. a v. **nam quid interest**: *Ποία . . . οἱ νόμοι* I. 39.

33 = 42. STEPH. ind.: *Ἡ χρονία συνήθεια τότε ὡς νόμος κρατεῖ ὅτε μὴ ἐγγράφῳ διαμάχεται νόμῳ. Καὶ μὴ νόμιζε, τοῦτο ἐναντίον εἶναι τῷ τέλει τοῦ προλαβόντος διατάγματος, ἐκεῖ μὲν γὰρ περὶ συνηθείας* (lege *ἀσυνηθείας*) *λέγον φησίν, ὅτι δύναται αὕτη νόμον ἀνελεῖν· ἐνταῦθα δὲ περὶ συνηθείας φησὶ καὶ λέγει, ὅτι καινὸν οὐκ εἰςάγει νόμιμον ἡ συνήθεια, εἰ παλαιῷ τινι νόμῳ μάχηται. δυνατὸν μὲν γὰρ ἐκ τῆς ἀσυνηθείας μὴ κεχρῆσθαι νομίμῳ, οὐ μὲν* (lege *μὴν*) *καὶ ἐναντίως κεχρῆσθαι. σημείωσαι οὖν τὴν τοιαύτην διδασκαλίαν ὡραίαν οὖσαν καὶ ἐν τοῖς δικαστηρίοις συχνάζουσαν."* [f]) Cf. *Τοῦ Ἐναντ.* I. 39.
DOR.? ind.: *Ποία* a v. *ἐν ἐκείνοις* I. 39.

34 = 43. STEPH. ind.: *Στεφ.* I. 39.
DOR. ind: *Ἡνίκα* I. 39.
ANON. *Τότε* I. 39.

35 = 44. STEPH. ind.: *Καὶ τὰ* I. 39.

36 = 45.

37 = 46. u. a. v. *πόλεως*.
ANON. adn.: *Τοῦ Ἀνωνύμου* I. 40.
ENANT. adn.: *Τοῦ Ἐναντιοφ.* I. 40.

38 = 46. a v. *καὶ ὅπως* u. a f.

39 = 47. STEPH. adn.: *Τοῦτό φησιν* I. 40.

40 = 48. STEPH. ad v. **necessitas constituit**: *Ὡς ὅτε* I. 40. — ad v. **consensus fecit**: *Ὡς τὸ* I. 40.

41 = 49.

TIT. IV. = Bas. II, 6.
De constitutionibus Principum.

1—4. = 2—5.

TIT. V. = Bas. XLVI, 1.
De statu hominum.

1. deest in Bas.
STEPH. ind.: *Στεφάνου . . . περὶ ἀγωγῶν* IV. 545.

2. deest in Bas.
STEPH. ind.: *Στεφάνου* a. v. *ἐπειδὴ . . . συνάψωμεν* IV. 545.

3 = 1. STEPH. ind.: *Στεφάνου* a. v. *πρώτη τοιγαροῦν . . . δοῦλοι* IV. 545.
ENANT. adn.: *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* IV. 546.

4 = 2. STEPH. ind.: *Στεφάνου* a. v. *καὶ ἐλευθερία μέν ἐστι* u. a. f. IV. 545 sq.

5 = 3. STEPH. ind.: *Ὁ μὲν οἰκέτης* IV. 546.
ANON. ad pr.: *Τοῦ Ἀνωνύμου* IV. 546.
ad §. 2.: *Τοῦ αὐτοῦ* IV. 547.

6 = 4. STEPH. ind.: *Ἀπελεύθεροι* IV. 547.
ANON. adn.: *Ἀνωνύμου. Καὶ γὰρ* IV. 547.

7 = 5. [g]) STEPH. ind.: *Ἀνωνύμου* [h]). *Ὁ κυοφορούμενος* IV. 547.
ANON. adn.: *Ἀνωνύμου. Περὶ τοῦ* IV. 547.
ad verba *ἀμέλει — οὐσίας*: Sch. 3. *Ἀνωνύμου* IV. 547.
ENANT. adn.: *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* IV. 547.

8 = 6. STEPH. ind.: *Μὴ καταβλάπτεσθαι* IV. 547.

---

a) Quae ad hunc titulum exhibentur a Fabroto scholia e Cod. Paris. 1352 depromta, recentiora esse videntur. Excipienda fortasse sunt Sch. *Ὁ μὲν* T. I. p. 35. (Sch. d. Fabr. I. 34.) u. a. v. *διάθεσις*, quo contineri videtur index L. 1. §. 4. L. 2. h. t. quem Dorotheo malim tribuere, quam Stephano, item Sch. idem a v. *Τὸ πείθεσθαι* u. a. f., quo continere videtur Anonymi adnotatio ad L. 2. *b*) Scholia ad hunc titulum a Fabroto e Cod. Paris. 1352 exhibita antiquiora sunt et desumta e commentariis Dorothei, Stephani, Anonymi et Enantiophanis. *c*) In hoc Sch. pro *ζ' βιβ.* lege *ε' βιβ.* Designatur index L. 3. D. V, 4. *d*) In hoc Sch. locus Basil. loco Digestorum, quem Anonymus laudaverat (L. 19. D. X. 4.), serius substitutus est. *e*) In Leuncl. iur. Gr.-Rom. T. I. 407. L. 20. D. I. 3. sic redditur: *Οὐ δεῖ πάντων τῶν νομίμων λογισμὸν ἀπαιτεῖν· εὑρίσκονται γὰρ οἱ πολλοὶ ἀναιτιολόγητοι.* Num haec sunt ex indice Dorothei? *f*) Haustum hoc est ex Balsamone ad Phot. Nomoc. Tit. I. cap. 3. (in Voelli et Iustelli bibl. iur. can. T. II. p. 819.), qui dicit: *διδάσκει δὲ ὁ Στέφανος ἐν τῷ μβ'. κεφ.* (Basil. lib. II. tit. 1.) *διδασκαλίαν ἀρίστην καὶ λύει τὰς περὶ ἀγράφου συνηθείας ἐναντιοφανείας, λέγων οὕτως· ἡ χρονία συνήθεια τότε ὡς νόμος κρατεῖ, ὅτε μὴ ἐγγράφῳ διαμάχεται νόμῳ. καὶ μὴ νόμιζε κ. τ. λ.* ut in hoc scholio. *g*) Anonymus in summa plura habet, quam textus Digestorum. Quae Anonymus de portione bonorum patris publicatorum nascituro concedenda dixit, sumsit ex inscriptione L. 7. *h*) Pro *Ἀνωνύμου* legendum est *Στεφάνου*.

*) l. 31. Dig. h. t. est Bas. Cap. 1. tit. 6. libri II.

Anon. adn.: *Ἀνωνύμου. Ἀνάγνωθι* IV. 547.
9 = 7. Steph. ind.: *Ἐν πολλοῖς* IV. 547.
Anon. adn.: *Ἀνωνύμου* IV. 548.
Enant. ad v. *χείρονος*: *Τοῦ Ἐναντιοφ.* IV. 548.
10 = 8. Steph. ind.: *Ἐζητήθη* IV. 548.
11. deest in Bas.
12 = 9. Steph. ind.: *Καὶ ἐν τῷ* IV. 548.
Anon. ad verba ex iustis nuptiis: Sch. 2. *Τοῦ Ἀνωνύμου* IV. 548.
ad verba septimo mense natus est: Sch. 3. *Τοῦ Ἀνωνύμου* IV. 548.
Summa in *αἱ ῥοπαὶ* cap. XX. §. 1.
13 = 10. Steph. ind.: *Οἰκέτης* IV. 548.
Anon. adn.: *Τοῦ Ἀνωνύμου. Ὁμοίως* IV. 548 sq.
14 = 11. Steph. ind.: *Οἱ παρὰ* IV. 549.
Anon. adn.: *Τοῦ Ἀνωνύμου* IV. 549.
15 = 12. Steph. ind.: *Τῇ θεραπαίνῃ* IV. 549.
Anon. adn.: Sch. 2. 3. *Ἀνωνύμου* IV. 550.
Summa in *αἱ ῥοπαὶ* cap. L. §. 2.
16. deest in Bas.
Steph. ind.: *Τῇ θεραπαίνῃ* a v. *τὸ αὐτό ἐστιν* u. a. f. IV. 549.
17 = 13. Steph. ind.: *Οἱ ἐν τῷ κύκλῳ* IV. 550.
Anon. adn.: *Ἀνάγνωθι* IV. 550.
18 = 14. Steph. ind.: *Ἐὰν ἐλευθέρα* IV. 550.
Anon. adn.: *Ἀνωνύμου. Ὁμοίως* IV. 550.
19 = 15. Steph. ind.: *Οἱ μὲν* IV. 550.
20 = 16. Steph. ind. *Ὁ ἀξάμενος* IV. 550.
Anon. ad verba praefixa: Sch. 2. 3. *Ἀνωνύμου* IV. 550.
Enant. adn.: *Ἐναντιοφανοῦς* IV. 550 sq..
21. deest in Bas.[i])
22 = 17. Steph. ind.: *Ἐδωρήσατο* IV. 551.
Anon. adn.: *Ἀνωνύμου* IV. 551.
23 = 18. et Phot. Nomoc. tit. XIII. cap. 5. (Voelli et Iust. bibl. iur. can. II. 1106.).
Steph. ind.: *Ἐκεῖνοι* IV. 551.
Anon. adn.: *Τοῦ Ἀνωνύμου* IV. 551.
24 = 19.[k]) Steph. ind.: *Κατὰ τὸν* IV. 551.
Anon. adn.: Scholia *Ἀνωνύμου* IV. 551.
25 = 20. Steph. ind.: *Ἐὰν ἐπὶ* IV. 551.
Anon. adn.: Sch. 2. 3. *Ἀνωνύμου* IV. 552.
26 = 21. Steph. ind.: *Οἱ κυοφορούμενοι* et *Τούτοις ἀκόλουθον* IV. 552.
Anon. ad v. *ὡς ἐπίπαν*: Sch. 2. *Ἀνων.* IV. 552.
ad verba *καὶ ὁ τεχθεὶς κ. τ. λ.*: Sch. 3. *Τοῦ Ἀνωμύμου* IV. 552.
Enant. ad v. id quod natum est — usu non capitur: *Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς* IV. 552.
27 = 22. Steph. a) ind.: *Τὸν ὁμολογοῦντα . . . εὐγενῆ* IV. 552.
b) adn.: *Τὸν ὁμολογοῦντα* a. v. *Ἴσθι δὲ* IV. 553.
Anon. adn.: *Ἀνωνύμου* IV. 553.

TIT. VI. = Bas. XXXI, 1.

De his, qui sui vel alieni iuris sunt.

1 = 1.
2 = 2. et XIX, 7, 11.
3. 4. desunt in Bas.
5 = 5.
6. deest in Bas.
7 = 7.
8. pr. = 8.
9. deest in Bas.
Anon. summa: *Ἐν τῷ* III. 682. et *Ἀνωνύμου. Τὸ* IV. 556.
10. 11. desiderantur.

TIT. VII. = Bas. XXXIII, 1.

De adoptionibus et emancipationibus et aliis modis, quibus potestas solvitur.

1—12. desunt in Bas.
13. desideratur in Bas.
Anon. summa: *Ὁ γὰρ* IV. 61. et *Τοῦ Ἀνωνύμου. Καὶ* IV. 471.
14. desideratur.
15. pr. = 12.
16. deest in Bas.
17. pr. desideratur in Bas.
Summa in *αἱ ῥοπαὶ* cap. XXXVIII. §. 1.
§. 1—3 = 13.
18—22. desiderantur in Bas.
23. desideratur in Bas.
Anon. summae pars: *Ἀνωνύμου. Καὶ* IV. 507.
24—31. desunt in Bas.
32. §. 1. = 28.
33—46. desiderantur in Bas.

TIT. VIII. = Bas. XLVI, 3.

De divisione rerum et qualitate.

1 = 1. Ad §. 1. pr. in Phot. Nomoc. tit. II. cap. 1. (Voelli et Iust. bibl. iur. can. II. 869.) et Coll. const. eccl. II. (ibid. 1302.).
Steph. ind. pr. §. 1.: *Στεφάνου* IV. 558 sq.
Anon. ad §. 1.: *Ἀνωνύμου* IV. 559.
Enant. ad pr. verba res hereditariae — in nullius bonis sunt: *Καίτοι* IV. 559.
2 = 2. Steph. ind.: *Ἐντεῦθεν . . . θαλάσσης αἰγιαλοὶ* IV. 559.
3. deest in Bas.
Steph. ind.: *Ἐντεῦθεν* a v. *πρὸς τοῦτο . . . ἡμέτερα γίνεται* IV. 559.
4 = 3. Steph. ind. pr. §. 1.: *Ἐντεῦθεν* a. v. *τοιγαροῦν οὐδεὶς* u. a. f. IV. 559 sq.
Anon. ad v. *σχεδὸν* IV. 560.
5 pr. = 4. Steph. ind. pr.: *Τῶν ὀχθῶν* IV. 560.
6. §. 1. 3—5. = 5. Ad §. 3.: Phot. Nomoc. tit. II. cap. 1. (Voelli et Iust. bibl. iur. can. II. 869 sq.) et Coll. const. eccl. II. (ibid. 1302.).
Steph. ind. §. 1.: *Τῆς ὁμάδος* IV. 560.
§. 2. 3.: *Τὰ σάκρα* IV. 561.
§. 4. 5.: *Τόπου* IV. 561.
Anon. ad §. 1. verba *καὶ ὁ — δικαστήριον*: *Ἀνωνύμου. Εἰ μὴ* IV. 560.
ad §. 3. verba praefixa: Sch. 4. 5. IV. 561.
ad §. 4.: Sch. 7. *Ἀνωνύμου* IV. 561.
ad §. 5.: *Ποῖον* IV. 561.
Enant. ad §. 3.: Sch. 3. *Ἐναντιοφανοῦς* IV. 561.
ad verba locus suus manet: *Ἐναντιοφανοῦς. Ὁμοίως* IV. 561.
7. deest in Bas.
Steph. ind.: *Τόπον* in fin. a v. *ἀντιγραφὴ μέντοι* IV. 561.
8. §. 2. = 6. Steph. ind. pr. §. 1. 2.: *Ἔγνως* IV. 561.
9 = 7. Ad pr. §. 1. 5.: Phot. Nomoc. tit. II. cap. 1. (Voelli et Iust. bibl. iur. can. II. 870.) et Coll. const. eccl. II. (ibid. 1302.).
Steph. ind. pr. §. 1. 2.: *Σάκρα* IV. 562.
§. 3. 4.: *Ἐκεῖνα* IV. 562.
§. 5.: *Τὸ πρᾶγμα* IV. 562.
Anon. ad §. 3.: Sch. 1, 2. *Τοῦ Ἀνωνύμου* IV. 562.
ad §. 4.: Sch. 3. *Ἀνωνύμου* et *Τοῦ Ἀνωνύμου* IV. 562.
ad §. 5.: Sch. 4. *Τοῦ Ἀνωνύμου* IV. 562.
10 = 8. Steph. ind.: *Ὥσπερ* IV. 563.
11 = 9. Steph. ind.: *Ἐάν τις* IV. 563.
Anon. adn.: *Τοῦ Ἀνωνύμου* IV. 563.

TIT. IX. = Bas. VI, 1.

De Senatoribus.

1 = 1.
2 = 2. Cyr. ind.: *Ὁ ἀποκινηθεὶς* I. 139.
3—12 = 3—12.

TIT. X. = Bas. VI, 2.

De officio Consulis.

1 = 1.

---

i) L. 21. in Basilicis praetermissa est, uti omnes iuris Iustinianei loci, qui de servitute eius agunt, qui ob pretium participandum se venire passus est, ratione habita Novellae Leonis 59. qua haec servitus abrogata est. k) In hoc Basil. loco pro *μὲν* in editione nostra corrigendum est *μή*.

TIT. XI. = Bas. VI, 4.

De officio Praefecti Praetorio.

1 = 1.

TIT. XII. = Bas. VI, 4.

De officio Praefecti Urbi.

1—3 = 2—4.

TIT. XIII. = Bas. VI, 6.

De officio Quaestoris.

1 = 1.

TIT. XIV. = Bas. VI, 7.

De officio Praetorum.

1—4 = 1—4.

TIT. XV. = Bas. VI, 5.

De officio Praefecti Vigilum.

1. 2 = 1.
3 = 2.
4 = 3.

TIT. XVI. = Bas. VI, 2.

De officio Proconsulis et Legati.

1. 2 = 4. 5.
3. deest in Bas.
4—6 = 6—8.
7 pr. §. 1. 2. = 9. Ad §. 1.: Phot. Nomoc. tit. II. cap. 1. (Voelli et Iust. bibl. iur. can. II. 870.) et Coll. const. eccl. II. (ibid. 1302.).
8—16 = 10—18.

TIT. XVII. = Bas. VI, 4.

De officio Praefecti Augustalis.

1 = 5.

TIT. XVIII. = Bas. VI, 1.

De officio Praesidis.

1—7 = 35—41.
8. deest in Bas.
9—12 = 42—45.
13. pr. §. 1. = 46. Ad pr.: Phot. Nomoc. tit. II. cap. 2. (Voelli et Iust. bibl. iur. can. II. 893.) et Coll. const. eccl. II. (ibid. 1303.).
14—21 = 47—54.

TIT. XIX. = Bas. VI, 23.

De officio Procuratoris Caesaris sive Rationalis.

1—3 = 1—3.

TIT. XX. = Bas. VI, 24.

De officio Iuridici.

1. 2 = 1.

TIT. XXI. = Bas. VI, 24.

De officio eius, cui mandata est iurisdictio.

1—5 = 2—6.

TIT. XXII. = Bas. VI, 24.

De officio assessorum.

1—6 = 7—12.

LIBER SECUNDUS.

TIT. I. = Bas. VII, 3.

